# OPTICA REGULARIUM SEU COMMENTARII IN REGULAM...

Annibal Servais : de Lairvels, Franciscus : à Longo-Prato





BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
26 K
24

38

# OPTICA
# REGVLARIVM
*Seu*
# COMMENTARII
IN REGVLAM SANCTI P. N.
AVGVSTINI HIPPONENSIS
Episcopi

*AVCTORE REVER. D. SERVATIO De Lairuelz, Doctore Theologo S. Mariæ Maioris Mussipontanæ Abbate.*

ET REVEREND. DD. FRANCISCI à Longo-Prato totius Ordinis Præmonstratensis capitis Vicario Generali.


*Nunc primum in Germania edita.*








COLONIAE AGRIPPINAE,
Sumptibus Conradi Butgenij,
ANNO MDCXIV.
*Sub signo Arboris,*



REVERENDISSIMO IN
Christo Patri ac Domino,

# D. THEODORO

RIPHAN, NOVESIENSI, SS. THEOLOGIAE DOCTORI, Episcopo Cyrenensi, ad D Gereonis Canonico, & ad D. Laurentij Pastori vigilantissimo, nec non Reuerend. & Sereniss. Principis ac Domini D. Ferdinandi Archiepiscopi Coloniensis, &c. In Pontificalibus & spiritualibus Vicario Generali, Domino & Patrono suo obseruandissimo.



OCRATEM aiunt, Reuerend. in Christo Pater, discipulis suis frequentem Speculorū vsum commendasse, vt qui mala forma essent, animi virtutibus eam exornare studerent; qui bona, turpibus eam moribus & factis dehonestare cauerent. Cui sapientissimi viri præcepto non absimile est, quamuis à dissimi-

ſimili re ſumtum, illud Plutarchi, Principes viros monentis, vt equis tractandis aſſueſcerent atque operã darent: quod ex omnibus hoc animantium genus minimè adularetur, ſed quemcumque ſeſſorem nactus eſſet, ſi peritum, ferret; ſi imperitum, excuteret. Eadem eſt Speculorum natura, minimè mentientium, ſed vnumquamque rem ita vti eſt repræſentãtium. Ex vtroque autem hoc præcepto facilè colligi poteſt, quas, & quorum admonitiones, ſi quando labi nos contingat amare; tum etiam quomodo noſipſos, alios admonendo, gerere debeamus: vt nimirum nec vitijs noſtris adulantes feramus, nec aliorum næuis ipſi blandiamur.

Fecit hoc non ita pridem vir Reuerendus admodum, religioſa pietate ac doctrina clariſſimus, Dominus Seruatius à Layruelz, S. Mariæ Marioris apud Muſſipontanos, Ordinis Præmonſtratenſis Abbas: qui quum experientia comperiſſet, Monaſticem diſciplinam temporis diuturnitate labeculas aliquas cõtraxiſſe, non ſolum eiuſdem Ordinis Fratribus, quorũ ratione publici muneris ipſi incumbit, cura, verumetiam vniuerſo Religioſarum familiarum cœtui Speculum hoc ad intuendum propoſuit, non ſolum vt ſi qua in vita & moribus ipſorum labes, etiam diuturno vſu indurata, & quaſi obducta hæreret, eam depræhenderent, verum

etiam

etiam pro ſuo quiſque virili abſtergerent atque emendarent. Neque vero rei cuiuſque tantum ſimplicem & natiuam formam proponere contentus fuit, verum etiã cauſſas explicauit; eoque iure merito OPTICAM, cuius hoc proprium eſt, inſcripſit: vt quanto occultiores ſunt tam externæ quam internæ conuerſationis nęui, tanto facilior & efficacior, depræhenſis eorum cauſis, medicina adhiberetur. Qua in re non vanam ab ipſo operam fuiſſe poſitam, illud indicio eſt, quod OPTICAE huius exemplaria cupide admodum diſtracta ſunt, adeo vt ad eorum iterationem crebris multorum Religioſorum cohortationibus inſtigarer: quibus tandem etiam, pro meo iuuandi rem Catholicam ſtudio, non grauate aſſenſus ſum, & libellum hunc vere aureum hac forma excudi curaui.

Eum vero, Reuerendiſſime in Chriſto Pater ac Domine, ſub R^dæ. V^æ. Paternitatis nomine in lucem exire volui quod vt Ea muneris, quod à Sereniſſimo & Reuerendiſſimo Domino noſtro Archiepiſcopo & Electore, &c. mandatum gerit, dignitate quidem ſuperiori ſimilitudine vero libri huius Auctori par eſt, ſic non minori zelo in reſtauranda tam Monaſtica quam in vniuerſum Eccleſiaſtica diſciplina feliciter laborantem Eandem videmus: ante quidem maiori cum laude om-

niumque admiratione, quod interim R^da. V^a. Paternitas de ſollicitudine ſua paſtorali &alijs quà publice qua priuatim obiectis occupationibus ſumma cum induſtria obeundis nihil omittat. Equidem quum vegetam V^æ. Paternitatis ſenectutem, & ſummã eiuſdem alacritatem, tum & obuiam omnibus humanitatem, aliaſque Prælato dignas virtutes mecum conſidero, animum meum ſingulari quodam affectu & obſeruantia moueri ſentio atque incendi: cuius teſtem atque obſidem hunc librum Reuerendæ V^æ. Paternitati inſcriptum, in publicum do atque produco: demiſſe rogans, vt animum hunc meum gratum atque acceptum habere, meque in clientum ſuorum adſcribere numerum dignetur. Colon iæ x. Aprilis Anno 1614.

*R^a. V^a. Paternitatis*

*humilis cliens,*

CONRADVS Butgenius.

CAN-

# CANDIDIS CANDIDI ORDINIS LECTORIBVS.



*Vcubrationes meas in D. August. Regulam, (Commilitones optimi) quas dilectis Confratribus meis Monasterij S. Mariæ in Nemore, velut furtiuis horis, in tanta negotiorum humeros meos prementium mole prælegeram, & veluti in illa nemorosa Monasterij Eremo absconderam, à me extorsit Reuerendissimi Generalis nostri, cuius imperium detrectare sine scelere non licuit, authoritas; qui eas licet lucernã & oleum redolentes, lucem intueri, ad excutiendas fortè nonnullas, quæ in Ordinem irrepserant, tenebras voluit. Huic authoritati pondus non leue addidit proprij muneris, quo sub eadem authoritate fungor, ratio. Si enim vnicuique mandauit Deus de proximo, quantò magis Superioribus, quibus ex officio animarum tutela commissa est? Cur enim ex Diuinis Vatibus aliquis ingemisceret, di-*

*cens*. Væ mihi, quia tacui? *Cur inclamaret Ecclesiasticus*, Recupera proximum tuum ſecundum virtutem tuam, & attende tibi, ne incidas? *Cur comminaretur ipſe Dominus, dicens*: Fili hominis, ſpeculatorem dedi te domui Iſrael; & audies de ore meo verbum, & annuntiabis eis ex me. Se dicente me ad impium, morte morieris, non annuntiaueris ei, neque locutus fueris, vt auertatur à via ſua impia & viuat: ipſe impius in iniquitate ſua morietur, ſanguinem autem eius de manu tua requiram *Cur ita conquereretur de Prælatis Deus?* Quod infirmum fuit, non conſolidaſtis, & quod ægrotum, non ſanaſtis; quod infractum eſt, non alligaſtis, & quod abiectum eſt, non reduxiſtis; & quod perierat, non quæſiſtis, ſed cum auſteritate imperabatis eis & cum potentia? *Cur ſacræ ſanctorum Pontificum & Imperatorum ſanctiones tam aperte pronuntiarent*: Qui manifeſto facinori deſinit obuiare cũ poteſt, conſentit. *Itemque*: Qui non impedit maleficium, quando ad eum ſpectat prohibere, ipſum perpetrare videtur *Ac rurſus*. Agentes & conſentientes pari pœna puniuntur?

*His acceſſit ſingularis in Ordinem meum amor & Charitas, cuius inter officia iſtud non minimum eſt, errantem ab erroris ſui via reuocare.*

*Denique non parum ad lucubrationes meas qualescumque euulgandas animũ meum mouit plurimorum mens optima, id sibi gratissimum fore crebris sermonibus non semel spondentium; qui, vt mihi quidem polliceor, Theodori Philosophi Discipulos minimè, aut probabunt, aut imitabuntur. Hi etenim quæ dextra porrigebantur, solebant sinistra suscipere. Sed nec minorem de cæteris spem concipio: quippe cum neminem tam perfrictæ frontis reperiri posse existimem, qui me frangentem sibi famelico panem amare non incipiat. Nõ potest esse panis sano pœna palato, vel oculis bene affectis inimica lux Si panem illum duriuscule fregi, vel eo modo, qui singulis non arrideat, cogitate obsecro quã operosum, & arduũ sit, ne dicam impossibile, plurimis placere & pio illi Zelo, qui animum ad scribendũ impulit, aliquid concedite. Perpendite cum sancto & Magno Gregorio, Zeli irã quia Heli Sacerdos non habuit, motum contra se implacabilem supernæ vltionis excitasse. Attendite Moysen virum alioqui mitissimum, vbi de monte descendit, & vitulum conflatilem, quem Aaron fabricatus fuerat aspexit, adeo ira excanduisse, vt tabulas, digito, licet ipsius Dei*

1.Regũ Cap. 2. 2.par. Pastoral Curæ. Cap.6.

Exodi.c 32. D Greg. lib. 20, Moralium Cap.8. Editionis nouæ.

scrip-

*ſcriptas ad radices montis proiecerit, & fregerit, nec non potum aquæ vituli cineribus mixtum populo propinauerit, Leuitarumque manus fratrum ac filiorum suorũ ſanguine cruentarit. Tribuite duriora non tam mihi, quam Reuerendiſſimo Generali, quam muneri meo, quam metui iuſto diuini tribunalis, ad quod rationem redditurus ſiſtendus ſum, quam charitati in vos meæ, quam veritati quæ apud vos, qui veritatis eſtis in terris Vicarij, odiũ parere non debet. Admoui manum huic operi, fateor, ſed Obediētia duce, ſed ſupremo totius Ordinis noſtri Præfecto me, in modum prouidæ parētis olim ſuum Iacobum hæſitantē vrgentis, hortante ac imperante.* In me ſit, ait, iſta maledictio, fili mi: tantũ audi vocē meã. Meliora quippe ſunt vulnera diligentis, quã oſcula *blandientis. Et certe teſtis eſt Deus, quia non mentior, nihil aliud mihi ob oculos poſitum fuiſſe, dum calamum arriperem, præter vnam Dei gloriam, & ſanctæ diſciplinæ nõ parũ collapſæ inſtaurationem. Etſi enim liber iſte meus Speculis ſeu naturalibus, ſeu arte politis ſimilis videatur, ab iiſdem tamen hoc vno diſcrepat, quod hæc ſi diaphana ſint, vt criſtallus, imagines non referant, niſi o-*

*peca quadam lamina, puta plumbea, vel terrestri, quæ imaginē, cum primum formari incipit, disparere gestientem sistat, conuersa sui facie obducantur; ille vero nulla terrena aut præposteræ mentis contagione labefactetur, nec à scopo Diuinæ gloriæ propagandæ, & Fratrum communis vtilitatis augendæ vel minimum aberret.*

*Hinc est, quod neque verborum lenocinia, neque orationis leporem quæsiuerim; sed ita stilum temperarim, vt non solum linceus oculus, sed etiā lippus possit in Optica, & Speculis nostris, quæ agenda, quæ fugienda sunt Religioso viro conspicere; & eorum, quæ inuestigando deprahenderit causas (quod Opticæ propriū est) cognoscere. Specula enim quo tersa magis, ac nitida sunt, atque polita, eo perfectius rerū obiectarū similitudines reddūt: ita sermo Doctoris, quo ab ōni fastu ac vanitate liberior est, eo Lectorē in sui intelligētiā certius faciliusq; deducit*

*Porro si quid in iucundius aut insuauius à me prolatum videbitur, condonandum velim existimetis Speculorum naturali velut conditioni, ac, vt ita dicam proprietati. Optima nimirum censentur Specula, quæ in repræsentando minime*

*men*

*mentiuntur, ſed obiecta referunt vt ſunt: ita monentis amici oratio, ſi aſſentatione careat ac morbos fideliter detegat, ſimulque remedia opportuna præſcribat. Mollia corpora, qualis aer quē ſpiramus, imagines reflectere non poſſunt, ſed ſolida tantum, vt chalibs, æs, marmor, & huiuſmodi; ita nec adulatoris blandi ſermones peccatori obijciunt miſerum ſtatum, in quo verſatur. Speculum ex ſe obiecta non repræſentat, ſed eatenus ſolum, quatenus hæc illi obijciuntur; ita, mihi credite, nihil à me fictum in hunc librū congeſſi, ſed ea ſolum perſpicienda, & quandoq; corrigenda, ſimulq; deflenda, quæ aliâs multiplex experientia mihi obiecit. In Speculo qui ſe turpē deprahendit, non Speculum auerſatur, ſed ſed ſe ſuipſius vehementer pudet; ita non fidelem monitorem, ſed ſemetipſum reprahendere debet, is qui corruptos, quibus dudum inſorduit, mores in hac velut tabella depictos obſeruarit. Quamuis enim ex vniuerſis vobis (Patres, Fratresque dilectiſsimi) neminem prorſus perſtringere mihi animus fuerit; neque cuiuſquam Cænobij famam lædere (ne quis perperam id ſuſpicetur;) quæ tamen emendatione egerent haud quaquam ſanè diſsi-*

*mulanda putaui, vtpote qui in tranquillißimo Cœnobiorũ quorumdam mari periculosißime nauigantes libenter imminenti naufragio eriperem, & tuta in statione locarem. Resipiscat qui volet. Ego Babylonem, si quæ extat, curaui: sicque animam meam liberaui.*



*REVERENDO PLVRIMVM in Christo Patri ac Domino, D. Geruasio de Layruelz Abbati S. Mariæ ad Nemus, Sacræ Theologiæ Doctori, & totius Ordinis Præmonstratensis Vicario Generali. Beneuoleotiæ ergo.*

NArcissus propriæ simulacra fugacia formæ
Dum videt infelix, se perijsse videt.
Seruati, Speculum melius melioribus offers,
Hoc Lymphæ Speculum composuêre sacræ.
Hoc seruat Speculum Sanctos. Seruaberis vsque
Nobilis in Speculi tu pietate tui.

Ioannes à Croy Baro de Molembais,
Illustrissimi Comitis de Solre Filius

EIDEM COENOBIARCHÆ, &c. FRATER Matthæus Bonnherbe Abbas Saliuæ Vallis emissam Regularium Opticam congratulatur.

*CYmmerias fugiens si candidus Ordo tenebras*
*Molitur lucis candidioris opus:*
*Si Scyllam per te, per te vitatque Charybdim,*
*Maxima magnum, inter munera, munus habet:*
*Tum cœlo si gratus abit, renouatus, & Astris,*
*O quantum Cœlo, posse placere iuuet!*
*Quod si amor est Deus, immensum testatus amorem*
*Tu Deus, vllus homo si Deus esse potest.*

EIDEM PERERVDITE DE REFORMATIONE scribenti, Alphonsus de Ramberuiller, I. V. D. & in Episcopatu Metensi Propræses, his versiculis congratulatur.

*ORdine pro niueo non est satis ergo pudicis*
*Moribus, & factis irradiare pijs.*
*Non satis est populum doctis pauisse loquelis;*
*Nec satis est dubias tot remeasse vias.*
*Nunc calamo pugnas nouus ecce Athleta, nouumque*
*Condis opus, scriptis armaque sacra moues.*

*In vitium.*

*In vitium arma moues, & dogmata prisca reducens,*
*Præmonstratenses ad meliora vocas:*
*Sic Fratres seruas SERVATI, & Candidus Ordo*
*Lumine iam per te candidiore micat.*
*Perge, precor, lætus, cœptoque incumbe labori,*
*Vt digna accipias præmia, perge precor.*
*Te geminata manet merces: te namque beabit*
*Gloria parta solo, glória parta polo.*

PRIOR AC CONVENTVS SANCTÆ Mariæ ad Nemus Opus istud Opticæ consilio, atque adeo præcepto Reuerendissimi Generalis in lucem editum (vt non ijs modo, quorum causa editum primum fuerat, prodesset) Abbatem suum vigilantissimum gratulatur

*NOn ita Pyramidum, mundi miracula, Memphin*
*Nobilitauit opus:*
*Non ita grande Epheso templum, nomenque Dianæ*
*Gloria magna fuit:*
*Non ita magnificam Rhodon effecere Colossi,*
*Mirificum artis opus:*
*Optica ceu Speculis splendens cælestibus, almum*
*Visa referre diem.*
*Optica, quæ nostros fuit edita nuper in vsus*
*Munere Cœlicolûm.*
*Optica mordacem cariem, flammasque minaces,*
*Sæua nec arma timens.*
*Optica ad Astra via, SERVATIVS almus alumnis*
*Quam dedit esse ducem.*
*Optica virgineo nemori, quæ plurima turbis*
*Gloria Syluicolis.*

*Ast iam*

*Ast iam non humili quæ posthac velle refulgens*
*Fundet vbique diem!*
*Gratum opus! & fœdas candenti ex Ordine labes*
*Funditus excutiet.*
*Et quæ primæuum lapsæ pietatis hooorem*
*Optica restituet.*

## COENOBITARVM S. MARIÆ

Syluensis Ordinis Præmonstratensis Carmen Eucharisticum ad Christum, in nouo veluti poculenti genere, editione videlicet Opticæ Regularium, conuiuium nuptiarum spiritualium honestantem.

*QValia Diuinis celebrantur vina camœnis,*
*Quæ præter morẽ Oeconomus seruata stupescit*
*Sponsalis cœnæ, ad calicẽ cum insigne falernũ*
*Omnipotente manu Seruator Christe propinas*
*Conuiuis, quod & vnda fuit fonte hausta recenti.*
*Grande opus: id meruêre tuæ Genitricis honores,*
*ale merum hocce aliud, quod Relligionis alumnus*
*Pneumaticæ cupidis mensæ nostri Ordinis albi*
*Sponse benigne, bonum & seruatũ hûc vsque reponis.*
*Pocula, nuper aquam Sophiæ, quam ex fonte suaui*
*Diuinæ Oeconomus, Duce te, SERVATIVS hausit,*
*Quique bibunt, perfundi aiunt se nectare: Sacris*
*Sic tua mater adest Patrona Clientum hymenæis,*
*Sic prece Matris, opus mirum, primumque nouasti.*

## AD EVNDEM S. MARIAE IN

Nemore Abbatem dignissimum, &c. Frater Sebastianus Monardus Prior eiusdem Cœnobij, Officij ergo.

*REllgiosus eras iuuenis, fis Doctor, adultus.*
*Post subit Abbatis cura pedumque tibi.*
*Nomina sunt fateor, quamuis spectata seorsim*
*Inclyta, si coeant quam speciosa nitent?*
*Relligiosus agis, regis Abbas, voce suetus*
*Doctor adesse, libro nunc ades eximio.*

# OPTICAE REGVLARIVM PRAELVDIA PRIORA.

## SPECVLVM PRIMVM.

### In quo apparet quanta reprehensione dignus sit Religiosus, qui male viuit.

*Videte vocationem vestram (Fratres charissimi) Venire in eremum summa perfectio est: non perfectè in eremo viuere, summa damnatio est.*

*Eucherius Lugdunensis ex Monacho Præsul hom. 9. ex ijs quæ ad Monachos Euseb. Emiss. vulgo sed falso tribuuntur. Teste Baronio Card. Tom. 3.*



RIMA INSTRVCTIO. Omnium illud ore vulgatum est, *Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus*: Matth 19. Hanc esse longè optimã totius Philosophiæ Christianæ epitomen omnes prædicant satis, & gloriantur. Verum quænam hisce tam paucis verbis sententia, quæ rerum maiestas subijciatur, non satis aduertere videntur. Non enim (vti for-

tasse quispiam suspicetur) monemur tantum abdicatis fortunæ ludibrijs, & relicto amantissimorum Parentum complexu, nos alicuius Monasterij septis continere: illud siquidem parui ponderis est, & momenti; sed in Monasterijs ἕπεσθαι τῷ Θεῷ, & abnegare nosmetipsos iubemur, prout alibi nobis inculcat Dominus. *Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.* Non est Christum sequi, repentino quodam animi impetu, & spe pinguioris culinæ ad Monasterium conuolare, & in eo quadraginta annorum spacium decurrere, vel etiam vsque ad compagum corporis solutionem degere, (Maledictus enim peccator centum annorum ab Isaia dicitur) sed in eo contractas animi labes diuturna pœnitentia eluere, & indomitos volũtatis motus silentio, ieiuniorum multitudine, lachrimarum riuulis superare. Non est crucem tollere, corporis cibum in monasterio sumere, & Dauidicam citharam, quocunque pectine percutere, sed summa mentis attẽtione, vocis modulos depromere, Spiritus S. suauissimos liquores suauissimo fletu degustare, & per obseruantiarũ vepres discurrẽdo, toti⁹ vitę curriculo in amaro prœlij interioris, falsorũ fratrũ calice propinare. Non est seipsũ abnegare, ex ipso dumtaxat faucium meatu, Paupertatis, Castitatis, & Obedientiæ vota personare: sed ea Deo Optimo Maximo ad amussim reddere, & superiorem animæ partẽ ab inferioris fæcibus seiungere. Et quia hæc quibusdam disciplinæ vitæque Monasticæ imperitis noua, & ex turbido cuiusdam ingenij melancholici fonte promanare, vel ex Philo

*Matth. 16.*

*Cap. 65.*

sophicis

sophicis syrtibus scaturire videri possunt: Iuuabit sanctissimum Instituti nostri Præmonstratensis institutorem audire, & verba quæ ad suos habuit commilitones, imo & ad nos quotidie habet posteros referre. Audiat & capiat qui volet. Non est reperire qui maiorem apud nos fidem facere debeat, quippe qui & parens noster communis, & Ordinis eius, cui ascripti sumus, fundator existat. Non est filij nomine dignus, qui patri non auscultat. Quotquot igitur in vocatione, qua vocati sumus digne volumus ambulare, professionis nostræ pondus ex eiusdem verbis attendamus. *Hortamur* (inquit) *vos fratres dilectissimi, ad sedulam cui specialium votorum professione vos obligastis, Dei seruitutẽ. Tenemini enim vobismetipsis, & cunctis vestris sponte abnegatis, & pure propter Deũ derelictis, in humeris vestris quotidie portare crucem Christi: hoc est crebris diuersarum passionum angustiis patienter ducere vitam totam in pœnitentia. Hæc est enim arcta via cœli, quæ in ea perfecte ambulantes, ad veram perducit patriam: quam Christus moriendo & viuendo, opere & verbo, vobis strenuè præmonstrauit. Quam nisi cum fiducia aggrediamini, & pro modulo vestræ possibilitatis in ea ambuletis, non potestis ad Christum venire, sicut dicit Apostolus. Nullus coronabitur, nisi qui legitime certauerit. Et iterũ. Qui voluerit Christo commanere, debet sicut ipse ambulauit, ambulare. Ambuletis ergo in via Dei cautè: ne morte comprehendamini improuisè, promptam obseruantes obedientiam, voluntariam paupertatem, & famosam castitatem. Sine his omnis substantialis virtus Ordinis penitus desolatur.* Nimirum tota aberrant

Sapiens Prouerb. 1.

2. Tim. 2.
1. Ioan. 2.

via, qui excusationes in peccatis quærentes, si veste candida corpus, & cuculla caput abrasum tegant, monasticæ vitæ satis se fecisse arbitrantur. Non est illa, qua ad cœlum ascenditur via. Non sunt habitus & cucullæ sufficientes ad cœlum rapiendum scalæ. Non delectatur externis Deus, nisi cum internis socientur. Et ne quispiam hæc à me solo ad pauidorum terrorem proferri existimet, Instituti nostri author ac inuentor sic posteros suos alloquens consolatur. *Si qui autem habitu religioso, sub specie columbinæ simplicitatis, & lactis innocentiæ exterius nudè amicti, ac deuotione perfectæ religionis coram* Deo *scientiarum (cui cogitationes omnium præparantur) quod absit, interius miserè nudati, salutaris doctrinæ monita, monitoremque contumaci corde spernunt, sanctum Regularis disciplinæ ordinem non obseruantes, proculdubio ad illum deterrimum, æternorumque tormentorum locum (nisi se prius emendauerint) perducentur, vbi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Paueatis igitur horrenda* Dei *maiestatis iudicia, illi deuotè seruientes in timore, & iustitia, vt vos conseruet in religiosa vita, & à pœnis prædictis custodiat vos ipsius Clementia. Quæ fideliter seruientes affluenter ditabit, piè dans pro paruis magna, pro temporalibus æterna: sicut ipse discipulis suis de contemptu rerum suarum, & de labore operum suorum mercedem inquirentibus dicebat. Centuplum accipietis, & vitam æternam possidebitis, ad quam nos perducat Christus.*

1. Reg. 2. in Cant. B. Annæ matris Samuelis.

Matth. 19.

Quo quid ad vocationis vitæque nostræ monasticæ conditionem aperiendam manifestius; quid ad professionis nostræ naturam per-

cipiendam clarius; quid ad eorũm damnandam cæcitatem, qui solo habitu Instituti sui monastici vices dignè decenterque se obire arbitrantur, apertius dici potest? Credite mihi, fucus illorum tandem aliquando in illo die, in quo *Deus reuelabit abscõdita tenebrarũ,* patebit. Tunc istiusmodi homines magno cũ rubore experientur, non in externa solum religionis imagine, vitæ monasticę institutum consistere. Tunc intelligent ex Diuino vate Hieremia (sed inconsultorum Phrygum more serò sapiẽtes) *Maledictum illum esse, qui facit opus Dei negligenter.* Faxit Deus, vt in die furoris huiusmodi Religiosorum catalogo non adscribamur. Vereor tamen magnopere, ne id plurimis accidat, qui agunt vitã monasticã, nec agunt; vouẽt, nec reddunt: regulã profitentur, nec ad regulæ præscriptũ mores suos exigunt: silentiũ spondent, nec ori vllã ponunt custodiã: Parentes deserunt, nec eos Christi patrimonio impinguare desinunt. Illos quidem suis omnibus iuxta Christi Redemptoris edictum nuntium remittere putes, cum contra nullum non lapidem moueant, vt honores & diuitias adipiscantur: Castitatem amplectuntur, nec voluptatum lenocinijs valedicunt: Seipsos per obedientiam abnegant, totosque (vt holocaustum quoddam) Deo consecrant, nec Prælatorum iussa detrectare passim religioni ducunt. Quod quam sit à ratione dissonum, & Deo, hominibusque inuisum, illi satis superque (nisi planè in reprobum sensum traditi videri velint) animaduertere ex hoc, quod eorum oculis obijcimus, speculo possunt. Ista est stulta promissio, quæ Deo displicet: ille ab-

1. ad Corin. 4.

Secundum versionẽ 70. Interpretum qui habent ἀμελῶς.

surdum secundum iura committit, qui ad id redit, cui renuntiandum putauit. Audite obsecro quantum de ijs, qui talia agunt conqueratur idem Dominus apud Hieremiam. *Quid est*, inquit, *quod dilectus meus in domo mea facit scelera multa?* Et merito: labuntur enim turpiter, & impetu quodam belluino, in diuersa circumferuntur vitia, quotquot in Monasterijs antiqua Patrum nostrorum vestigia deserentes, voluptatibus & otio diffluere non erubescunt.

*L. Si quis ius iur. C. de reb. cred. cap. 11.*

SECVNDA INSTRVCTIO. Qui in Monasterijs voluptatibus & otio diffluunt, æternas delitias momentaneis stulti postponunt. O iniquos rerum æstimatores, similes AEsopico cani, qui corpus, vt vmbrā sectaretur, reliquit. similes etiam illi, qui panem suum ad nidorem carnis assæ comedebat, sibique ex ipso solo carnis nidore, carnis esum persuadebat. Verum pretio non absimili cibus ille coquo persolutus est: nam vt non vera caro, sed carnis nidor appositus fuerat, non vera pecunia, sed sono pecuniæ compēsari debuit. Eiusdem generis solutionem ridiculam describit Clemens Alexandrinus à Bocchoride Iusto sancitam ei, qui vmbram corporis acceperat, non ipsum corpus; nam crumenam nummis refertam in Sole extendi iubet, atque hominem mercedis loco vmbram obiecti marsupij secum asportare. Non dissimilis illos manet merces, cum depositum suum, id est, animam ab illis repetet Deus, tum omnes deliciarū, cupiditatumq; vmbrę, quas verarū delitiarū loco venantur, valedicent illis, æternas vmbras pro mercede subeuntibus: nā, vt

*4. Stromat.*

Gloriosus

Gloriosus testatur Hieronymus, *Impossibile est de delitiis transire ad delitias, præsentibus bonis frui, & æternis.*

TERTIA INSTRVCTIO. Qui in Monasterijs Patrum suorum vestigijs non insistunt, bene sancteque viuendi occasiones aspernantur. Quod quam fatuum sit & sceleratum, luce meridiana ex eo clarius est, quod exiguis sese Monasteriorum angulis abdiderint, vt improbas & fallaces improbi & fallacis seculi occasiones peccandi subterfugerent, faciliorem que virtutis viam, quę in Monasterijs esse solet, nanciscerentur. Scelus (inquam) in eo est nō exiguū, quod diuino repertam beneficio opportunitatem, non solum negligunt, sed studiose contrariam investigāt. In corporis blanditijs, in honorum titulis, in diuitiarum thesauris, venandis occupati toti vix aliquid intentatum relinquunt, quo suis illecebris satisfaciant; adeo Claustrorum, quæ ad peccatorum vitandas occasiones inuenta sunt, conditionem invertunt, vsque adeo Creatoris gratiam, quæ in Monasteriorū septis omnem recte vitam instituendi ansam prębet, contemnunt. Quo verendum est ne illorum capitibus illud Prouerbiorum immineat: *Despexistis omne consilium meum, ego quoque in interitu vestro videbo.* Et quis risum contineret? An non ridiculi plane sunt, si in Dei vinario siti moriuntur, in eius armario corrumpuntur, in arida submerguntur, in planitie ad scopulos alliduntur, in loco salutis damnationem suam operantur, in officina vitæ, mortis perpetuæ malleo percutiuntur! O quāto sa- Cap. 1.

tò ſatius eſſet, dum tam facilis ſe præbet occaſio, Apoſtoli Pauli documentum ſequi: *Dum tempus habemus, operemur bonum.* Veniet, veniet dubio procul nox, in qua operari non valentes, obſtinationem ſuam miro damnabunt eiulatu. Et videntes eos, quorum opera ad meliorem frugem conuerti debuerunt, & quorum monita ſalutaria reſpuerunt, hiſce vel inuiti alij in alios vocibus inuehētur. *Hi ſunt quos habuimus in deriſum. Nos inſenſati vitam illorum æſtimabamus inſaniam. Ecce quomodo computati ſunt inter filios* Dei.

*Ad Galat. 6.*

*Sapient. 5.*

QVARTA INSTRVCTIO. Qui in Monaſterijs à ſanctis Patrum ſuorum veſtigijs recedunt, bonorum ſocietate ne dum meliores, ſed deteriores euadunt, infœlicem illum repræſentantes, qui eximijs cęteris Chriſti diſcipulis proditor aſſidebat Sed quid illos ſimiles Iudæ pronuntio? Vtinam non etiam nequiores; ille enim ſua malitia contentus, alios ad idem perpetrādum ſcelus forte non compellebat: iſti, ſi quis occurrat ſuorū Canonum, ſiue regularum ſedulus obſeruator, vt eum à propoſito reuocent & ſolutioris vitę ſocium habeāt, bellum perpetuū indicūt. Atque eum etiam ſi fortè in propoſito conſtantiorem, quam putarant nacti fuerint, odio pluſquam Vatiniano proſequuntur, vixque alloquio contumeliæ & ſcommatis vacuo dignantur; omnia eius opera ad hypocriſim traducentes, vt vel ſic cæteros à ſanctis eius veſtigijs & intentione deterreant. Sed væ illis, ſiquidem bonum malum, & malum bonum dicunt.

*Minus eſt perſuadere quam facere. ff. de ſer. cor ti. 1. § perſuadere. & L. vt tantum.*

Quinta

QVINTA INSTRVCTIO. Qui in Monasterijs professionis suæ immemores viuunt, proditores imitantur; Proditor quippe dicitur, qui eum, à quo vestitur, & nutritur impugnat. Cùm igitur benefico Domino heu nimis sæpè mala pro bonis retribuant; pro feruore, oscitantiam; pro reuerentia, cōtemptum; pro zelo, iniuriam; pro obsequio denique offensam; quàm pertimescendum ne de illis pronuntiasse videatur, quod de Iuda proditore? *Ecce manus tradentis me mecum est in mensa.* Et rursus: *Si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem vtique. Tu vero homo vnanimis, dux meus, & notus meus: qui simul mecum dulces capiebas cibos,* &c. In hoc certè canibus conditione inferiores sunt, qui cum cæteros insectentur, nutritores tamen & benesicos amare consueuerunt. *Lucæ 22.* *Psalm. 54.*

SEXTA INSTRVCTIO. Qui in Monasterijs vitam professioni suæ consentaneam non agunt, fundatores decipiunt, qui ea omnia quibus gaudemus, liberaliter monasterio contulerunt. Illi vel in huius mundi pelago adhuc periclitantur, vel in purgatorij flammis torquentur: si adhuc superstites, nobis sua contulerunt, vt iustè sanctèque Deo seruientes, periculis quibus hic mundus abundat, nostris precibus liberarentur: Si in purgatorij flammis detinentur, sua nobis, vt iisdē nostris precibus ad cœlum citius conuolarēt, largiti sunt. Nonne igitur eos decipiunt, qui preces suas & psalmos vitiorum sordibus commaculant, quandoquidem in eo statu manus perfectè auxiliatrices eis præbere non

possunt? Neomenias enim illorũ, & sabbatum & festiuitates alias non feret Dominus. Adeo verum est illud, *Peccatores Deus non audit.* Nempe *quando is displicet, qui ad interpellandum mittitur*, inquit alicubi magnus Gregorius, *irati animus ad deteriora prouocatur.* Et Lacones ipsi consilium, alioqui optimum, de ore Demosthenis cuiusdam, eo quod homo impurus esset, suscipere noluerunt, vnde necesse fuit, vt Ephori ciuem quendam alium virtute præditum ei sufficerent, qui populo huius consilij author esset.

Esai. 1.
Ioan. 9.

SEPTIMA INSTRVCTIO. Qui in Monasterijs existentes vocationem suam non curant, eosdem fraudant magna illa spe, qua suffulti illos suo viuendi instituto Deum honoraturos rebantur. Sic enim loquuntur vltimæ eorum voluntates. *Nos, N.N tale Monasterium in honorem Christi, & memoriam sanctorum Martyrum. &c Ordinamus esse fundatum. cui tot conferimus prædia, tot Monachos instituimus, quos viuere volumus, secundum Regulam sancti Augustini, &cæt.* Quid ergo, si nihil eorum agentes, eorum hæreditates, Christi & Martyrum sanguine partas, quidam male vitã instituentes Religiosi possidẽt in delitijs, diuitijs, & honoribus? Nonne eos scelerate spe sua spoliare putabuntur? Vtinam quanta hoc sit reprehensione dignum omnes attenderent, & quanto supplicio expiandũ hominẽ iã mortuũ volutari in sanguine Christi, ingurgitari, incrassari, dilatari in sanguine Martyrũ, inter Confessorũ sudores deliciari, inter fundatorũ labores otiari, deniq; nil eorũ

com-

complere, quæ in eorum Testamētis præscribuntur? Nonne leges ciuiles eos iuste de hæreditate deturbare censentur, qui fideliter vltimis Testatorum decretis morem nō gesserūt? Nonne filijs Israel, quia recesserāt à legitimis patrum suorum, immisit Deus latrunculos ex Chaldæis, latrunculos ex Syria, latrunculos ex filijs Ammon, latrunculos ex filijs Moab, qui eos ad nihilum pene redegerunt? Ita existimo, immisit nobis Deus latrunculos commendatarios (omnes nō arguo, sed eos solum, quorum cura nulla alia est, quam nos nostraque deglubere) quia qui piam & iustam Fundatorum spem fefellerint, nonnulli apud nos fortasse reperiuntur.

*4. Reg. 24.*

*Vnde Commendatarij.*

OCTAVA INSTRVCTIO. Qui in Monasterijs agentes à Monastici instituti ratione recedunt, loca sancta nefarie cōmaculāt. Monasteria vocātur loca sancta, partim quod ea sint Dei obsequio cōsecrata, partim quod plurimorum Sanctorū sedes ac domiciliū extitere. Hæc loca pedibus (Moysis exemplo) discalceatis, id est, conscientiæ sordibus abstersis, omnes terere deberemus: si qui sunt apud nos qui secus faciant, Dominicam hanc querimoniam experiri suo malo cōpellentur: *In terra Sanctorum iniqua gessit, & non videbit gloriā* Dei. Querimoniā reperit Hieremias. *Contaminastis* (inquit) *terrā meā.* Mirū est quod pœnis illis grauissimis medullitus non commoueamur, quibus legimus affectos illos, qui sacris in locis crimina perpetrarūt. Commiserunt in cœlo peccatum superbiæ Angeli, volentes ascēdere super altitudinem

*Exod. 3.*

*Esai. 26.*

*Cap. 2.*

*Pœna eorum, qui loca sacra suis vitiis macularunt.*

*Esai. 14.*

nubium,

nubium; tantæ excellentiæ creaturis Deus non pepercit, sed eos æternis inferorum ignibus cruciandos addixit. Commisit primus parens Adam peccatum inobedientiæ in paradiso, quod tanto odio Deus prosequutus est, vt eum cum omnibus posteris, temporali, & æternæ morti obnoxium esse voluerit. Commisit Iudas peccatum auaritiæ in sancta Discipulorum Dei congregatione: sed ipse vltor sceleris proprij, laqueo sibi manus violentas intulit. Commiserunt peccatum proprietatis Ananias & Sapphira, in primitiuo vitam communem agentium conuentu: sed repentina morte perierunt. Assuero bilim præcipuè mouit Aman, cum visus est Reginæ illius sponsæ iniuriam inferre velle. *Etiam Reginam* (inquit) *vult opprimere, me præsente, in domo mea?* quo dicto iussit illum affigi patibulo altitudinis cubitorum quinquaginta. Non tulit Dominus, ementes & vendentes in templo, sed Diuino zelo accensus, manu propria (atque ita præter supremorum dominorum consuetudinem, qui alienas dumtaxat in reos inijciunt) illos flagello abegit. Ea nimirum est Dei in loca sancta commaculantes animaduersio. Duo in medium huius vindictæ seuerioris in monachos exempla proferam. Alterum est ex Diuo Gregorio depromtum. Referam eiusdem verba, vt maioris apud vos ponderis sit historia. *Rem* (inquit) *quæ nuper contigit, refero, vt si vos peccatores ex corde esse conspicitis, Omnipotentis Dei misericordiam amplius ametis. Præsenti anno in monasterio meo quod iuxta Beatorum Martyrum Ioannis*

*Genes. 3.*

*Actor. 1.*

*Actor. 5.*

*Esther. 7.*

*Ioan. 2.*

*Homil. 19. in Euangel.*

*Vltio diuina in eos, qui Monasteria suis vitiis commaculant.*

*& Pauli*

r Pauli Ecclesiam situm est, frater quidam ad
onuersionem venit, deuotè susceptus est, sed ipse
euotius est conuersatus. Hunc ad monasterium
ater suus corpore, non corde, sequutus est. Nam
alde conuersationis vitam & habitum detestās,
monasterio vt hospes habitabat, & monachorū
itam moribus fugiens, recedere à monasterij ha-
itatione non poterat: quia vel quid ageret, vel
nde viueret non habebat. Erat eius prauitas cun
tis onerosa, sed hunc omnes aquanimiter, pro
ratris eius amore tolerabant. Nam superbus, &
ubricus si qua post hoc seculum sequeretur vita,
esciebat. Irridebat vero, si quis illi hanc prædicare
oluisset. Itaque cum habitu seculari viuebat in
onasterio, verbis leuis, nutibus instabilis, mente
umidus, veste incompositus, actione dissipatus.
Mense autem Iunio nuper elapso, huius quam no-
is pestilentia clade percussus est: qui ad extre-
ium veniens, vrgeri cœpit, vt animam redderet.
t vltima iam corporis parte præmortua, vitalis
ttus in solo pectore, & lingua remanserat. Fra
es aderant, eiusque exitum (in quantum Deo
rgiente poterāt) oratione tuebantur. At ille subi-
ad deuorandum se draconem venire conspiciēs,
agnis vocibus cœpit clamare dicens: Eccè draco,
ad deuorandum datus sum, qui propter vestram
æsentiam deuorare me non potest. Quid mihi
oram facitis? Date locum, vt ei deuorare me li
at. Cumque hunc fratres, vt sibi signum crucis
primeret, admonerent respondebat virtute quā
oterat. dicens: Volo me signare, sed non possum,

quia

*quia à dracone premor. Spuma oris eius faciem meam liniunt, guttur meum eius ore suffocatur. Ecce ab eo brachia mea comprimuntur, qui iam & caput meum in suo ore absorbuit. Cumque hoc ille pallens & tremens & moriens diceret, cœperunt fratres vehementius orationibus insistere, & oppressum draconis præsentia suis precibus adiuuare. Tunc repente liberatus magnis cœpit vocibus clamare dicens: Deo gratias: Ecce discessit ecce exijt ante orationes vestras fugit Draco, qui me acceperat. Mox autem seruiturum se Deo & esse se monachum deuouit, atque à tempore illo nunc vsque febribus premitur, doloribus fatigatur. Morti quidem subtractus est, sed adhuc plenius vitæ restitutus non est. Quia enim longis & diuturnis iniquitatibus pressus est, longo labore fatigatur, & durum cor, ignis purgationis durior concremat: quia Diuina dispensatione agitur, vt prolixiora vitia ægritudo prolixior exurat. Quis illum vnquã seruari ad conuersionem crederet? Quis tantam Dei misericordiam considerare sufficiat?*

Lib. 5. cap. 15 hist. Anglic.

Alterum exemplum reperi apud Venerabilem Bedam, cuius hæc sunt verba. *Noui ipse fratrem (quem vtinam non nossem. cuius etiam nomen si hoc aliquid prodesset, dicere possem) positum in monasterio nobili, sed ipsum ignobiliter viuentem. Corripiebatur quidem sedulo à fratribus, ac maioribus loci, atque ad castigatiorẽ vitam conuerti admonebatur. Et quamuis eos audire noluisset, tolerabatur tamen ab eis longanimiter ob necessitatem operum ipsius exteriorum: e-*

rat enim

*at enim fabrili arte singularis. Seruiebat autem nultum ebrietati, & cæteris vitæ remissioris illece ris, magisque in officina sua die noctuque reside- e, quam ad psallēdum atque orandum in Ecclesia udiendumque cum fratribus verbum vitæ, con- urrere consueuerat. Vnde accidit illi (quod solent licere quidam) quia qui non vult Ecclesiæ ianuam bonte humiliatus ingredi, necesse habet in ianuam nferni non sponte damnatus introduci. Percussus nim languore, atque ad extrema perductus, vo- auit fratres, & multum mœrens, ac damnato si- nilis cœpit narrare. quia videret inferos apertos, & Satanam immersum in profundum tartari. Cayphám quoque cum cæteris qui occiderunt do- inum, iuxta eum flammis vltricibus contradi- um; in quorum vicinia, heu misero mihi, locum spicio æternæ damnationis esse præparatum. Au- ientes hæc fratres cœperunt diligēter exhortari, t vel tunc positus adhuc in corpore pœnitentiam geret. Respondebat ille desperans: Non est mihi nodo tempus vitam mutandi, cum ipse viderim udicium meum iam esse completum. Talia dicens ine viatico salutis obijt, & corpus eius in vltimis st monasterij locis humatum, neque aliquis pro eo el missas facere, vel psalmos cantare, vel saltem rare præsumebat. O quam grandi distantia diui t Dominus lucem & tenebras! Beatus protomar- r Stephanus passurus mortem pro veritate, vidit elos apertos, vidit gloriam Dei, & Iesum stan- em à dextris Dei. Et vbi erat ipse futurus post nortem, ibi oculos mentis ante mortem, quo læ or accumberet, misit. At contra faber ille tene-* Actor. 7.

*brosæ mentis & actionis, imminente morte, vidit aperta tartara, vidit damnationem Diaboli, & sequacium eius. Vidit etiam suum infelix inter tales carcerem, quo miserabilius ipse desperata salute, periret, sed viuentibus qui hoc cognouissent, causam salutis sua perditione relinqueret. Factū est hoc nuper in prouincia Berniciorum, ac longe lateque diffamatum, multosque ad agendam & non differendam scelerum suorum pœnitentiam prouocauit.* Vtinam & improbe viuentes in claustris hæc exempla ad meliorem frugem prouocarent. Et certe si quid in illis hominis reliquum sit, & non penitus ad belluinos mores degenerarunt, horrorem illis incutere debent Diuinæ, quæ eorum ceruicibus imminet, vltionis comminationes, si claustra, quæ loca sancta sunt, suis sceleribus commaculare persistant. *Diuina enim vltio, etsi lente procedit, tarditatem tamen grauitate supplicij solet compensare*: tamque lethaliter ferit, vt nullo post tempore præbeatur resiliendi respirandique facultas. *Regum indignatio* (inquit Homerus) *etiamsi in presenti dissimuletur, summopere tamen in posterum cauenda est.*

D. Gregor. alicubi.

Lib. 9. Iliad.

NONA INSTRVCTIO. Qui in Monasterijs vocationem suam non attendunt, bonorum locum non sine iniquitate & iniuria quadam occupant: vtpote inutiles, ac velut arbor infructuosa, quam Christus Dominus eradicandam ideo censuit, quod fructuosæ locum occuparet. Caueant & illi, ne tantorum hominum, qui, si in Monasteriis gratiam commorādi eis fecisset Dominus, vitam

Luc. 1.

verè piam & religiosam ageret, locum præoccupantes, hac Dominica comminatione feriantur: Succide eos, vt quid terram hanc sanctam occupant? Et rursus. *Væ tibi Corozaim, væ tibi Bethsaida, quia si in Tiro & Sidone factæ essent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egissent.*

Matt. 11. Luc. 10.

DECIMA INSTRVCTIO. Qui in Monasterijs Regularum suarum immemores viuunt, eis frequenter se rebus immiscere præsumunt, ad quas inepti plane reperiuntur, vt, in conspectu Domini astare, eius altari ministrare, sanctum eius corpus ore prophano conficere, eius laudes præsentibus Angelis, impuro corde depromere. Quod quantum illi displiceat, meridiano lumine manifestius vnicuique erit, qui Ozam illotis (vt aiunt) manibus arcam, ne rueret, attrectantem, Diuino prostratum iudicio diligenter intuebitur: vult enim Dominus sanctificari in his, qui sibi appropinquant.

VNDECIMA INSTRVCTIO. Qui in Monasterijs constitutionum suarum contemtores existunt, statum suum multis retrò seculis probatum & honoratũ peruertunt. Status enim Religionis est status pœnitentiæ. Vnde Chrysostomus ore planè, quod & nomen sonat, aureo Religiosos meritò Crucifixos pronuntiauit, quasi eos, qui in perpetua cruce viuant. Et Diuus Thomas Scholasticorum facile princeps hoc etiam inter cætera docet, Religiosum statum non solum in perfectione charitatis consistere, sed etiam in perfectione pœnitentiæ. Sed quid hodie nonnulli in hoc pœnitentiæ statu moliuntur? Nonne foe-

Hom. 9. ad Pop. Ant. 2. 2. q. 187. art. 6. ad 3. 33. q. 3. de Pœn. Dist. 1. Quis aliquando. 16. q. 1. Vos. & Extra de sent. ex com. cum illorum.

licissimum hunc statum in miserrimum, videlicet excæcationis miserrimæ commutant? O quam distant illi ab illo Monastico Hectore Norberto! Cogitans ille tum Præmonstrati agens, quid à se exigerent præterita sua peccata, vitam eam instituere cœpit, qua fructus faciens dignos pœnitentiæ, recogitaret cum beato Rege Ezechia, omnes annos suos in amaritudine animæ suæ; cum ipsi potius suos recogitent in dulcedine. Si quid perperam domi forisue perpetratum audiant, tantum abest, vt cum amaritudine cordis detestentur, vt verendum sit, ne recreationis ergò, illud inter compotationes, & confabulationes quotidianas, veluti quid Herculeum recenseant. Sic *laudatur peccator in desideriis animæ suæ*, qui debuerat secundum susceptum pœnitentiæ statum, panem in mensura cum lachrymis comedere.

*Psal. 9.*

DVODECIMA INSTRVCTIO. Qui in Monasterijs vitam mollem & delicatulam transigunt, à Patrum suorum vestigijs turpiter recedunt. Illi enim in frigore & nuditate, angustiati, afflicti, in ieiunijs multis, in vigilijs, in silentio, in strati duritia, in orationibus perpetuis hunc miserum vitæ cursum compleuerunt: Hi vero læti, exhilarati, ludentes, edentes, bibentes, otiantes, in voluptatibus & delitijs, in saturitate & strati mollitie, in somno & garrulitate ducunt dies suos. Et quid aliud, quamdiu sic professionis suæ immemores sunt, præstolari possunt, nisi vt in puncto ad inferna descendant?

DECIMATERTIA INSTRVCTIO. Non ascenditur contrarijs gradibus in cœlũ.

*Via arcta est & angusta*, non patitur scalas amplas. Si gradibus silentij & abstinentiæ multæ & iugis orationis capessenda via est, isthuc certe multiloquio, comessationibusque perueniri posse sperandum non est: Videamus quibus gradibus parens noster Norbertus ascenderit. Inter cæteras vitæ austeritates, hoc etiam de eo narrat grauis & religiosus author. *Accepta prædicandi, ex Apostolica iussione, potestate cœpit media horrendæ hyemis asperitate, & intemperie, cum duobus sociis nudis pedibus remeare: tanta quippe charitate flagrabat in Deum, vt eum nec frigoris asperitas, nec inedia, nec corporis lassitudo ab eo, quod cœperat reuocaret. Pertingebant ei in itinere niues vsque ad genua aliquando, nonnunquam vsque ad femora, nec tamen vno saltem die eum poterant retinere. Cibus ab eo nisi quadragesimalis, & vespertinus, præterquam Dominicis diebus, minimè sumebatur. Piscibus autem, seu vino rarissimè vtebatur. Corpus eius non requiescebat per diem: spiritus autem neque noctu, neque interdiu habebat requiem; singularis enim fidei, & miræ fortitudinis erat homo ille. Tandem Præmonstratum ingressus, ne professioni Canonicæ, cui etiam ipse & quotquot cum eo viuere volebant, intitulati fuerant ab infantia, inferre iniuriam videretur; Regulā, quam Beatus Augustinus suis instituit, afferri præcepit. Apostolica enim vita, quam prædicatione susceperat, iam optabat viuere: quam quidem ab eodem viro post Apostolos audierat constitutam, ac renouatam fuisse. Quam cum allatam diligenter inspexisset, in paucis compositam, in multis tamē dispositam, statim in die Natiuitatis Domini, quæ instabat, instar Dominicæ descriptiōis*

*Matth. 7.*

*Surius Cap. 11 vitæ eius, quæ tom. 3. est.*

*ſub eadem & ſtabilitatis in loco, & profeſsionis gratia ad illam beatæ perennitatis ciuitatem ſinguli ſeipſos conſcripſerunt, & multa auſteritate, multa corporis maceratione, profundo ſilentio, multis lachrymis & ſuſpirijs cœperunt vitam hãc mortalem & caducam tranſigere.* Vidiſſes tum temporis agrum Pręmonſtratenſis, Floreffienſis, Laudunenſis, & Virdunenſis tractus, quaſi hortum delitiarum ſpiritualibus ſuſpirijs irriguum, quaſi paradiſum voluptatis Angelicæ. Illic vidiſſes homines ſpirituali duello cœlum rapientes: vidiſſes (inquam) eos omnium virtutum floribus decoratos, in dormitorio vigilantes, orationibus perpetuis inſtantes. In refectorio ventrem non dapibus ſtudioſè replentes, ſed cœlum cogitationibus Angelicis pulſantes: In clauſtro velut in ſolitudinibus, ſpeluncis, & cauernis terræ deliteſcentes: In templo, pſalmis, totis viſceribus incumbentes, & ſanctis deſiderijs circa cœli cardines perambulantes, quibus dignus non erat mundus, quos tamen ipſe honorabat, & mirabatur. Hæ ſunt primitiæ frugum tuarum (candidi Ordinis Patriarcha Norberte.) Videre licebat tum temporis patres in filijs benedici: necnon numerum filiorum Dei, Norberto ſemen fœcunditatis vbique proijciente, mirum in modum creſcere. Cœnobia cœnobijs addebantur. In cœnobijs pæne in immenſum excreſcebat Religioſorum numerus. Vidiſſes in Paulino ad mœnia Virdunenſia monaſterio (quod veterem, & diſſutam dudum Beati Benedicti tunicam in nouam & verè candidam tum temporis Beati Norberti commutauerat) Religioſos trecentos commorari, qui velut

*Author. hiſt. Gallobelg.*

terri

terribilis castrorum acies ordinata, agmine composito, in mundi amatores confligebant. Vidisses illuc aduentantes certatim quotidie Seculares, imò Episcopos etiam, qui relictis omnibus, quæ possidebant, vt inter Christi pauperes cooptarentur, instabant opportunè, importunè. Illic vidisses, pro iniquitate, optimis moribus depicta tentoria AEthiopiæ. Ibi vetus Adam seipsum, vt nouus fieret, exuebat. Ibi AEthiops mutabat pellem. Ibi Pardus depilabat varietates suas. Ibi peccator abijciebat opera tenebrarum, & induebat arma lucis: Ibi galeam salutis peccator à seculo cõuersus assumebat, & dominicos pedes lachrymis irrigans, audiebat; Dimittuntur tibi peccata multa, quoniam multum dilexisti. O secula auro & topasio meliora, quando de Claustri ergastulo, iuxtà vetustum Maronis oraculum, surgebat gens aurea mundo! O fœlix nimium prior illa ætas, tot insignibus, tot diuinis exornata viris, tot heroicis coronata patribus, tot strenuis beata proceribus! O nunc fœlices eos cœnobitas, & beato omine natos, qui sanctorũ illorũ Patrũ vestigijs inhærentes in illo beato viuẽdi instituto perseuerant. Si qui vero ab hoc tramite deflexerunt, precor, hortor, moneo, resipiscant. Pudeat eos, qui sunt populus Domini electus, & quibus dedit Dominus terram lacte & melle manantem, vitam tam ingrati animi testem degere. Pudeat eos, quibus abscondita regni cœlestis mysteria, non minus quàm primis Ordinis nostri Principibus cognoscere, per quam liberaliter dedit Deus, inusitatum insolitumque eisdem Principibus vitæ genus in-

ſtituere. Pudeat alienam ab eis, quorum habitum gerunt, & quorum viuendi inſtitutum lubentes aſſumpſerunt vitam, agere.

## SPECVLVM II.

In quo apparet grauis quorundam morbus, cui mederi maxime opus eſt.

Greg. libr. 6. Moral. ca. 17. vet. edit.

*PEccatoris mens tanto altius tenebreſcit, quanto nec damna ſuæ cæcitatis intelligit.*

NOn quærit phreneticus vertiginis ſuę, non lethargicus ſomni ſui antidotum: quia ille morbum ſuum neſcit; hic ſomnum, quo deprimitur, ſibi conuenientiſſimum exiſtimat. Non ſimus illis ſimiles, ſed ſi qui ſint in ampliſſima Ordinis noſtri familia ægri, vt ad paratiſſima remedia currere valeant, morbum ſuum cognoſcere, & periculoſiſſimum, quo vitijs indormiunt, ſomnum attendere non dedignentur. Audiant præclariſſimum animæ ægritudinum perſcrutatorem & medicum Bernardum. Ille morborum omnium monaſticorum radicem, ſuperbiam, tollere cupiens, hæc veriſſima de multis ſibi contemporaneis Monachis (vtinam de nullis noſtrûm vaticinatus minime videretur) pronuntiauit. *Video* (inquit) & *quod magis, doleo, poſt ſpretam ſeculi pompam, nonnullos in ſchola humilitatis ſuperbiam magis addiſcere, ac ſub alis mitis humiliſque Magiſtri grauius inſoleſcere, & impatientes amplius fieri*

Hom. 4. ſup. Miſſus eſt. Primus morb. Superbia.

*inclau*

*in claustro, quam fuissent in seculo. Quodq; magis peruersum est, plerique in domo Dei nō patiuntur haberi contemptui, qui in sua non nisi contemptibiles esse potuerunt: vt quia videlicet vbi à pluribus honores appetūtur, ipsi locum habere non meruerunt, saltem ibi honorabiles videantur, vbi ab omnibus honores contemnuntur.*

*Quam sit odiosa superbia in Religioso.*

Prosequitur idem sanctus Doctor, & tanquam chirurgus peritissimus Vanitatum, quas in plerisque Cœnobijs cernere est, vulnera detegit. *Video* (inquit) *& alios (quod non sine dolore videri debet) post aggressam Christi militiam, rursus secularibus implicari negotijs, rursus cupiditatibus terrenis immergi: cū magna cura erigere muros, & negligere mores: sub prætextu quoque communis vtilitatis, verba vendere diuitibus, & matronis salutationes: sed & contra Imperatoris sui edictum, concupiscere aliena, & sua cum lite repetere, non audientes Apostolum ex imperio Regis tubicinantem: Hoc ipsum (inquit) delictū est in vobis, quod causas habetis. Quare nō magis fraudem patimini? Itàne mundū sibi, & se mundo crucifixerunt, vt qui antea vix in suo vico vel oppido cogniti fuerant, modo circumeuntes prouincias, & curias frequentantes, Regum notitias, Principumque familiaritates assecuti sint?*

*Secundus morbus Vanitas.*

*Vanitas quorundam reprehenditur.*

*1. Cor. 6.*

De Vestium vero luxu paulo post idem Bernardus. *Quid de ipso habitu dicā? in quo iam non calor, sed color requiritur, magisque cultui vestium quam virtutum insistitur. Pudet dicere. Vincuntur in suo studio mulierculæ quando à monachis precium affectatur in vestibus, non necessitas: nec saltem forma religionis retenta in habitu: ornari, non armari, appetunt milites Christi:*

*Tertius morb. Luxus in vestibus monasticis reprehenditur.*

 qui

*qui dũ se præparare ad prœlium, & contra aerias potestates prætendere Paupertatis insigne debuerant (quod vtique aduersarii valde formidant) in mollitie vestimentorum pacis potius præferẽtes indicium, vltro se hostibus sine sanguine tradunt inermes. Nec aliunde hæc omnia mala contingunt quam quia illam, qua sæculum deseruimus, deserentes humilitatem, dum per hoc cogimur inepta denuo sectari studia Secularium, canes efficimur reuertentes ad vomitum*

In Apolog. ad Guilliel. Abb.

Idem Bernardus hunc eundem hisce verbis luxum insectatur. *Quæritur* (inquit) *non quod vtilius, sed quod subtilius inuenitur: non quod repellat frigus, sed quod superbire compellat: non denique (iuxta regulam) quod vilius comparari potest, sed quod venustius, imo vanius ostentari.* Et inferius paulo. *Fusi sumus exterius, & de regno Dei (quod intra nos est) relictis veris, ac perennibus bonis, foris quærimus vanam consolationem, de vanitatibus, & insaniis falsis; ac iam religionis antiquæ non solum virtutem amisimus, sed nec speciem retinemus Ecce enim ipse habitus noster (quod & dolens dico) qui humilitatis esse solebat insigne à Monachis nostri temporis in signum gestatur superbiæ Vix iam in nostris prouincijs inuenimus, quo vestiri dignemur. Miles & monachus ex panno partiuntur sibi cucullam & chlamydem. Quiuis de seculo quantumlibet honoratus, etiamsi Rex, etiamsi Imperator ille fuerit, non tamen nostra horrebit indumenta, si suo sibi modo præparata fuerint & aptata. Cæterum in habitu (inquis) non est religio sed in corde. Bene: at tu quando cucullam empturus lustras vrbes, fora circuis, percurris nundinas, domos scrutaris negotiatorum, cunctam euertis singulorum supel-*

Luc. 17.

Preliosus vestitus repræhenditur.

*lect le ingentes explicas cumulos pannorū attre ctas digitis, admoues oculis, Solis opponis radio: quicquid grossū, quicquid pallidū occurrerit, re spuis si quid autē sui puritate ac nitore placuerit, illud mox quātolibet precio satagis tibi retinere: Rogo te, ex corde facis hæc, an simpliciter? Cum denique contra regulam, non quod vilius occurrerit, sed studiosissime quæris quod (quia rarius inuenitur) preciosius emitur; ignorans facis hæc, an ex industria? Ex cordis thesauro sine dubio procedit quicquid foris apparet vitiosum. Vanum cor vanitatis indicium est. Mollia indumenta animi mollitiem indicant. Non tanto curaretur corporis cultus, nisi prius neglecta fuisset mens inculta virtutibus.* Sed de luxu vestium satis.

De quorumdam in cibo potuque intemperantiæ morbo eundem, velut Hippocratem nostrum spiritalem Bernardum non sine stomacho sermones miscentem audiamus.

*Quis in principio* (inquit) *cū ordo cœpit Monasticus, ad tantam crederet Monachos inertiā deuenire? O quantum distamus ab his qui in diebus Antonij extitere Monachi. Siquidē illi cū se inuicē per tēpus ex charitate reuiserēt, tāta ab inuicē auiditate panē animarū percipiebāt, vt corporis cibū penitus obliti diē plerumque totū ieiunis vētribus sed nō mentibus transigerēt. Et hic erat rectus ordo: quando digniori parti prius inseruiebatur. Hæc summa discretio, cum amplius sumebat quæ maior erat. Hæc denique vera charitas, vbi animæ quarum charitate Christus mortuus est, tanta sollicitudine refocillabantur. Nobis autem conuenientibus in vnum (vt verbis Apostoli vtar) iam non est Dominicam cœnam manducare. Panem quippe*

In eadē Apol.
Quartus morbus.
Conuiuia S. Antonij.

1. Corint. 11.

*cœlestem nemo est qui requirat, nemo qui tribuat. Nihil de Scripturis, nihil de salute agitur animarum, sed nugæ, & risus, & verba proferuntur in ventum. Inter prandendum quantum fauces dapibus, tantum aures pascuntur rumoribus, quibus totus intentus modum nescias in edendo. Interim autem fercula ferculis apponuntur, & pro solis carnibus, à quibus abstinetur, grandia piscium corpora duplicantur. Cumque prioribus fueris saturatus, si secũdos attigeris, videberis tibi necdum gustasse pisces. Tanta quippe accuratione & arte coquorum cuncta apparantur, quatenus quatuor aut quinque ferculis deuoratis, prima non impediant nouissima, nec satietas minuat appetitum. Palatum quippe dum nouellis seducitur condimentis, paulatim dissuescere cognita, & ad succos extraneos, veluti adhuc ieiunum, auide renouatur in desideria. Venter quippe, dum nescit, oneratur, sed Varietas tollit fastidium. Quia enim puras (vt eas Natura creauit) epulas fastidimus: dum aliæ alijs multifariè permiscentur, & spretis naturalibus, quos Deus indidit rebus, quibusdam adulterinis gula prouocatur saporibus, transitur nimirum meta necessitatis, sed necdum delectatio superatur. Quis enim dicere sufficit, quot modis (vt cætera taceam) sola oua versantur, liquantur, durantur, diminuntur; & nunc quidem frixa, nunc assa, nunc farsa, nunc mixtim, nunc sigillatim apponuntur? Vt quid autem hæc omnia, nisi vt soli appetitui consulatur? Ipsa deinde qualitas rerum talis deforis apparere curatur; vt non*

**Curiosa condimenta arguuntur.**

minus

*minus aspectus quam gustus delectetur, & cum iam stomachus crebris ructibus repletũ se iudicet, necdum tamen curiositas satietur. Sed dum oculi coloribus, palatum saporibus illiciuntur; infœlix stomachus, cui nec colores lucent, nec sapores demulcent, dum omnia suscipere cogitur, oppressus magis obruitur, quam reficit. Iam vero de aquæ potu quid dicam, quando ne vllo quidem pacto vinum aquatum admittitur? Omnes nimirum ex quo Monachi sumus, infirmos stomachos habemus, & tam necessarium Apostoli, de vtendo vino, consilium merito non negligimus: modico tamen, quod ille præmisit, nescio cur prætermisso. Et vtinam vel solo, cum etiam purum est, contenti essemus. Pudet dicere, sed magis pudeat actitari, & si pudet audiri, non pudeat emendari. Videas vna in prandio ter, vel quater, semiplenum calicem reportari: quatenus diuersis vinis magis odoratis, quam potatis, nec tam haustis quam attactis, sagaci probatione, & celeri cognitione, vnum tandem è pluribus, quod fortius sit eligatur. Quale autem est istud, quod nonnulla Monasteria ex more obseruare dicuntur, in magnis videlicet festis vina delibuta melle, pigmentorum respersa pulueribus in Conuentu bibere? Nunquid & hoc fieri dicemus propter infirmitatem stomachi? Ego vero ad nihil aliud valere video, nisi vt vel amplius bibatur, vel delectabilius. Sed cum venæ fuerint vino ingurgitatæ, toto in capite palpitantes: sic surgenti à mensa, quid aliud libet quam dormire? Si autem ad vigilias surgere indigestum*

Repræhenditur nimia curiositas in vino.

1. Timot 5.

*cogis, non cantum, sed planctum potius extorquebis. Cùm vero ad lectum deuenero, requisitus incommodum, plango, non crapulæ peccatum, sed quod manducare non queo.*

Prolixus nimium essem, si omnes quas vidit præsentes, & præuidit futuras in Monasterijs ægritudines mellifluus Bernardus, verissimo eiusdem stilo, ob oculos nostros ponere vellem. Vnam solum addam ægritudinem, quam silentio obuoluere non possum, propterea quod omnium aliarum fomes est & complementum. AEgritudo illa est, quod bonum à quibusdam malum dicatur, & malū reputetur bonum. Non iam apud illos, sicut apud Ethnicos olim, *Sapientia prima est stultitia caruisse*: sed potius sapientia prima est stultitiam habuisse, & ordines ieiunijs, abstinentijs, silentio conspicuos, in chaos, voraginemque vanitatum, & comessationum commutasse. Sapientia prima apud illos est, omnium Regularium obseruantiarum obliuio, legum, canonumque contemptus. Verè ille Religiosus non rectè censetur ac dignè vestem monasticam gerere, qui nullis Superiorum ad meliorem frugem hortantium verbis, vel minis mouetur: qui ceruicosus, peruicax, & inuerecundus, neque Dei, neque hominum metu ab illecebris carnis abduci se patitur, ad iram præceps, audax ad facinus, pronus ad iniuriam. Quæ tametsi in Ordinibus quibusdam magnopere doleam, absit tamen, vt cum natura Ordinum pugnare magnopere non credam, qui ἀταξίαν omnem perpetuo, & quicquid peruersum & enorme non solum, sed & anor-

*Bonum reputatur à quibusdam malum.*

*Pximius morbus.*

me geritur, cane peius & angue etiam nunc detestantur. *Dicitur* (inquit Bernardus) *& veraciter creditur sanctos Patres illam vitam instituisse: & vt in ea plures saluarentur, vsque ad infirmos Regulæ temperasse rigorem, non regulam destruxisse. Absit autem vt credam tantas eos, quantas video in plerisque Monasterijs vanitates ac superfluitates præcepisse, vel concessisse. Miror etenim vnde inter Monachos tanta intemperantia in comessationibus & potationibus, in vestimentis, & lectisternijs, & equitaturis, & construendis ædificijs inolescere potuit; quatenus vbi hæc studiosius, voluptuosius, atque effusius fiunt, ibi ordo melius teneri dicatur, ibi maior putetur religio? Ecce enim parcitas putatur auaritia; sobrietas austeritas creditur silentium, tristitia reputatur. Econtra remissio, discretio dicitur; effusio, liberalitas; loquacitas, affabilitas; cachinnatio iucunditas mollities vestimentorum & equorum fastus, honestas, lectorum superfluus cultus, munditia.* Hæc Bernardus.

In Apolog. ad Guill. Abba.

Qua in re non nulli Religiosi collocent virtutem.

Modus loquendi quorundam.

Ille quorumdam morbus est; illa nonnullorum ægritudo, qua suæ ætatis difformatos Religiosos vexari agnouit: & nostrorum temporum aliquos vexandos prædixit, contemporaneus sanctissimo Norberto sanctissimus Bernardus. Ægrorum est medelam quærere, ne simus febricitantibus similes, qui Medicis bene consulentibus acquiescere nolunt, sicque sua culpa pereunt. Periculosus est ille morbus, & adeo periculosus, vt eo laborantibus nisi conualescant, æternæ mortis periculum creet. Patebit magis periculum, si morbi vim (paucis verbis) nostris oculis subijcimus. Morbus in eo est, quod vota præpotenti Deo

*Vis morbi quinti.*

*Nota morum corruptionem directe pugnare cū professione, in qua Religiosus morum suorum conuersionem pollicetur.*

facta reddere quidam plane negligant, quod Regularum statutorumque conculcatores potius sint, quam obseruatores: quod morum suorum corruptores potius, quam emendatores: quod vitij potius commendatores, quam virtutis existant. Qui quidem morbus quam sit periculosus, vnicuique nostrum perspicuum erit, si serio perpendat, quod illi non mors corporis, sed animæ, non temporalis, sed æterna succedat. Morbus enim hic non est morbus corporis, sed animæ, ac propterea mortem non temporalem, quamuis & hanc interdum, eamque terribilem consciscat, sed æternam secum cito citius trahit. Volo dicere (etsi in hoc improbis inuisus) quod Religiosis irreligiose viuentibus impossibile penitus sit æternæ damnationis periculum deuitare, nisi votorum, quibus obstricti sunt, ac Regularum, seu statutorum nexum attendentes, præmisso seriæ pœnitentiæ remedio ad eorum accuratam & exactam obseruationem studium omne suum conferant. Ne permittamus nos, fratres, hac in parte seduci. Decipiunt nos, qui in deformi Religionis statu deformiter viuentes, sine Regulis, & obseruantiis Cœlum conscendere posse clamitant. Errore labimur, si in deliciis iacentes Monachos beatos esse persuasum habeamus. Non enim exleges, voluptuosi, & otiosi, sed lugentes, persecutionem patientes à Christo Domino beati prædicantur. Non inuenitur Regnum cœlorum in terra suauiter viuentium. Mendaces sunt etiam illi filij hominum in stateris, qui arctā illam salutis viam Religiosos sine votis, regulis, & morum suorū emendatione

*Religiosi non inuenient Regnū cœlorū sine votorum ac regularum obseruatione.*
*Matth. 5.*

ingredi

ingredi posse garriunt. Hæc enim omnia nos præstituros, solenni Religionis approbatæ voto, in altari, æquissimo debitorum, promissorumque nostrorum vsque ad vltimum quadrantem exactori, adhibitis humanis, & Angelicis testibus promisimus. Si promisimus, & non adimplemus, quid aliud nobis, quàm quod illę viduæ, de quibus Apostolus dicit, quòd *damnationem habent, quia primam fidem irritam fecerunt*, acquirimus? 1. ad Tim. 5.

Intellexit hæc gloriosus Hieronymus, qui Claustra, in quibus nulla promissorum reddendorum, Regularumque seruandarum cura est, alicubi *tartara*, & habitantes in eis, *Dæmonas* appellare non dubitauit. Ego verò, si non *tartara*, saltem *tartarorum suburbia* nominarim: vtpote à quibus sola morte, tartara sunt diuisa. Multum (credite non mentienti. Deus enim scit quia in hac parte non mentior) ab aliquot annis insudaui, vt cognoscerem viam Domini; & cum vniuersalis Ecclesiæ lumine Augustino, vt nullam inueni magis consentaneam, quàm benè formatas Religionis approbatæ semitas ambulare, sic locum nullum perditioni viciniorem animaduertere potui, quam illum in quo relictis Patrum regulis, quasi in corrupto & infecto aere potius vita prodigitur, quàm viuitur. Iuuerit eum loquentem audire. *Simpliciter fateor charitati vestræ coram domino Deo nostro, qui testis est super animam meam, ex quo Deo seruire cœpi, quomodo difficile sum expertus meliores quam qui in Monasteriis profecerunt, ita non sum expertus peiores, quam qui in Monasteriis ceciderunt*. Hæc Augustinus

*Monasteria deprauata quam sint deploranda.*

*Religiosi aut sunt planè bōi aut planè mali.* Epist. 137. & citatur 47. Dist. quantumlibet.

gustinus Clero & populo Hipponensi. Et certe Monasteria deformia, & in quibus degunt exleges, nomine, non re Religiosi, potius arbitror esse *prædonum latibula*, quam virtutum tabernacula: potius *speluncas latronum*, quam domus orationum. Tantæ namque in eis tenebræ sunt, vt clarius videat asina Balaam Diuinæ super se iustitiæ gladium, quam Monachus deprauatus horrendum, quod suis imminet vitijs, iudicium. Dum enim quantum in sua potestate est, in Heliogabali vel Sardanapali modum delitiatur, dum ad ollas sedet carnium, & carnes etiam delicatissimas edit in saturitate, dum fauces optimo quouis vino opplet, dum guttur condimentis obturat exquisitis, dum honores ambit, & adeptus, ex ijs intumescit, dum se, nihil de Monastica disciplina, cui se mancipauit, sollicitus, nugis omnibus, vanitatibusque pascit: Dum (inquam) his in periculis versatur, proh dolor! tanquam securus dormit, vel etiam quandoque de bono salutis suæ statu gloriatur. O cæcam mentem, *Quis sapiens & intelliget hæc?* Nec erit illi dissimilis; qui cum dixisset, *Diues sum, & nullius egeo*, responsum accepit, *nescis quia miser es, & miserabilis, & cæcus & pauper, & nudus.*

*Religiosus in Monasterijs deformibus sit cæcus.*

*Apocal. 3.*

Specu-

## SPECVLVM III.

In quo repræsentatur, quid inuitare debeat Abbates ad reformationem suorum.

*Ille cui dispensatio verbi commissa est, etiamsi sanctè viuat, & tamen perditè viuentes arguere aut erubescit, aut metuit: is in omnibus, qui eo tacente perierunt, perit. Et quid ei proderit non puniri suo, qui puniendus est alieno peccato?* Prosper lib. 1. cap. 20. de vita contempla.

Mihi sæpenumero pōderanti Monasteriorū quorumdā statū deprauatū, & requirenti inter quotidianas meas lectiones causam, atq; inter fletus & lachrymas vbere Deū roganti, vt mihi huius morbi fomitē simul & remedium panderet; non occurrit aliud verius (ni fallor) quàm illud veridici vatis Hieremię, *quia stultè egerunt pastores, & dominum non quæsierunt: propterea omnis grex eorum dispersus est. Omne caput languidum, & omne cor mœrens.* Nolite mihi succensere (Patres venerandi.) Apud vos veritas odium parere nō debet, qui veritatis in terris estis vicarij. Stultè egerunt plerique nostrū, quia vitijs suis viam gregi monastico ad eadem sectanda fecerunt. Scitum est enim illud Poetæ,

Cap. 10. Isai. 1. Cur quædam Monasteria abierint in dissolutionem.

*Regis ad exemplum totus componitur orbis.*

Dominum non exquisierunt, quia quo rueret grex precioso Christi cruore respersus, non

Prælatorum vitia, quam perniciosa.

curarũt. Quid dico, nõ curarũt? Imo potius curarunt, vt præceps in æternã abyssi voraginem rueret. Primi enim miserunt manum ad inutilia: Primi secularibus negotijs sese implicarunt: Primi Principum aulas, & vrbium pagorumque compita lustrarunt: ita dispersi sunt lapides Sanctuarij nostri in capite omnium platearum. Primi claustra reliquerunt, primi confabulationes, & aniles fabulas consectati sunt, primi mittentes manum ad aratrum retrorsum abierunt, quia vota, quæ sua labia distinxerant, persoluere non studuerunt, quia mensam à Confratrũ suorum mensa separatam sibi parauerunt, quia mensæ suæ ruinas ex Confratrum absentia factas, diuitum nobiliumque, non pauperum frequẽtia impleuerunt, quia marsupia propria sibi in totius Apostolicæ instructionis detrimentum fabricarunt. Hinc retrorsum abierunt, quia Paupertatis votum retro proiecerunt. Et mirabitur aliquis greges illis creditos in consimilem morum corruptelam subinde abijsse? Quin potius miretur si non abierint, si conditionem brutorũ animantium non susceperint. Nam & ipse Epaminondas conspecto magno exercitu, qui bono & prudente Imperatore carebat, *quanta bellua* inquit *absque capite*. Vtcumque sit, ego saltem non miror, sed hinc scaturijsse omnia mala nostra mihi facile persuaserim. Hinc Castitatis iactura, hinc Obedientiæ contemptus, hinc quorumdam claustra in maligno posita fuere, hinc eorundem Ordo sine ordine, & Religio sine religione remansit. Radix enim omnium malorum & nouerca Religionis est illa proprietas, quam in Ordinem huiusmodi Pa-

*Proprietas est nouerca Religionis.*

stores

ſtores inuexerunt. Et vtinam ſicut minus cautè illi Monaſterijs illam inuexerunt, ita nos cautiores & oculatiores facti, illam deturbare totis viribus niteremur.

Eius eſt fateor, qui vulnus inflixit, medelam procurare. Illi totũ Ordinẽ vulnerarunt, quia Subditorũ petulantiæ nõ reſtiterunt, nec oppoſuerũt ſe murũ pro domo Dei. Extat vulgare Iuris pronunciatũ, *qui manifeſto facinori deſinit obuiare, cũ poteſt prohibere, ipſum perpetrare videtur.* Illorũ igitur eſt nobis medelam afferre. Sed eſto, illi in porrigenda nobis potione negligentes ſint, propterea ne antidoti poculũ oui bus nobis cõmiſſis propinare negligemus? Nõ poſſumus, vel certè pedũ abijciamus, dignitatiq; renunciemus neceſſe eſt: quandoquidẽ vnicuiq; noſtrũ in perſona beati Petri dictũ eſt, *& tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos.* L. 2. ff. de noxal. action. Luc. 22. Prima ratio quæ mouere debet Prælatos ad ſuorum reformationem.

Paſtores ſumus, propterea gregis vulnera curare debemus: *Pecora tibi ſunt* (inquit Eccleſ.) *attende illis*, alioqui animas nobis concreditorũ a nobis requiret Dominus. *Quẽadmodũ enim* (vt bene ait ſanctus Laurẽtius Iuſtinianus) *adſcribitur paſtoribus ad meritũ vniuerſorũ corona vincentiũ ita è regione pereuntiũ de ipſorũ manibus requiretur ſanguis, reiq; conſtituentur omniũ, quæ vecordia ſua obrepſerint*. In cuius rei argumentũ dicitur Aaron maximũ peccatum ſuper populũ induxiſſe, & tamẽ illi nõ præceperat, vt cõflaret vitulũ aureũ, ſed tantũ permiſerat. Cap. 7. De Inſtit. ac regimine Prælat. Prælati pro alienis vitijs puniuntur. Exod. 32.

Quapropter nobis attendamus neceſſe eſt. A nobis procul dubio rationem omnium, qui in noſtro Ordine regnant, morborum exiget Dominus: quia mederi poſſumus, & debemus, quia Patres ſumus, quorum eſt Secũda ratio

natos ab illicitis deterrere: *nostra enim interest filiorum nostrorum animos non corrumpi*, & à nobis incipere, est enim à vetustioribus inchoandum. Debemus, quia pastores sumus, quorum est, relictis pascuis inutilibus, oues ad profutura deducere. Possumus verò, quia penes nos est omnis potestas ad hoc requisita, si velimus, velint, nolint Subditi, cogentur nostræ reformationis iura suscipere. *Omnia possum in eo qui me confortat*, aiebat Apostolus, & *Deus est qui operatur in vobis velle, & perficere, pro bona voluntate*. Penes nos est potestas spiritualis: nobis enim dixit Deus, sicut & Petro, Pascite oues meas. Ecquis resistet nobis, aut nocebit, si boni æmulatores fuerimus? An abbreuiata manus Domini videatur, vt non cum Elisæo gloriari liceat inquienti, *plures nobiscum sunt quam cum illis?* Audiamus quid Dominus ad Hierem. dicat. *Ne timeas à facie eorum, quia ego tecum sum.* Et rursus ad Isaiam. *Ego ante te ibo, & gloriosos terræ humiliabo, portas æreas conteram & vectes ferreos confringam.* Ac insuper ad Apostolos. *Dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere nec contradicere omnes aduersarij vestri.* Dei causa isthic agitur, dubio procul opem opportunam allaturi. Si ille pro vobis, quis contra vos? Surgamus itaque, accingamur, &, vt dux ille & Rex Iudæorum hortabatur, *Filij fortitudinis* simus.

*L. vt tantū. ff. de seruo corrupto.*

*§. Sing. Iustit. lib. 2. de rer. diuis.*

*Prælati omnimodam habēt potestatem ad reformandum*

*Ad Phil. 4.*

*Ioann. 21.*

*4. Reg. 6.*

*Cap. 1.*

*Cap. 45.*

*Luc. 21.*

*Dauid 2. Re. 2*

Laboriosum est opus (fateor) sed merces est gloriosa. *Qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur*. Qui subtiliter factum emendat, laudabilior est eo qui primum aduenit, & figulo apud Ieremiam plus gloriæ contulit

*Negotiū reformationis non debet Prælatos frangere.*

restauratio confracti vasis, quàm prima eiusdem molitio. Adde quod, Matth. 5.

*Si licet exemplis in paruis grandibus vti,* creationem humani generis, reparatio multis partibus antecellat. Quare non nos frangat, sed virtutem nostram exerceat, probetque negotij magnitudo. Non molles & delicati, sed violenti cœlum rapiunt. *Perpendamus ouium pastores illos* (inquit D. Chrysostomus) *qui in Cappadocum regione sunt, qualia & quanta pro pecorum suorum custodia patiantur. Illi sæpenumero vniuersum triduum niue adobruti perdurant. Dicuntur autem & qui in Libya sunt, non minora mala perferre dum integros menses difficilem illam solitudinem, pessimarumque bestiarum plenam vagando circumeunt. Si tantum erga pecora diligentiæ impendunt pastores illi, quam quæso excusationem habebimus, quibus rationales animæ concreditæ sunt, quod profundum hunc somnum dormimus?* Non sine causa baculũ portatis. Si non sine causa, irruentium vitiorum monstra abigite.

Cap. 18. Matth. 11. Homil 26. in Epist. ad Roma. *Pastorum ouium labor pro grege.* Tertia ratio.

*Pastores* (eiusdem testimonio) *quam diu noxia bestia molesta non est, sub ilicem, aut populum porrecti, fistula canunt, sinentes oues libere pro suo arbitratu pascere; verum simulatque senserint alicunde luporum incursionem imminere, mox abiecta fistula fundam arripiunt, & omisso calamo, fustibus & saxis obarmant sese, proque septis consistentes, magno emisso iubilo, ingentique eiulatu vociferantes, frequenter ipso clamore feram priusquam irrumpat, abigunt.* Itidẽ & nos facere debemus. Numquã enim in caulas nostras tanta proruperunt vitia, quàm nunc; nunquam auaritiæ lupus rapax, pro-

Oratione 1. aduersus Iudæ. Quarta ratio. Pastorum ouium vigilantia pro grege.

prietatisque suasor ita nostros inuasit, nunquam Castitatis insidiator nostros agros ita depopulatus est, nunquam filius superbiæ ita nostros ad Obedientiæ prætergrediendos limites fascinauit. *Boni Pastores vbi fuerit ouis abrepta vellus saltem eruere conantur. Si vellus interempta ouicula seruare bonum est: anima hominis digna non est, quæ lupi faucibus eripiatur?* Si digna est, cur hoc opus non aggredimur, cum probe sciamus id nobis ex officio incumbere?

*Basilius Hom. de Pænitent.*

*Quinta ratio.*

Porro non sit aliquis inter nos similis illis matribus, quæ statim vt pariunt infantes suos, alijs nutricibus tradunt educandos, vel vt nutricis laborem, ad quem à natura inuitantur, ne dicam obligantur, subterfugiant, vel vt cupiditati carnis liberius morem gerant. Caueamus Confratres filiosque nostros in Christo nostræ tutelæ commissos alijs educandos tradere, vt pro libitu secularibus curis inhiemus, & quod visum fuerit, liberius præstemus. *Pro talibus enim* (ait Damasus) *animæ negliguntur, oues pereunt, morbi crescunt, hæreses & schismata prodeunt, Ecclesiæ destruuntur, Sacerdotes vitiantur, & reliqua mala proueniunt; quia ij quibus hanc prouinciam demandatis, plerumque vt mercenarij, ouium curam nullam gerunt.*

*Eorum error, qui totũ onus Religionis Superiorum subordinatorum humeris imponunt.*

*Epist. 4. ad oẽs Ep. sc. agens de Corepiscopis, de quibus Dist. 68. Cap. Corepiscopi.*

Non hunc nobis regendi subditos modum docuit Dominus, neque suos ita gubernarunt Apostolici Viri quorum non vltimas tenent Augustinus & Norbertus. Neque baculum pastoralem dederunt, vt tota sarcina Priorum humeris imposita vitam in delitijs & vanitatibus ageremus, sed vt ipsi oues pasceremus, & Deo proprijs manibus in extremo die repræsentaremus. Ipse ouem perditam diligen-

*Non est imponẽda tota sarcina Priorum humeris.*

ter

ter quæsiuit, ipse inuenit, ipse proprijs humeris reportauit nosque idipsum facere perdocuit. Si ipse ouium vilissimarum tantã curam gessit; quid nos dicturi sumus, qui etiam pro ouibus tanto redemptis pretio curam impendere negligimus, & alijs eas nutriendas tradimus? Corrigantur hæc (Reuerendi Patres) necesse est. Attendite, sultis, ad ea quæ Pãtriarcha Iacob, qui pro vxoribus diu seruierat, socero suo dixit. *Viginti annis fui tecum; oues tuã & capræ steriles non fuerunt. Arietes gregis tui non comedi, nec captum à bestia ostendi tibi. Ego damnum omne reddebam: quicquid furto perierat à me exigebas. Die noctuque æstu vrebar & gelu: fugiebatque somnus ab oculis meis.* Si ergo sic laborat & vigilat qui pascit oues Laban, quantis laboribus, quantisue vigilijs debet intendere qui pascit oues Dei? Genes. 31. Præclarum exemplum pro Prælatis.

Mirum est (Patres Reuerendi) quod quotidianæ expẽsæ quotidiano reciprocantur scrutinio: & innumera Dominici gregis detrimenta flocci fiunt. Sexta ratio.

*De precio escarum, & numero panum, cum ministris quotidiana discussio est: rara admodum cum Presbyteris celebratur collatio de peccatis populorum. Cadit asina, & est qui subleuet eam: perit anima, & nemo qui reputet.* Pereunt Subditorum animæ, & non erit qui educat eas de limo profundi? Imo sit nobis vnus de subditis quæstus, vna pompa, vnaque voluptas; si quo modo possimus eos parare Domino plebem perfectam, & gloriari cum eo qui dicebat, *Vos estis gaudium meum, & corona mea.* Id omnibus modis satagebant Maiores Bernard. lib. 4. de Consid. ad Eugẽ. Cap. 6. D. Paulus ad Philippen. 4. Septima ratio.

 nostri,

*Maiorum nostrorum diligentia circa subditos.*

nostri etiam in multa contritione cordis, & corporis; In labore, & ærumna, in fame, & siti, in frigore & nuditate se totos ouibus pascendis exponebant, Pastoris opere & nomine gloriantes: nihil sibi reputantes indignum, nisi quod saluti ouium aduersari putarent: non quærentes quæ sua sunt, sed seipsos impendentes. Vnde vnus illorum, *Ego autem* (ait) *libentißime impendam, & superimpendar ipse pro animabus vestris.*

*D. Paulus. 2. ad Cor. 12.*

*Cur Deus constituerit Prælatos.*

Horum vestigijs insistere debemus. Non nobis alia conditione quàm illis cathedram Prelatorum concessit Dominus, non quia nobiles corpore vel ingenio, sed vt custodias ageremus super gregem. Hæc est cathedrarũ nostrarum occasio. Quotiescunque cathedris insidemus, gregis Dominici custodiam aduertere debemus. Nobis dictum est, *Excubate in custodia sanctuarij.* Caueamus (quæso) eorum imitari facinora, qui famosis multorum locorum titulis insigniti, magnum quidem in Ecclesia gradum, & onus Æthna grauius suis humeris gestare se dictitant. Sed, vt scitè quidam dixit, *similes sunt statuis illis, quæ in magnificis ædibus pilis & columnis impositæ, eam speciem intuenti præbent, vt ferendo oneri magnopere niti & insudare videantur; cum tamen reuera sensu careant, & nihil, ipsa laborantiũ & nitentiũ facie saxeã firmitatẽ adiuuent.* Nõ est satis oneris pondus agnoscere, sed humeris nostris, non inuitis impositum, gestare necesse est. Opus est nos facilem gregi ad votorum complementum viam sternere, & vbi ingredi noluerint, nostrum est compellere, non quidem ad faciendum votum, sed

*Num. 18.*

*Quorundam Prælatorum descriptio.*

*Octaua ratio. Prælati debẽt compellere intrare.*

ad reddendum factum. Nam vt optime Arator:

——————— *cumque est iam cautio voti,*
*Stare decet, nec velle prius violare sequenti &c.*

Lib. 1. in Acta apostol.

Nostrum est ne illud votum violetur, impedire, aut si violatum est, vt resarciatur procurare, quia pro subditorum animabus ad rationes vocabit nos Princeps Pastorum. Duplex onus in extremo iudicij die portabimus, nostrum quidem, si male vixerimus, alienum vero, videlicet Subditorum, si eos viam mandatorum, consiliorumque currere non procuremus: quanto magis, si eos otio torpere, si optimarum legum muros transcendere, si iura violare, si luporum faucibus obicijci desidia nostra permittat? Et vtinam à nobis auertat Deus, quod apud nos incurijs armentorum custodibus euenire solet, siquidem in pascuis equum dimissum si comedat lupus, soluit qui dimisit. *Attende* (inquit gloriosus Hieronymus) *quam grauis tibi imponatur sarcina, qui de subditorum animabus atque corporibus, de verbis & moribus, obligaris apud diuinum examen.* Et Carthusianus, *Cogita semper* (inquit) *quod animas suscepisti regendas, de quibus redditurus es rationem Altissimo; addita sine dubio, & animæ tuæ ratione: & ita timens semper futuram discussionem Pastoris de creditis omnibus, cum de alienis rationibus caues, redderis de tuis sollicitus: & cum admonitionibus tuis emendationem alijs administras, ipse efficieris à vitijs emendatus.*

Noua ratio. Prælati duplex onus portabunt in die iudicij.

In Regul. sua.

Artic. 4. Profess. onis Monasticæ.

Huius ratiocinij considerans districtũ examẽ beatus Bernardus exclamat: *Quid ergo infelix quo me vertam, si tantum thesaurum, si preciosum*

Ser. 3. de Ad.

*depositum istud, quod sibi Christus sanguine proprio preciosius induauit, contigerit negligentius custodire? Si stillantem in cruce Domini sanguinem collegissem, essetque repositus penes me in vase vitreo quod & portari sapius oporteret, quid animi habiturus essem in discrimine tanto? Et certe id seruandum accepi, pro quo mercator non insipiens (ipsa vtique Sapientia) sanguinem illum dedit. Sed & habeo thesaurum istum in vasis fictilibus, & quibus multo plura, quam vitreis imminere pericula videantur Accedit sane ad sollicitudinis cumulum, & pondus timoris, quod cum & meã & proximi conscientiam seruare necesse sit; neutra mihi satis est nota Vtraque abyssus est imperscrutabilis, vtraque mihi nox est, & nihilominus exigitur à me vtriusque custodia, & clamatur: Custos qui de nocte, custos qui de nocte. Non est mihi dicere cum Cain: Nunquid custos fratris mei sum ego? Nam (vt bene Monachorum princeps Benedictus ait) Christus iudex à spiritali Patre requiret, quicquid minus de virtuositate in subditis personis inuenerit.*

Pulchra consideratio. (margin)

Isai. 21. Genes. 4. (margin)

Decima ratio. Vt igitur exhortationis huius vela contraham: Si nobis (Patres Reuerendi) & gregi consulere velimus, reformationis viã gregem nostrum ingredi compellere tenemur: ne nos qui custodire debueramus Israel, impinguatos, incrassatos, dilatatos dormisse Dominus in vltimo examine conqueratur, nosque in filiorum obiurgatione nimium pusillanimes (vt alias Heli sacerdotem) è cathedra deijciat, æternæque morti miseros adiudicet.

1. Reg. 2. (margin)

Specu

## SPECVLVM IIII.

In quo apparet, quod Prælatus volens suos reformare, à seipso incipere debet.

*Omnis qui male viuit in conspectu eorum quibus praeest: quantum in ipso est, omnes occidit.*

*August. in Epistolis.*

*SI quid Religionis oritur, quicumque resistit, quicumque repugnat, plane cum AEgyptiis paruulos Istaelitici germinis necare conatur imo cum Herode nascentem persequitur Saluatorem.*

*Bernardus in sermo. 3. in Epiphan. Domini.*



Hristus omnium Pastor, qui relictis nonaginta nouem vnam secutus est & saluam fecit in deserto, vt ad se oues pertraheret plurimas, suisque vocibus obsequentes redderet, nunquam ipsis aliquid præcepit faciendum, quod prius ipse non perfecerit. Ipse præcepit inimicos diligere: quod antea præstiterat, cum veniens à Regalibus sedibus exultauit ad currendam huius seculi viam, *& habitu inuentus vt homo*, sic nos filios iræ, ac proinde sibi infensos dilexit, vt seipsum in cruce nobis daret, nostræ redēptionis preciū persoluturus. Ipse ouibus suis præcepit, vt tributū Cæsari darent, quod & ipse etiā dedit. Ipse præcepit, vt crucē nostrā tollamus, ipse etiam suam portauit. Nihil nobis præcepit Dominus, quod prius ipse non præstiterit. Hinc illa verba eruditionis plena, tam sæpe in Scripturis repetita: *Sequere me*. Sciebat Pastoris officium esse præcedere,

*Prima ratio ob quam Prælatus debet à se ipso reformationem inchoare.*

*Matth 17.*

*Secunda ratio*

ouium

ouium vero sequi propterea in omni opere bono præcedens suos, ad sui sequelam hortatur: *Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni, sequere me.* (Matth. 19.) Quod si ita est, quidni etiam nobis (Patres honorandi) idem incumbere existimabimus? *Non est seruus maior Domino suo, neque Apostolus maior est eo, qui misit illum.* (Ioan. 13.) Ipse Dominus & magister noster quotiescumque aliud faciendum statuit, exemplum prius dedit nobis, vt quemadmodum ipse fecit, & nos faciamus. (*Prælati debẽt suos præcedere in obseruatione Regularũ.*) Quidni ergo nos qui conserui simul, & Pastores sumus, quando aliquid Regulis, Statutis, votisque consonum iniungemus, exemplum dantes, illud idem non perficiemus? Scimus illud: *Qui dicit se in Chr sto manere, debet sicut ille ambulauit & ipse ambulare.* (1. Ioan. 2.) In Christo manere (ni fallor) desideramus; debemus igitur sicut ille ambulauit, & nos ambulare. Ambulauit autem in via mandatorum, consiliorumque primus: primos igitur & decet nos ambulare, formamque fieri Dominici gregis.

An nescimus quod plus mouent exempla quã verba? (*Tertia ratio. Epistol. 6. ad Lucil.*) Id edocet ethnicus Seneca. *Longum* (inquit) *iter est per præcepta, breue & efficax per exempla.* Plus ex moribus, quam ex verbis trahimus. Idem loquitur D. Bernardus. (*Serm. de S. Benedicto Abba.*) *Sermo viuus & efficax exemplum operis est.* Si igitur efficacem ad Subditos sermonẽ habere velimus, nostro opere viam præmonstremus. Doctrina enim sine opere parum prodest. *Qui ad virtutem suos hortantur, sed in eam non incumbunt, similes illis sunt, qui præmungunt lucernam, sed oleum nequaquam infundunt. Et quemadmodum qui theriacam vendunt, eam prius in se experiun*- (*Hector Pintus in Cap. 40 Isaiæ.*)

*tur*

*tur; alioqui nemo eam vult emere: sic qui virtutem docent, eam in se debent experiri, & id, quod alijs iniungũt perficere; si, vt alij ad virtutis studium excitentur, cupiunt.* Exemplo nobis esse debet Iulius Cæsar, qui nunquam, teste Tullio, legitur militibus iussisse. *Ite illuc, sed venite huc.* Participatus enim cum duce labor militibus tolerabilior fit. Illud quoque inter Gregorij Nazianzeni laudes præcipue decantatur, quod suis nihil præciperet, cuius difficultatem expertus ipse prior non esset. Quod & venuste quispiam cecinit: In Tusculan.

Præclara D. Nazianzeni consuetudo.

*Tum bene fortis equus reserato carcere currit,*
*Cum quos prætereat, quosque sequatur habet.*

Quanti hoc sit momenti perpendens Diuus Bernardus Balduinum Abbatem hisce verbis hortatur. *Memento etiam voci tuæ dare vocem virtutis. Quid illud, inquis? Vt opera tua verbis concinant, imo verba operibus, vt cures videlicet prius facere, quam docere. Pulcherrimus ordo est & saluberrimus, vt onus quod portandũ imponis, tu portes prior, & ex te discas qualiter oporteat alijs moderari. Alioqui subsannabit te Sapiẽs, vtpote pigrum illum, cui labor sit, manum porrigere ad os. Arguet & Apostolus dicens; Tu qui alios doces, te ipsum non doces? Sed & notaberis vitio Pharisæorum, qui alligant onera grauia & importabilia, & imponunt ea in humeros hominum, digito autem suo nolunt ea mouere. Sermo quidem viuus & efficax exemplum est operis, facile faciens suadibile quod dicitur, dum monstrat factibile quod suadetur. Ergo in his duobus mandatis, verbi scili-*

Epist. 201. Insignis exhortatio ad Prælatos.

Prælatus debet portare onus quod imponit.

Quarta ratio

Prouerb. 26.

Roman. 2.

Matth. 23.

*cet atque exempli, summam tui officij ad conscientiæ securitatem pendere intellige.*

*Quinta ratio. Attēdāt Prælati.*

Ne permittamus igitur nos seduci. Nunquā (credite mihi) nostris disciplinæ Religiosæ obseruationem suadebimus, nisi primi virtutum gradus conscendamus. Scio hoc multis durum fore, cum quod ratio postulat & conscientia vrget, edicetis. *Clamabitur passim insuetum: nam iustum negari non poterit. Ego vero ne insuetum quidem assenserim. Nempe assuetum fuisse scio, ac per hoc in dissuetum potuisse venire, sed non redire in insuetum. An vero assuetum quis neget, quod constat non modo aliquando factum*, sed trecentis aut amplius annis in nostro Ordine *factitatum*, & quod ipsa Ordinis Statuta ante centum duntaxat annos compilata tam studiose renouarunt? Quid illud sit aperiam, & non proderit. Cur? Quia non placebit fucatis amicis nostris, amicis aulæ, plus maiestati quam veritati fauentibus; plus nostræ mensæ quam nostræ saluti studentibus. Dicam tamen, si forte futura sit mea vox sagitta in manu potentis. Nunquam in via morum proficient nobis à Deo concrediti, nunquam suis satisfacient votis, nisi apparatum pompasque relinquamus, nisi mensas nostras Religiosorū nostrorum mensis iungamus, nisi nostra marsupia, secundum Apostolicam regulam, quam professi sumus, communia faciamus, nisi abdicatis huius seculi conuersationibus, relictisque platearum compitis, cum Fratribus versari, & eisdem in dormitorio, claustro, & templo adesse incipiamus: nisi silentium, cæterasque vitæ Monasticæ obseruantias, nos ipsos

*Ex D. Bernar. lib. 4. de cōsi. ad Eugenium, Cap. 2.*

*Explicatur quinta ratio.*

Chri

Christiana humilitate abnegantes, cum ipsis obseruemus. Docuit me quondam Astronomia coelum superius inferiores rapere, seu motu suo ciere: docuit Geometria ex pluribus circulis concentricis inferiores omnes eadem proportione diuidi, qua maiores: docuit Medicina fieri non posse, vt caput vel hepar male affectum reliquam corporis habitudinem à vitio suo immunem esse sinat. Nec est quod excusationes in peccatis quærentes dicamus, id personas quas gerimus non decere, id tempori non congruere, maiestati non conuenire. Istæ enim excusationes sunt laquei mortis. Sustinete (quæso) paulisper, & supportate me, immo date veniam non tam temere, quam timide hæc loquenti. AEmulor vos æmulatione bona. Hic hic non parco vobis, vt parcat Deus. Pastores nos Monastico populo aut negemus, aut exhibeamus. Non negabimus, ne cuius sedem tenemus, nos negemus hæredes. Norbertus hic est, qui nescitur processisse aliquando magna nobilium comitatus caterua, vel marsupijs oneratus: nescitur mensam parasse à Fratribus separatam: cæteris in claustro manentibus, pro libidine, magnorum aulas Principum frequentasse: cæteris ad Matutinas exurgentibus, in molli strato dormijsse: cæteris aquam bibentibus lyæo indulsisse: quia hæc amplectendo, credidit non satis posse impleri salutare mandatum, *Si amas me pasce oues meas.* Ille erat vir circúspectus & prudés in Christo, ac proinde, quod Pastoris non congrueret dignitati, factitare noluisset. Si recurrimus ad tempora, quæ nunc longe alia sunt, quam tunc, & quæ

*Pulchræ simi-litudines.*

*Quomodo Ab-bates exequi-tes ea quæ [...] Regulæ & con-stitutionum, nihil detrah[...] suæ dignitati.*

*Ioan. 21*

nos

*Tempora non possunt Praelatos ab officio eximere.*

nos viles & abiectos inter Confratres non patiuntur esse :Quæro , quo tempore professionem egimus?Nonne hoc ipso tempore ?Atqui in professione , secundum Sanctissimi Patris Augustini Regulam nos victuros , & mores correcturos promisimus. Hoccine est mores corrigere ? Hoccine est secundum Regulam Beatissimi Augustini,quæ dicit *omnia communia*,viuere?Accedit quod,prout nunc a multis viuitur,dignitas nostra minuitur : immò contemptibilis ea redditur cathedra nonnullorum pompis,quam sanctus Norbertus sui abiectione inter Confratres toti mundo fecerat gloriosam. *Gloriatio Religiosi est, suarum Regularum diligens obseruatio.* Credite antiquis literarum monumentis,non mihi. Plus gloriæ ,etiam mundanę,Norbertus,Bernardus & Benedictus acquisierunt,suis obseruantijs insistentes,quam nos externæ ac seculari pompæ addicti,etsi annos ageremus Nestoreos , acquirere poterimus. Atqui antiquiora ( quæ affatim, nisi breuitatis amans essem , scribenti apperent)exempla vt missa faciam Vidi ego Prælatorum nostrorum aliquem in Mussipontano solo,qui statim atque pedum suscepit , cogitans quod non venisset *ministrari, sed ministrare* cæteris Coabbatum suorum apparatibus valedixit , primusque manum admouens operi , abiectissimas obseruantiarum nostrarum semitas ingredi non erubuit. Cum hoc homine Dei me familiariter diebus aliquot versatum fuisse gloriabor,non sine magnis conscientiæ stimulis tamen :quia me tanto consortio indignum aduertebam , vtpote qui nihil saperet nisi cœlestia;ego vero nihil nisi huius

*Sexta ratio.*

*Quid reddiderit D. Norbertũ huic mundo admirabilem.*

*Daniel Piccart Abbas sanctæ Mariæ in nemore laudatur.*

*Anno ab Incarnatione 1599.*

seculi

seculi flúxa & caduca. Hunc vidi à multis non solum rusticis regionis illius, sed etiam Principibus viris honorari, eius ab ore, doctos simul & indoctos pendere. Sic nimirum honorabitur, quem non puduerit inter Confratres vilescere, & cum ipsis Monasticæ vitæ vilia quæque complere. Non est igitur quod ad hodierna tempora, quæ vilescere nos non permittunt, confugiamus: quandoquidem ne vilescimus quidem, nostris & votis, & regulis, & obseruantijs inhærendo, sed omnium ore celebramur. Porro si fastus omnis cum abiectione religiosa permutandus omnino est, ac humiliationi nostriipsorum danda opera: quam salutare, quam honorificum cum Christo Rege nostro, qui semetipsum exinaniuit, id præstare? quam magnificum ei consimilem vitæ conformatione fieri? qui cum filius Dei esset, æqualis, & consubstantialis Patri, non erubuit vilis in vili præsepio nasci, vilis inter vilia animalia reponi, vilis in vili domo versari, vilis inter parentes viles, abiectus inter discipulos abiectos, contemptus inter latrones contemptibiles apparere, vt nostram salutem operaretur. Vilescamus cum sanctissimis & grauissimis viris Augustino, Norberto, Bernardo, Benedicto, & ipso Doctore Gentium Paulo, qui mundi honores & pompas arbitratus est *vt stercora*, vt Christum lucrifaceret. Vilescamus (inquam) cum his: quandoquidem nostrum est salutem Confratrum operari, & eos Christo lucrari. Nos sumus *sal terræ*. Olla bulliens sine sale insipida, coniecto sale, bene condîta & lauta redditur. Sic opera bona alioqui Subditis insipida, nostro exemplo condîta, palato arri-

*Prælatus qui suis obseruantijs insistit nō vilescit.*

*Humilitas Christi.*

*Ad Philippē. 3*

*Septima ratio.*

dere dubio procul incipient. Quod eam ob caussam dictum putetis velim, vt certum penitus, exploratumque teneatis, nostrarum esse partium gregi ad ieiuniorum ac vigiliarum obseruantias præsidere, & ad cætera Monasticæ vitæ præsidia viam exemplis munire assiduis. *Nam si sal euanuerit, in quo salietur?* Et, *quis me debitur incantatori à serpente percusso?* Propterea nobis ex officio incumbit, operi primos digitos admouere. Sic decet nos adimplere omnē iustitiam. Non latet illud Ecclesiastici. *Secundum iudicem populi, sic & ministris eius: & qualis est rector ciuitatis, tales & habitantes in ea.* Hinc magnus Gregorius, *Præpositorum bonitas subiectorum salubris est regula.* Et Apostolus: In omnibus teipsum *præbe exemplum bonorum operum. Nimis turpe est* (inquit idem Gregorius) *non imitari quod sumus.* Pastores sumus. Pastores igitur, qui agunt excubias super gregem, imitari debemus. Recordemur nos prælationis culmen pro alijs, non pro nobis conscendisse, & quod *Prælati, si peruersa vnquam perpetrant* (vt ait idem Gregorius) *tot mortibus digni sunt, quot ad Subditos suos perditionis exempla transmittunt.* Pastor enim (eodem teste) *qui in conspectu populi male viuit, quantum in se est, eum à quo attenditur, occidit.*

*Prælatus debet præsidere greg. in vigilijs, & ieiunijs.*

*Matth. 5.*

*Eccles. 12.*

*Octaua ratio.*

*Cap. 10.*

*Lib. 5. Epist. 65.*

*Ad Tit. 2.*

*Pastor. curæ par. 3. Admonit. 11.*

*Nona ratio.*

*Decima ratio.*

*In Pastor. 3. par. Admon. 5.*

*Vndecima ratio.*

*Duodecima ratio.*

Cogitemus nos velut in theatro positos ab omnibus conspici, & nostros omnes gestus & incessus ab omnibus in exemplum trahi. Hoc est quod ait Rhetor Quintilianus, *Quo ad altiore quisque honorum gradum extenditur, magis in exemplum spectantibus patet.* Et Orator Tullius his verbis, *Quod exēplo maiorum fit, id etiā iure fieri putant homines.* Cuius sententiæ veri-

*Quanti sit momenti exemplum*

tatem.

tatem authoritate sua Beatus Gregorius stabi liens, *Cum (ait) maiores voluptati deseruiunt, minoribus lasciuiæ frana relaxant.* Quare caute nobis ambulandum, & ne Subditorum mentibus dissolutionis vestigia imprimamus, sollicite cauendum. Imo nobis maxime studendũ, & in eo tempus terendum, vt discamus oues suauiter (exemplo autem nil suauius) in pascua deducere. Vtinam dignum imitatione nostra Gedeonis ducis in Sacris litteris celebratissimi exemplum duceremus itum sic cum Religiosis nostræ tutelæ traditis ageremus, quemadmodum ille cum militibus, quibus in hunc modum imperabat. *Quod me facere videritis, hoc facite.* Pastor enim qui non nouit bene viuendo præire, non debet hominum ducatum suscipere. *Cœcus si cœco ducatum prestet, ambo in foueam cadunt.* Hoc est quod Prælatis perpendendum monuit bonus Pastor D. Gregor. *Hocquoque ad nos peruenisse non dissimili dignũ detestatione cõplectimur, quod quidam desiderio honoris inflati, fiunt repente ex Laicis Sacerdotes; atque inuerecunde Religiosi propositi ducatum arripiũt, qui nec esse adhuc milites dicerunt. Quid putamus, quod isti subiectis prastituri sunt, qui antequam Discipulatus limen attingant, tenere locũ Magisterii non formidant? Qua de re necesse est, vt quamuis inculpati quisque sit meriti, ante videat quod imitetur, discat quod doceat, informetur quod teneat, vt postea non debeat errare, qui eligitur viam erranti monstrare. Prius ergo vires suas cum hoc quod est subiturus, onere metiatur, vt si est impar, abstineat, & ad id cũ metu etiam qui se sufficere existimat, accedat.* De

*Prælatorum. Ad Caium Seuerum. In Pastor.*

*Decima tertia ratio.*

*Iudic. 7.*

*Prælatus debet more Gedeonis imperare.*

*Matth. 15.*

*Lib. Epist. 110 ex Regist.*

*Contra ambientes Prælaturas.*

Epist. Decret. ad Episc. Africæ, quæ est 87. inter eius Epist. & in To. 2. concil. 85. Citatur & à Grat. Dist. 91. Cap. Miramur.

eadem re B. Leonem cognomento Magnum graui (vt solet) oratione audiamus. *Si ad honores Mundi (inquit) sine suffragio temporis, sine merito laboris indignum est peruenire, & notari ambitus solent, quos probitatis documenta non adiuuant; quam diligens, & quam prudens habenda est dispensatio Diuinorum munerum, & cœlestium dignitatum, ne his Ecclesia Domini regenda credatur, qui legitimarum institutionum nescij, & totius humilitatis ignari, non ab infirmis sumere incrementum, sed à summis volunt habere principium? cum valde iniquum sit & absurdum, vt imperiti Magistris, noui antiquis, & rudes præferantur emeritis.* Fusius eadem tractat S. Nilus Abbas in suo Ascetico. Scio nos sedere super cathedram Moysis, ac propterea nobis ex Dominico præcepto parendum; etiamsi opera, quæ facimus præceptis nostris semper forte non respondeant: sed scio & illud nobis à Domino edictum & imperatum: *Sic luceat lux vestra coram hominibus*, scilicet vt omnes qui in Monastica domo sunt, *videant opera vestra bona ac glorificent Patrem vestrum, qui in cælis est.* Propterea (vt inquit D. Bernardus) *Attendite vobis quicumque opus ministerij huius sortiti estis, attendite, inquam, vobis & precioso deposito, quod vobis creditum est. Ciuitas est, vigilate ad custodiam, concordiamque. Sponsa est, studete ornatui. Oues sunt, intendite pastui. Meliora autem sunt pascua exemplorum, quam verborum. Boni sollicitique Pastores impinguare pecus non cessant bonis, latisque exemplis, & suis magis qam alienis. Nam si alienis, & non suis, ignominia est illis: & pecus ita non proficit. Si enim (verbi causa) ego qui videor inter vos Pastores*

Habetur To. 3. Bibliot. Patrū. Col. 843. Eiusdem meminit Niceph. Lib. 14. Hist. Ecclesiast.

Cap. 54.

Matth. 5.

Super Cantic. 78. Serm.

gerer.

gerere curam, vobis appoſuero Moyſis manſuetudinem, patientiam Iacobi, miſericordiam Samuelis, Dauidis ſanctitatem, & ſi qua ſunt huiuſmodi exempla bonorū, immitis ipſe, & impatiens, atq; immiſericors, & minime ſanctus: ſermo, vt vereor, minus ſapide eueniet, & vos minus auide capietis & alibi, validior operis quam oris vox, & , loquendi authoritas perditur, quando vox opere non adiuuatur: & , eum obedienter non audiunt (vt ait B. Pater Auguſtinu ) qui ſeipſum non audit, & Dei verbum, quod eis prædicatur, ſimul cum ipſo prædicatore contemnunt. Qua præſumptione alijs mederi properat (inquit alicubi magnus Gregor.) qui vulnus in facie portat? Non poteſt dux fugiens, alios ad ſtrenue confligendum inuitare. Si Sol, id eſt, Prælatus, conuertitur in tenebras, nonne & Luna, id eſt, Religioſi, qui lumen bonorum operum à Prælatis mutuantur, conuertentur in ſanguinem? Capite ægrotante omnia membra dolent, & concuſſis columnis corruit ædificium, & percuſſo Paſtore diſperguntur oues gregis. Patrem libenter ſequitur ſua proles Factum eſt grande miraculum, vt Core pereunte, filij illius nō perirēt, ait Scriptura. Sic erit mutatio dexteri excelſi, ſi dum Prælati ſui ſimiles eſſe, luxuſque ac commoditatum, ne dicam voluptatum, quibus aſſueuerunt, eſſe tenaces pergunt, Religioſi ad meliorem frugē conuertantur. Sit igitur à Ioue Principium, Iouis ſint omnia cœpta: ne de nobis propheticum illud iactetur, bibentes vinum in phialis, & optimo vnguento delibuti, & nihil patiebantur ſuper contritione Ioſeph, quod eſt, nihil efficere vt gregem à nobis nutriendum in paſcua deducamus: neve (quod eſt grauius) de nobis vſurpe-

Exemplo nihi ſuauius.

Bern. Ser. 59. in Cantic.

Greg. 19. Moral. cap. 6.

Lib. 4. de doct. Chriſt. cap. 27.

Decima quarta ratio.

Cap. Sicut. 7. q. 1. & Cap. qualiter. 2. Extr. de Accuſ.

Numeror. 26.

Decima quinta ratio.

Amos 9.

Ezech. 13.


tur, quod exemplorum nostrorum prauitate cōfortauerimus *manus impij, vt non reuerteretur à vita sua mala, & viueret.*

## *SPECVLVM V.*

### In quo apparet, quam sint repræhensibiles Religiosi, qui vota sua Altissimo non reddunt.

*Ambros. lib. 9. in Luc. Cap. de imagine, & in script. denarij.*

R*Edde promissum, dum in hoc corpore es, priusquam veniat exactor, & mittat te in carcerem.*



Citum est inter veteris testamenti sacrificia omnia holocaustum, vt pote quod in honorē summi Dei, totum flammis cremandum offerebatur, principem dignitatis locum obtinuisse. Quo sacrificio Religiosæ præmonstrabantur personæ, quæ ex charitatis feruore debent seipsas totas, instar holocausti Deo offerre, ac eius obsequijs mancipare. Quoniam autem tria sunt maxime (quæ ab hominibus quasi possideri cernimus) corpus, anima, & bona externa: corpus Deo per Castitatis, anima, per Obedientiæ, & bona externa per Paupertatis votum offeruntur. Quæ quidem oblatio quanto dignior existit, tanto studiosius à nobis perfici ac præstari debet, quanto enim dignior est actio, tanto maiorem conatum requirit. Ex quo efficitur magnam eos reprehensionem incurrere, qui ad ea, quæ labijs distinxerunt,

*Qui emittit vota, offert Deo holocaustum.*

runt,

runt in conspectu Domini exoluenda, ingentē curam ac sollicitudinem non adhibent. Sunt enim inprimis illis similes agricolis, qui constitutos agri limites clam, & remotis arbitris è sua sede mouent, atque aliò transferunt; nam cum per vota, corpus & animam, Castitatis, Paupertatis, & Obedientiæ velut terminis definierint, nonne si hos limites transgrediantur, tanto peiores illis agricolis sunt, quanto grauioris momenti rem colendam susceperunt? Accedit quod Deum ipsum, qui tamen (vt Gentium Iurisconsultus ait) *non irridetur*, irridere videantur. *Ipse enim Deum irridet*, vt bene ait quidam insignis Prædicatoriæ familiæ coriphæus, *qui non soluit quod promisit.* Hinc est quod Monachorum facile Princeps Benedictus suam condens Regulam in hæc verba proruperit. *Si aliter fecerit*, hoc est, votis, & promissioni suæ non satisfecerit, *ab eo se damnandum sciat, quem irridet.* Non est similis infantibus Deus, quos varijs, vanisq; promissis illudimus. Illudet illudentes se, vt bene sapientissimus hominum Salomon animaduertit, cum ait: *Despexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis: ego quoque in interitu vestro ridebo.* Quantum autem reformidare debeamus hunc risum, vel ex hoc potissimum æstimare licet, quod *horrendum est incidere in manus Dei viuentis.* Si horrendum est incidere in manus Dei viuentis: quanto magis horrendum erit incidere in manus Dei à nobis irrisi. In eos, mihi credite, extremo iudicij die mitior ira Dei desęuiet, qui Christo Domino patienti probris & arundine illuserunt, quam in eos, qui Monasticā professi, vota suā negligētes

*Prima ratio, ob quam Religiosi non satisfacientes votis valde sunt reprehensibiles.*

*Secunda ratio.*

*Religiosus votis suis non satisfaciens Deum irridet.*

*Ad Gal. 6.*

*Humbertus le eruditione Religiosorum.*

*D. Benedictus in Regula, Cap. 58.*

*Prouerb. 1.*

*Ad Hebr. 10.*

*Horrendum est incidere in manus Dei irrisi.*

*Tertia ratio. Religiosus vota infringens est sacrilegus.*

non aliam certe quam illudentium Deo personam sustinere videntur. Quinetiam magnum latrocinium, imo sacrilegium committunt. Sacrilegus ille est, qui sacra suffuratur: & quis Religiosos Deo sacros non existimarit, cum ipsi totos se, per Paupertatis, Castitatis, & Obedientiæ holocaustum præpotenti Deo consecrarint? Consecrasti (ò Religiose) corpus tuum Deo per Castitatis votum. Si voluptates sectaris, nonne sacrilegij crimine adstrictus teneris? Consecrasti voluntatem tuam Deo per Obedientiæ votum. Nonne si obedire detrectas, rem Deo sacram, tanquam prophanus, auertis? longe peior ijs, qui Sacerdoti Missarum solemnia celebranti oblatum à se obolum surriperent; quandoquidem corpus tuum quod per Castitatis votum, Deo in templum, dicaueras, ausu sacrilego aut meretrici, aut turpi voluptati dedis. Crede sanctissimo illi Patri Chrysostomo, si mihi non credis. Ille Ananiam sacrilegij insimulans ait, *Nunc autem postquam consecrasti, maius sacrilegium subtrahendo commisisti.* Audi magnum lumen Ecclesiæ D. Augustin. *Si Deo* (inquit) *displicuit detrahere de pecunia quam vouerant Deo; quomodo irascetur, quando vouetur Castitas & non exhibetur?* Audi denique Basilium magnum. *Qui semetipsum* (inquit) *Deo, semel deuouerit, hic si resilierit, sacrilegij se crimine obstrinxit quippe qui seipsum Deo. cui se consecrauerat, veluti subterfuratus sit.* Addam & hypocritas existimari, credique merito posse: nam Religioso habitu, Religionis asperitatem & vota simulantes sub veste Norbertina Diabolicæ seruiunt impietati, &, vt vno verbo multa complectar, candida veste

*Humil. 12. in Act. Apostol.*

*Sermo. 10. de diuersis.*

*In quæst. fusius explicat quæst. 14.*

*Quarta ratio. Religiosus vota infringens est hypocrita.*

quæ candoris interni esse deberet argumentum, veluti habitu ementito, licentiam morum, cui quotidie indulgent, obtegere nituntur: Vnde non immerito vestem hanc, non virtutum sed vitiorum pene omnium integumentum quispiam affirmare possit, vt talibus magnopere caueudum sit ne imitari Camelopardum videantur; hic collo refert equum, pedibus & cruribus bouem, capite camelum, maculis pardum: sic isti varias formas induentes, fucum vulgo faciunt, cum habitu & sermone fortassis pietatem præ se ferant, moribus autem insignem prauitatem atque corruptionem. Et quænam, precor, ista maior hypocrisis dici vel excogitari potest? Quod si eam, vt sole est manifestior, aduertunt, quid non resipiscunt, vt væ tartareum in hypocritas prolatum declinent? Surgent, procul dubio, in iudicio, cum Niniuitis plerique, qui sub veste, licet seculari, vitæ sanctimoniam egregie coluerunt, ac istis hominibus iure optimo insultabunt. En (inquient) qui habitu abstinentiam & vitæ secularis odium mentiti, sub ouina veste non solum priscorum Patrum sanctimoniam, & vitæ integritatem simulabant, verumetiam eos, qui votorum suorum curam habebant, hypocritas appellare non verebantur. Veniet, veniet tempus, & hora, in qua libratа hæc ad libram iustitiæ, non hominum consueto pondere, vel statera, sed Diuino examine, ac iudicio expendentur. Præterea vero neque isti perfidiæ culpa vacant. Nam, vt Theologorum facile coriphæus sanctus Thomas docet, Cum quis non soluit ea, quæ Deo promisit, in eo est quædam species infidelita-

*Religiosi deprauati sunt similes Camelo pardo.*

*In die iudicij Seculares probi insultabunt improbis Religiosis.*

*Quinta ratio. 2.2.q.88.ar.3*

tis, cum ad fidelitatem hominis pertineat soluere promissa. Perfidus ille apud homines censetur, qui promissis non satisfacit. Accedit quod *omne promissum de iure tenendum* sit: votum autem est promissio Deo facta. *Si igitur* (vt bene Gregorius) *inter homines solent bonæ fidei contractus nulla ratione dissolui, quanto magis illa pollicitatio, quam cum* Deo *per votum pepigit, solui sine vindicta non poterit? exigit bona fides* (inquit Lex) *vt id facias, quod contrahendo promiseris*. Ita patet, quod nisi faciamus, perfidi erimus, & Paganis ipsis deteriores, qui ne fœdifragi erga Deos suos viderentur, summo studio illorum simulachris vota reddidêre. Testis est luculentissimus Diuinus ille Plato, qui moriturum præceptorem suum Sorratem hortantem Critonem ad implenda vota his verbis inducit: *O Crito, gallum AEsculapio debemus, quem reddere curabitis, nec negligetis*. Quid hoc est, Fratres? Non ausus est Socrates vitam cum morte commutare, nisi adimplesset promissionem AEsculapio factam: & nos fidei lumine illustrati, antiquæ & nouæ Sacræ paginæ documentis, quæ ad exactam votorum præstationem hortantur, imbuti, ex hac vita migrare non formidabimus, si nullam votorum adimplendorum curam gesserimus? Surget in iudicio & condemnabit votorum suorum contemptores Ethnicus Diomedon *vnus ex decem Ducibus, qui eadem pugna Atheniẽsibus victoriam, sibi vero damnationem* (contra præscriptum enim & Senatus sententiam pugnasse dicuntur) *pepererunt. Cum iã ad meritum duceretur supplicium, nihil aliud locutus est, quam vt vota pro incolumitate exercitus ab ipso nuncu*pata

*Qui vota non reddit, perfidus est ac infidelis.*

*27. quæst. 1. Viduas primo.*

*L. Ex empto ff. de Action. Empti, & venditi.*

*Ethnici sedulo vota reddebant.*

*Dialog. qui Phædon, seu de Anima inscribitur.*

*Non audet mori Socrates sine votorum redditione.*

*Valer. Maxi. Lib. 1. Cap. 2.*

*pata soluerentur.* Denique damnationis æternæ reos se constituunt. Certissimum enim est, vt dicitur, Cap. Licet. quod solutio voti vsque adeo est necessaria, vt sine propriæ salutis dispendio alicui non liceat resilire. Non potest mentiri Deus, ipse enim est *via, veritas, & vita.* Attendant illi quid Scriptura dicat. *Si votū voueris Domino Deo tuo, non tardabis reddere: quia requiret illud Dominus Deus tuus, & si moratus fueris, reputabitur tibi in peccatū. Si nolueris polliceri, absque peccato eris.* Et alibi Sapiēs. *Ruina est homini vota retractare.* Monasticæ vitæ exactissimus professor Hieronymus, Dānationē (ait) eū incurrere, qui votū violat. Nō illos damnāt solū Scripturę cū glorioso Hieronymo: damnat & coætaneus illi sanctus Ambrosius. *Quam grauia* (inquit) *vincula promittere Deo, & non soluere. Maior est contractus fidei quam pecuniæ. Redde promissum dū in hoc corpore es, priusquam veniat exactor, & mittat te in carcerem.* Eodem nos modo hortatur Vrbanus Pontifex. *Quod quis* (inquit) *Domino pollicitus est, fideliter custodiat, ne damnationem, sed præmium sibi acquirat.* Et Augustinus. *Tanto miserior es, si fidem Deo fregeris, quanto beatior, si persolueris.* Et vtinam hanc ceruicibus suis imminentem miseriam ponderarent! illis videlicet, aut æternæ damnationis flammas ingrediendas, vel vota, quorum nexu tenentur, religiose sancteque deinceps esse reddenda. Certissimū enthymema nō meum, sed sanctissimi Patris Augustini audiamus. *Quoniam* (inquit) *iam vouisti, iam te astrinxisti, aliud tibi facere non licet. Non talis eris, si non feceris quod vouisti, qualis mansisses, si nihil tale vouisses.* Poteramus enim, Fratres, in

*Sexta ratio.*

*Non reddens vota, est reus damnationis æternæ.*

*Extra de voto & voti redēptione.*

*Ioan. 14.*

*Deuteron. 13.*

*Prouerb. 20.*

*In Cap. 5. primæ ad Timot.*

*Lib. 9. in Luc. vbi de reddēdo quod Dei est, ipsi Deo.*

*12. q. 1. c. Scimus.*

*Epist. 45.*


*Aut vota reddēda sunt aut infernus subeundus.*

*In Monasterio nullus potest saluari sine votorum redditione.*


seculo viuentes, non secundum seculum sine votis saluari: sed in Monasterio sine votorum redditione nihil aliud possumus nisi damnari. Non sunt hæc fabulę AEsopicæ, non sunt alicuius anus, vel senis deliramenta, non sunt terriculamenta puerorum. Veritatis Doctor Paulus æternis nos inferorum ignibus cruciandos asserit, nisi vota compleamus. Expressa sunt eius verba, dum de Viduis votum Castitatis nō seruantibus pronuntiat. *Habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt.* Eandem damnationem nobis ob oculos ponit, vt ad vota reddenda nos excitet, sanctus Fulgentius. *Quisquis* (inquit) *in corde suo continentiam Deo vouerit, si mortifero fornicationis crimine maculetur, damnationem secundum Apostoli sententiam, habebit: quia primam fidem irritam fecit.*

*1. Timoth. 5.*

*Lib. de Fide. ad Pet. Cap. 3 inter opera S. August. to. 3.*



PRAE-



# PRAELVDIA POSTERIORA OPTICAE REGVLARIVM.

## SPECVLVM PRIMVM.

### In quo apparet, an Regula D. Augustini obliget ad pœnam tantùm, an vero etiam ad culpam.

PEr me Reges regnant & legum conditores iusta decernunt. Prouerb. 8.



ERTVM mihi est, Regulam D. Patris nostri Augustini ad pœnam temporalem Superioris probi ac discreti arbitrio subeundam obligare, patetque id ex plurimis eiusdem Regulæ locis. In-iungitur enim Prælato cap. 11. *Vt corripiat inquietos, & disciplinam libens imponat.* Idem insinuatur cap. 10 his verbis. *Quando autem necessitas disciplinæ, &c.* & cap. 6. sub finem his verbis. *Quod si aliquis rem sibi collatam celauerit,*

*Regula D. Augustini obligat ad pœnam.*

furti

*furti iudicio condemnetur*. Idem habetur apertius cap. 7. his verbis: *Conuictus vero secundum Præpositi vel etiam Presbyteri, ad cuius dispensationem pertinet arbitrium, debet emendatorium subire vindictam, &c.* Et in fine eiusdem capitis habentur hæc verba. *Si autem deprehenditur, atque testibus conuincitur, secundum arbitrium Præpositi vel etiam Presbyteri grauius emendetur*. Idem manifestum est ex cap. 1. vbi delinquentem sic alloquitur D. Augustinus. *Si quis autem non omni virtute adiuuante misericordia Domini hoc conatus fuerit implere, contumaci vero animo despexerit semel atque iterum commonitus si non emendauerit sciat se subiacere disciplinæ Monasterii, sicut oportet; & si talis fuerit ætas ipsius, etiam vapulabit*. Ex his locis & alijs passim manifestum est Regulam D. Augustini ad pœnam & disciplinam subeundam obligare. Sed an pœnæ superaddat culpam, non tam manifeste ex eiusdem D. Augustini verbis colligitur. Quando autem ex verbis Legislatoris, vel Summi Pontificis declaratione non satis intelligitur, cuius lex aliqua obligationis sit, solet communiter ad generales Regulas fieri recursus. Cum ergo ex D. Augustini Legislatoris nostri verbis non satis pateat, an culpam Regulæ suę transgressoribus comminetur: neque id satis in Instituti nostri approbatione Paschalis secundus patefecerit, ad generales Regulas, ex quibus dignoscitur, quam obligationem quæuis lex inducat, nobis est confugiendum.

*Quando lex ecclesiastica liget conscientiam.*

Regula autem certissima hæc est, legem humanam Ecclesiasticam habere vim obligandi in conscientia ad peccatum mortale, vel veniale

niale pro ratione materiæ magis vel minus grauis, vt docet Scotus *lib. 1. de Iustitia q. 6 a. 4.* & probant Gregorius de Valentia in Primā secundæ *disp. 7. q. 5. puncto 6* Nauar. *cap. 23. num. 48.* & Syluest. *verbo lex q. 8. & 9.* Et licet aliquando ex mente Legislatoris lex non obliget, neque ad mortale neque ad veniale, vt ostendunt *Azor. lib. 5. cap. 2 q. vlt. & cap 6 q 4* Gregor. de Valentia supra. Caiet. *2. 2. q. 186. a 9. &* D. Thomas ibidem ad *secundum*; nisi tamen hoc exprimat Legislator, necessario lex ex natura sua ligat conscientiam, vt Sotus & Gregorius de Valentia locis citatis, & Azór *lib. 5. cap. 2. q. vlt.* & alij passim ostendunt.

Cum ergo D. Augustinus nullo in loco significet se non velle suæ Regulæ præuaricatores ad peccatum obligare, imo vero contrarium innuat, cum ait in 19 Mandato. *Hæc sunt, quæ præcipimus*: Et in fine Regulæ dicat transgressorem *debere dolere & orare, vt delictum sibi remittatur*: neque desint Doctores qui propter verbum *præcipimus*, quo vtitur D. Augustinus, arbitrentur totam hanc Regulam ligare conscientiam mortaliter, multo mihi probabilius videtur Regulam D. Augustini in vniuersum obligare ad mortale vel veniale pro diuersitate materię, nisi forte aliquod consiliū suis mandatis immisceat, vt in 28 mandato, vbi ex verbis satis indicat se liberum hoc mandatum relinquere. Raró autem huiusmodi miscet consilia, quæ annotabimus, cum singula Mandata discutiemus.

*Regula D. Augustini, obligat etiam ad peccatum iuxta subiectā materiam.*

Porro vt timoratæ conscientię Religiosus possit agnoscere quando Regula hæc, sub qua se militaturum professus est, ad mortale, quando

do vero ad veniale obliget, iuuerit generales quosdam Casus ex communi Doctorum consensu stabilitos in sequenti speculo subijcere.


## *SPECVLVM II.*

In quo apparent Casus, in quibus Regula D. Augustini obligat sub mortali.

*NOn enim te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos.* 1. Reg. 8.

*QVi vos audit me audit, & qui vos spernit, me spernit.* Luc. 10.

*NOn est potestas nisi à Deo. Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit.* Epist. ad Rom. 13.



Vandoquidem D. Augustinus non expressit quo modo, mortali videlicet an veniali peccato, suæ Regulę transgressores ligare intendat, ad radices peccatorum necessario est nobis recurrendum, vt quæ mortalia natura sua sunt, sub pœna peccati mortalis iniuncta existimemus, cætera vero paucissimis exceptis consilijs venialia iudicemus. Vt autem, antequam ad singula Regulæ Mandata descendamus, aliquid hac in re certi statuatur, Lectorque omnino suspensus in principio non permaneat, proponendi videntur in hoc speculo generales quidam Casus, in quibus ex communi Docto-

rum sententia, semper est peccatum mortale hanc Regulam violare.

*Primus est*, si Regula violetur ex contemptu. Vt autē quis intelligat, quādo regula violetur ex cōtēptu, notandū est diligenter, hæc tria crimina Superbiā, Cōtemptionē, & Inobedientiā, quam vocant, specialem, inter se differre. Cum enim quis agit & peccat in legem eo animo ne imperanti pareat; speciale Inobedientiæ peccatum committit. Cum vero delinquit vt legem despiciat, vel Legislatorem contēnat, peccatum contemptionis perpetrat. Denique cum in legem impingit; quia non vult alteri subesse, tunc superbiæ peccatum incurrit. Itaque inobediens legem violat, quia nollet sibi præceptum dari: contemnens, quia vellet præcepti neglectionē, & despicientiam: superbus, quia cupit nulli subijci, ac ita præ cæteris excellere.

*Quid sit violare regulā ex cōtemptu. Azor lib. 2. c. 7. q. 1.*

*2 Casus est*, si Regula violetur cum scandalo graui. Dico graui, quia si leue tantum esset scandalum, leue tantum, hoc est, veniale, sequeretur peccatum. Probatur hic casus ex illa Christi Domini comminatione. *Væ homini illi, per quem scandalum venit.* Nam sententia maledictionis, quæ innuitur per *væ*, non fertur nisi in peccantes mortaliter. Accedit quod violare Regulam cum graui scandalo, sit directe contra charitatem, quæ salutem proximi omnibus modis procurat, vt si Prælatus, vel alius infringat ieiunium Regulare cum scandalo Fratrum. 1. ad Corinth. 8 *Si esca scandalizat Fratrem meum, non manducabo carnem in æternum, ne Fratrem scandalizem*, Exemplum etiam esse potest, si quis contra Regulam vtatur

*Violare Regulam cum scandalo, quale peccatum. Matth. 18. Vt post D. Hieronymū lib. 2. in Amos ad Cap. 5. & in 13. Prouerb. docet Sanctus Antoninus in Summa Theol. Parte 2 tit. 4. c. 1. § . 3 & alibi sæpe*

habitu nimium notabili præter aliorum consuetudinem; ratione enim scādali potest mortaliter peccare. *Syluest. verbo, Ornatus nu. 3.*

*Impedire finē Regulæ quale peccatum.*

3. *Casus* notatus à Caietano in Summa verbo Præceptum, & insinuatur à D. Tho. *2. 2. q 147. art. 3. ad 2.* est huiusmodi, quando aliquis ideo transgreditur legem, vt, quantum in se est, finem ac scopum illius impediat. Exemplum esse potest, si quis silentium soluat eo fine, vt Religiosos auertat à studio perfectionis consequendæ, vel ad interturbandum Diuinum officium.

*Violare substantialia Religionis quale peccatum.*

4. *Casus*, si Regula violetur qua parte substantialia Religionis, id est, vota & votis necessario annexa continet, vt si quis communitatem, quæ de substantia vitæ Regularis est, vt loquitur Concil. Trident. *Sess, 25 cap. 1.* de Regular. & præcipitur cap. 3. Regulæ nostræ, dissipare tentet. Item, si quis in caput *6.* eiusdem Regulæ impingat, quo luxuriosus oculus Castitatis promissæ inimicus prohibetur. Item si quis violet caput 11. eiusdem Regulæ, in quo Obedientiæ custodia præcipitur.

5. *Casus*, si ex conscientia erronea impingat in aliquam partem Regulæ, cuius transgressionem, etsi sit venialis, putat esse mortalem. Colligitur hic Casus ex Fumo verbo Peccatum, *nu. 13.* ex Iacobo de Graffijs lib. Decisionum *cap. 14. num. 2.* & habetur Cap. Per tuas *2. de Simon.* & Cap. Literas, de *Restit. spolia.* & Can. Omnes *28. q. 1.* Quod etiam asserunt reliqui Doctores ex cap. 14. ad Rom. vbi (*quod non est ex fide, peccatum est*) interpretantur, quod non est ex dictamine conscientiæ.

SPECV-

## SPECVLVM III.

### In quo proferuntur Casus & exempla, in quibus Regula D. Augustini obligat tantum sub veniali.

*Subiecti estote, quia sic est voluntas Dei.* 1. Petr. 2.



Etsi maior pars eorũ, quæ in Regula nostra continentur, obliget tantum sub veniali, non tamen propterea liberius Regula est infringenda, cũ peccatũ veniale, vt postea ostẽdemus, sit etiã à quouis homine, quanto magis à Religioso, vitandũ. Porro Casus, in quibus Regula D. Augustini sub veniali tantũ obligat, hi sunt.

*Primus*, quando interuenit imperfectio actus, D. Tho. *1.2.q.88.art.5.ad.1 & ar.6.& 23 q.5.ar. 3.* vt si quis ex subito quodam oculorum motu, & defectu deliberationis contra 6. caput Regulæ oculum in mulierem figeret, & cogitationem aliquam imperfectam carnis admitteret, quam adueniente maturiori iudicio suffocaret. Itẽ si quis ex indeliberatione aliquid proprium contra cap. 1. Regulæ desideraret, quod statim reijceret, peccatum veniale tantum committeret, quia ad constituendum peccatum mortale, integrũ iudicium requiritur. Cap. 1. de delict. Puer. Actus autem tum tẽporis dicitur deliberatus, cũ in nostra est potestate, vt possimus facere vel non facere. Ista deliberatio plena necessaria est in peccato mortali.

*Imperfectio actus facit veniale quod esset mortale.*

*Quis dicatur actus deliberatus.*

Cum autem est semiplena, nec integra, fit veniale, vt qui obedire non vult, sed non actu deliberato perfecte. Ob hanc ipsam causam pollutiones in semidormientibus non sunt mortales, quia in semidormientibus est defectus plenè vsus rationis. Tales esse solent subiti nec pleni deliberati impietatis, odij, desperationis, inuidiæ & superbiæ actus: talia item imperfecta libidinis desideria, cuiusmodi venialia sæpe contingunt in interioribus animi actibus, & in motibus nostri appetitus animalis, cum eos ratio, vt posset & deberet, non coercet & reprimit.

*Et materia leuis.*

2. *Casus*. Quādo materia, circa quam peccatur est leuis. Vnde qui sedens ad mensam soluit silentium, vel lectionem non audit, etsi contra caput primum Regulæ faciat, peccatum mortale non committit, sed tantum veniale, ob leuitatem materiæ. Est enim ibi tantummodo præceptum de re leui. Similiter qui sibi proprium vnius atque alterius oboli vindicaret.

*Violare Regulam bona fide tantum veniale.*

3. *Casus est*. Quando aliquis partem aliquam Regulæ suæ violat, bona fide existimans sibi in particulari casu aliquo licere saltem sine peccato mortali contrarium facere. Vt si quis in aliquo obedire detrectet, in quo bona fide putat se non teneri; tunc Caietanus *in Summa, verbo Præceptum*, & Siluester verbo *Inobedientia. nu. 3. & cap. 23. nu. 59.* & passim alij docent nunquam esse peccatum mortale violare Regulam humanam. Sentiunt autem h. Doctores hoc habere locum, non solum quando illa bona fides nititur opinione aliqua vere probabili (quæ alioqui sine vlla controuersia excusat ab omni peccato, in materia quorumcumque

præceptorum) ſed etiam quando lex ſiue Regula humana violatur ex bona fide quacumque, etiamſi aliquo modo ſit culpabilis. Vnde aiunt excuſare huiuſmodi bonam fidem in materia præceptorum humanorum à tanto, licet non à toto, ſcilicet à mortali, non à veniali. Exemplum eſſe poteſt, ſi quis habitum Religioſum deponat bona fide ſine legitima cau ſa, exiſtimans tum ſibi id licere, non adhibita tamen ſufficienti diligentia ad cognoſcēdum, an reuera ſubſit legitima cauſa. Item ſi quis ſine ſufficienti conſideratione aliquod peccatum occultum, quod putabat alijs cognitum, de alio narret, ſine intentione tamen eum infamandi, licet excuſari poſſit à mortali, non tamen à veniali. Idem eſt iudicium de eo, qui iuraret non adhibita ſufficienti diligentia, an verum dicat necne. Talis enim licet non peccet mortaliter, nec ſit proprie periurus, peccat tamen venialiter, iuxta cōmunem conſenſum Doctorum, Nauar. *c.12 nu.7.* Angel. & Syluest. *verbo Periurium.*


*Bona fides non poteſt conſiſtere cum ignorātia craſſa.*

Nota tamen, bonam fidem nullam eſſe poſſe, vt bene docent Nauarus & Syluester doctrinam allatam limitantes, nec habere locum, quando ignorantia eſt ſupina vel craſſa, id eſt, quæ facillime vinci potuiſset. Hinc efficitur, Religioſos, ignorantia craſsa obligationis Regulæ ſuæ laborantes, fruſtra ſibi blandiri, exiſtimantes ſe à peccato immunes, quod bona fide Regulā violēt: ignorātia enim craſſa nunquam excuſat à peccato, vt poſtea in alio Speculo conſtabit.

## SPECVLVM IIII.

### In quo videntur Casus, in quibus quis contra Regulum faciendo non peccat.

*August tom.7. lib.2. de peccatorũ merit. cap.3. Si( inquit) nolumus non peccamus.*



*Rimus Casus est.* Quando aliquis non habet vsum rationis, vt furiosi, stulti, plene dormientes. Peccatum enim ex Patre nostro Augustino peccatum non est, nisi sit voluntarium. Atqui in prædictis vel nullus est voluntarius vsus, vel nullus rationalis, sed tantum animalis.

*Quando peccata ebriorum sint peccata.*

Quod verò attinet ad ebrios, facinora quæ in ebrietate committunt, eatenus sunt illis imputanda vel non imputanda, quatenus ebrietas fuerit vel non fuerit voluntaria; & quatenus potuerunt vel nõ potuerunt præuidere talia facinora ex ebrietate sequutura, sic Gregor. de Valent. *2.2. disp.9.q.3.p.2. asser.3.* post vtrumque Thomam *2.2.q.50.ar.4.*

*Consilia non obligant.*

*2.Casus.* Quando occurrit aliquid, quod consilium tantummodo est, non pręceptum. Consilia enim non obligant, nisi ratione contemptus: quando videlicet author eius contemnitur, vel Superioris mandatum, quo hoc consilium mandandum executioni iudicat, omittitur, vt si quis Sabbatho & Dominica vinum non accipiat, nullo modo peccat, nisi Superior pro tempore existens id præcipiat ob aliquam legitimam causam.

*3.Casus.* Quando dispẽsatum est cum aliquo: tum enim faciendo contra Regulam non peccat. Quod vt melius intelligatur, sequens Speculum conspiciatur.

## SPECVLVM V.

### In quo apparet, an aliquis Canonicus Præmonstratensis possit à Regulæ D. Augustini obligatione eximi.

QVandoquidem Regula D. Augusti ni, quam amplectuntur Præmon stratenses, est rite sancita, & iusta, nec vnquam mutata vel abrogata fuit, nullus Canonicus Præmonstratensis potest ab illa ratione illorum modorum eximi, sed tantum ratione interpretationis vel dispensationis.

Eximitur autem aliquis à lege per interpretationem, cum declaratur Casum aliquem non esse in lege compræhensum. Et certe si euidens fuerit casum occurrentem ex mente Legislatoris non compræhendi sub Regula, nec esse mentem Legislatoris vt obseruetur, non erit necesse recurrere ad Superiorem, etiamsi tempus eum adeundi suppetat. Tunc enim absque illius consilio licet facere contra legis verba sine peccato, vt censet diserte Caietanus. Si vero Casus non est euidens; aut huiusmodi Religiosus plane & æque est in dubio vtri parti assensum præbeat; tunc posito quod non pateat aditus ad Prælatum, & repentinum est periculum, tenetur verba Regulæ, ac tenorem sequi: quia in dubijs quando est periculum peccati, tutior pars est sequenda, nimirum ea in qua non est peccatum. de Regul. Iur. in 6. aut ita medio modo se habet, vt qui certus omnino non sit, neque prorsus ambiguus, sed in illã partẽ pendeat, qua potest facere contra legẽ, tunc si Casus moram pati-

*Quomodo aliquis possit eximi à Regula per interpretationem.*

*Quando liceat facere contra verba Regulæ.* 12. q. 96. a.

tur, debet Superiorem, qui modo erit Abbas Generalis, modo localis, pro diuerſitate materiæ, vel Caſuum occurrentium, conſulere. Non enim ſemper penes inferiores Prælatos eſt ea poteſtas interpretandi, quæ penes Superiores. Si autem periculum eſt in mora, tunc poteſt tuta conſciẽtia contra Regulæ tenorem ſe gerere. Caiet. ex opinione D. Tho *1. 2 q 96. a. 6* Sotus *lib. 1 de Iuſtitia. & iure q. 6. a. 8.* ita docent: & bene, quia neceſſitas, vt ſupponi debet, aliud non permittit; neque ex hypotheſi eſt perplexus in conſcientia, ſed credit tum ſibi id licere: nam ſi ſit perplexus, debebit id agere, in quo vel nulla vel minor ratio mali ſeu peccati apparet.

Hic duo ſunt notanda. Inprimis quod etſi in euidentibus Caſibus non cogatur abſolute Religioſus ad Prælatum recurrere, tamen recurſum illum ad Prælatum localem neceſſarium eſſe, ne communis aliquis ordo in Monaſterio conſtitutus turbetur, aut ſcandalum cæteris generetur. Prælatus enim de Caſu illo monitus explicabit Confratribus, quomodo Confrater à Regulæ parte eximatur, ſicque communem Ordinis diſciplinam conſeruabit, & omnem murmurationis & offenſionis anſam amputabit.

*Quid poſſit Generalis Abbas Ordinis Pramonſtratenſis.*

Secundo notandum eſt, Generalem noſtrum Abbatem poſſe ita omnia Regulæ ac Statutorum decreta interpretari, vt currentibus Caſibus poſſit conſciẽtiæ Inferiorum ſatisfacere in omnibus, exceptis eſſentialibus, quorum interpretatio Sũmo Pontifici reſeruatur. Non enim poteſt ſua interpretatione à ſolemni voto Religionis eximere.

Quod

Quod ad dispensationem attinet, eximitur aliquis à lege per dispensationem, cum Superioris id fit authoritate; cum videlicet Superior iustis de causis commotus, sua authoritate, eximit aliquem in aliquo casu à lege, sic vt absque peccato liceat illi idipsum facere, quod alioqui ex lege vitare tenetur, vel omittere, quod alioqui ex lege tenetur præstare. Is enim est proprius dispensationis effectus, quantum est ex vi dispensationis, vt videlicet quis non peccet in eo, in quo alioquin peccaret contra legem. Sic Greg. de Valent.

*Quis eximatur à Regula per dispensationē.*


*To. 2. disp. 7. q. 4. puncto 6.*

Vt autem cognoscatur quando Superior dispensare possit vel non possit, Speculum sequens consulatur.

---

## *SPECVLVM VI.*

### In quo videtur quid requiratur, vt dispensatio circa Regulam D. Augustini recte fiat.



Vo sunt necessaria, vt dispēsatio sit legitima. Primo requiritur causa iusta & legitima. Inter causas autem iustas & legitimas non inepte sequentes colliguntur in Decretis 1. q. 7 *Can. Necessaria*, & *Can. Quod pro remedio.*

*Ad dispensationem requiritur causa legitima.*

Prima est, *temporum mutatio*; quæ quidem causa non potest habere locum in Regula nostra, nisi inquantum exigua quædam, & obseruantias continet, non autem inquantum continet essentialia vel essentialibus annexa,

Nulla enim temporum mutatione vel lapsu essentialia rei alicuius mutari queunt, nisi res ipsa plane mutetur,& desinat esse talis. Vnde qui in huiusmodi essentialibus tentaret dispẽsare vel dispensari, tentaret ex Religioso facere non Religiosum, vel ex Religioso fieri non Religiosus. Hinc constat eos maxime decipi, qui ratione mutationis temporis, vel lapsus eiusdem, putant sibi licere habere peculium, de quo disponant ad placitum,& temporis mutatione cum seipsis dispensatum. Porro essentialibus annexa censentur substantialia vitæ Religiosæ, vt dicit Concil. Trident. qualia iudicat esse victum & vestitum communes: vel essentialibus annexa, sine quibus vita Regularis constare nequit,& quæ sunt de substantia Regulæ, quam quis professus est, vt loquitur Bulla Summi Pontificis in initio Statutorum nostrorum posita, vbi etiam numerari videntur nonnulla, quæ sunt substantialia Regulæ nostræ.

*Seß.15. Cap.1. De Regul.*

*Vtilitas communis.*

Secunda est, *vtilitas communis*. Illa enim est causa legitima ad dispensationem dandam vel petendam, ex qua apparet dispensationem esse vtilem bono communi. Ob huius causæ defectum non potest esse tuta illa dispensatio, qua sibi applaudunt aliqui, putantes legitime secũ dispensatum circa victum & vestitum communem. Neque potest Prælatus hanc dispensationem concedere, si potest aliter eis de necessarijs prouidere, neque si concedat, potest sine peccato, & scrupulo Inferior vti. Gregorius de Valent. Ob huius etiam causæ defectum falluntur Abbates, qui in omnibus pene Regularibus, excepto choro & habitu, cum suis dispensant.

*In 2. 2. Disp. 10. q. 4. puncto 3.*

pensant. Etsi enim Ordinis nostri Statuta, in quibusdam minutioribus, faciant potestatem Abbatibus dispensandi cum Religiosis suis, nõ tamen in maioribus. Imo vero neque in minutioribus sine iusta causa, quæ maxime petitur ex bono communi. Quod autem bonum commune sequitur, si tota Regula, vel Statutorum decreta, ab vno aliquo Collegio seu Conuentu violentur? Quin potius maximum malum cõmune, id est, populi scandalum imminet, nec non dissolutio, ac ruina totius disciplinæ Monasticę, quod inter summa Religionis mala est connumerandum. Iusta autem & legitima esset causa dispensationis, ratione boni communis, si Generalis nostri Ordinis dispensaret in quibusdam rigidioribus Constitutionibus minus essentialibus, vt facilius Religiosi ad reformationem allicerentur. *23.q.4.Can. Ipsa pietas.*

Tertia est, *personarum conditio.* Quæ causa in Religione locum frequenter non habet (Facit enim professio Religiosos eiusdem pene conditionis & sortis) ac propterea neque dispensatio proueniens ex hac causa. Si qui autem sint diuersæ sortis, vt Principes, viri docti, Prælati & huiusmodi, poterit cum illis dispensari, sed non tam habita ratione huius causæ tertiæ, quam secundæ, id est, boni communis, quod potest sequi ex dispensatione illis facta. Vt si dispensetur cum Prælato in quibusdam non essentialibus, cum est vacandum negotijs temporalibus Monasterij: cum doctis, quando cõcionandum est viua voce, vel scripto: cum Principibus Religiosis, quando eorum est interponenda authoritas pro bonis Ecclesiæ vniuersalis, vel particularis.

*Personarum conditio.*

*Professio facit Religiosos eiusdem conditionis.*

*Necessitas* *Can. tanta .1. 17.* Quarta causa est, *necessitas* Cū enim necessitas non habeat legem, sequitur in casu necessitatis dispensari posse : nec solum necessitate absoluta, sed etiam ad bene esse & secundum quid, vt si cum eo qui legit Fratribus, dispensetur de ieiunio Regulari, quia cum ieiunat, non potest se parare ad legendum.

*Pietas.* Quinta est, *pietas*. Propter hanc causam non potest legitime dispensari cum Religiosis nostri Ordinis, vt non seruent communitatem in victu & vestitu, quia tantum abest vt pietas in eos exerceatur, hoc illis permittendo, vt potius crudelitas in eos committatur: quādoquidem omnium dissolutionum Monasticarum origo esse dignoscitur illa victus & vestitus separatio. Accedit quod in illa separatione crudelitas in imbecilles exerceatur, quibus non plura ad curandam infirmitatem, quam fortibus tribuantur, quod expresse militat contra cap. 1. Regulæ D. Augustini, quæ sic habet. *Et distribatur vnicuique vestrum à Præposito vestro victus & tegumentum; non æqualiter omnibus, quia non æqualiter valetis omnes.*

*Rei euentus.* Sexta est, *rei euentus*. Ob hanc causam non potest dispensari in Regula, cum ijs, qui se Regulam obseruare non posse clamitant, quod tædium ex tanto rigore natum, eis mortem conscisceret. Id enim rei euentus nondum docuit, sed potius contrarium; cum multos dissolutionis gladio sibi mortem consciuisse non dubitemus.

*Multorum iusta offensio.* Septima est, *multorum offensio. Can Vt constitueretur. d. 50.* Ob cuius defectum nobiscum nunc non videtur dispensandum: tantum enim abest, vt populus Regulæ nostræ relaxationi-

bus

bus delectetur, vt potius offendatur.

Porro hæ omnes causæ sicut aliæ, quæ afferri possent, boni viri (cuius est de iusta & legitima dispensationis causa iudicare) arbitrio committendæ videntur. Qui bonam illam causam esse iudicabit, quam ipsemet Legislator admitteret, si adesset.

*Legitima causa dispensationis relinquitur arbitrio boni ac prudētis viri.*

Præter causas autem legitimas, quæ requiruntur vt dispensatio sit legitima, requiritur secundo authoritas, quæ quidem in ipso Legislatore est plena & integra. Ex commissione autem eam quoque habent inferiores Prælati, quæ quidem commissio non tantum valet in his, quæ ius, vel consuetudo expresse declarauit, sed etiam, vt testatur Caietanus, in triplici genere rerum, nimirum. *Primo* in leuibus, de quibus semper consulere supremum Prælatū maximam generaret molestiam. *Secundo*, in frequentibus, propter eandem rationem, vt in ieiunijs, silentio, lectionibus ad mensam, & cæteris. *Tertio*, in proprijs rebus alicuius inferioris communitatis. Et hęc quidem vera sunt, dummodo Prælatus Superior ob nimiam quorumdam inferiorum Prælatorum facilitatem dispensandi, id in Capitulo generali, vel suis ...elictis minime prohibuerit.

*Ad dispensationem necessaria est authoritas.*

*12.q.97.ar.4*

*Prælatus inferio potest in tribus dispensare.*

Ex his concluditur, quod nullus potest absque peccato dispensare in Regula, vel Constitutionibus nostris, sine causa & authoritate legitimis. Et quidem si desit authoritas, etiam subditus peccabit nihilominus directe contra Regulam, quia dispensatio nullius erit momē & valoris. Si autem defuerit causa, peccabit vterque contra legem naturæ, quia turpis est, pars, quæ sine causa à suo toto dissidet. Et sic

*Peccat subditus qui vtitur dispensatione data ab eo, qui non habet authoritatem.*

tum

tum ipsa pars, quæ huiusmodi dispensationẽ. petit, tum Superior, qui & concedit, & cooperatur vt dissideat à toto, peccabit modo mortaliter, modo venialiter, pro conditione & grauitate ipsius Regulæ nostræ, in qua illicite fuit data dispensatio, & tenebitur insuper subditus ex vi legis naturalis annotatæ facere (nõ obstante illa dispensatione) quod Regula iubet. Sic idem Caietanus. Nisi forte Inferior bona fide putet secum legitime dispensatum.

2.2.q.96.a.5

Ex his etiam fit, quod etsi in Bulla Statutis nostris inserta, & in Statutis ipsis authoritate Pontificia confirmatis potestas detur Generali Abbati, & Capitulo nostri Ordinis circa omnia in ipsis Statutis contenta, exceptis essentialibus & paucis alijs dispensare, non posse tamẽ eum illa vti potestate, ne quidem circa aliquod Statutorum decretum sine iusta causa, multo autem minus circa omnia eorundem Statutorum decreta, quia nulla iusta causa inueniri vel excogitari potest dispensandi cum Religiosis in omnibus illis decretis.

*Generalis Abbas non potest dispensare sine iusta causa.*

Hinc à fortiori colligitur alia conclusio, nimirum quod Abbas Generalis nõ potest circa totam Regulam cum aliquo dispensare, cũ nulla huius dispensationis causa legitima existere possit. Potest autem in hoc vel illo Mandato dispensare, dummodo hoc vel illud Mandatum essentiale non sit, & subsit iusta causa dispensandi. Et si enim Superiores, vel Ordines simul coacti non possint Regulam ex toto, vel ex parte abrogare siue mutare: ad id enim requiritur potestas Summi Pontificis, vtpote qui Regulam ipsam confirmauit: tamen Præfecti Ordinum ius habent, iustis de causis, aliquos

*Quomodo Generalis Abbas possit dispensare circa Regulam.*


*Generalis Abbas non potest immutare Regulam Ordinis.*

sibi

sibi subiectos, ab aliqua Regulæ obseruantia eximendi, vel ad tempus, vel in certis quibusdam rerum euentibus. Tunc enim Regula immutari vel aboleri non censetur, sed hic Religiosus, aut ille, Regula soluitur.

## *SPECVLVM VII.*

### In quo videtur, an per conniuentiam, qua retro actis temporibus vsi sunt Superiores, possit aliquis ab obseruatione Regulæ censeri absolutus in conscientia.



Tsi Superiores illos grauissime peccasse existimem, qui sua conniuentia Regulam ita negligenter obseruatam, prout nunc apud plerosque nostrum est, reliquerunt; arbitror tamen posteros posse tuta conscientia in illa Regulæ relaxatione viuere, dummodo de accidentalibus Regulæ, non de substantialibus, qualia etiam Regula nostra continet, sermo sit. Omnes enim Religiosi saltem ad essentialia & substãtialia Regulæ ex Concil. Trident. tenentur. Ratio autem cur nulla tolerantia vel conniuẽtia, quamuis immemorialis, possit excusare transgressores essentialium, est, quod implicet contradictionem esse Religiosum & nullã habere Religiosi essentiam, quod esset esse Religiosũ & nõ Religiosũ: quod nõ minus implicat quã esse hominem, & nõ hominẽ. Accedit quod in professione nostra, cuius formula habetur cap. 15. Dist. 1. Statut. polliceamur nos

*Superiores, qui Regulam relaxari permiserunt grauiter peccarunt.*

*In quibus locum habeat relaxatio Regulæ.*

*Seß. 25. cap. 1. de Regularib.*

seruatu

seruaturos Obedientiam secundum Regulam D. Augustini: si ergo per conniuentiam Superiorum posset tota Regulæ obligatio tolli, sequeretur etiam quod per eandem conniuentiam posset obligatio voti Obedientiæ tolli, cũ vouerimus tantum Obedientiam secundum Regulã D. Augustini, quę ex hypothesi, potest per conniuentiam siue tolerantiam Superiorum tolli.

*Quando acceptandus sit totalis rigor Regulæ.*
*Lib. 13. cap. 11. q. 18.*

Notandum tamen caute, quod si alicuius Monasterij maior pars communibus suffragijs decernat acceptandam esse reformationem secundum rigorem & Regulæ totalem perfectionem, tolerantiam supradictam nullum habere locum, sed cæteros teneri ad maiorem partem accedere, vt dicitur Cap. 1. de ijs quæ fiunt à maiori parte Capituli. Azor.

Docebimus postea, Speculo videlicet 15. quę sint substantialia Ordini nostro. Nunc satis erit attendere communitatem victus & vestitus esse de numero substantialium, ac propterea Nauarrum non sese reputasse in Monasterio suo Canonicorum Regularium Roncaeuallis securum cum conniuentia & tolerantia peculij, vt videre est in Comment. 3 *de Regular. nu.* 25. Eius hæc sunt verba. *Sed & ego ipse (inquit) cum nimio rogatu suscepissem habitum Regularium in præfata Roncaualle quod recusabam facere, ob id quod in eo status in quæstione propositus seruabatur, protestatus fui me nunquam accepturum portiones illas peculiares, et priuilegiatas in victum & vestitum quod ad vnguem seruaui, eo quod mihi non erat gratus huiusmodi status.*

## SPECVLVM VIII.

### In quo videtur, an consuetudo præuaricatoria vitæ Regularis possit præuaricatores excusare.



AEc difficultas eadem est cum præcedenti, ac propterea eodem planè modo, quo præcedens soluitur. Quod autem consuetudo transgrediendi essentialia non possit à peccato excusare, patet. Consuetudo enim, vt legem siue Regulam tollat, & sit altera lex, debet esse rationabilis. cap. Cum tanto. de consuetudinibus. Rationabilis autem ea censetur; quæ non repugnat legi alicui naturali, aut Diuinæ, & quæ ratione aliqua innititur; ob quam iudicetur, saltem probabiliter, vtilius esse Communitati contra Regulam; quam secundum Regulam facere. Atqui excusari ab essentialibus repugnat Legi naturę, quæ dicit in promissis esse seruandam fidem, & Legi Diuinæ, quæ iubet nos reddere vota, quæ quidem vota sunt essentia ipsius Religionis; consuetudo igitur peccandi in essentialibus excusare nequit Religiosum præuaricatorem. Quod aduertens Nauar. *Comment. 3. de Regular.* Religiosos viuentes per illas portiones certas tueri ausus non est ex cōsuetudine, sed tantum ex licentia præsumpta: quæ certe licentia nunc apud nos reperiri non potest, vt videre est ex Speculo 16. sub finem. Imo vero ille sub huius licentiæ securitate in Roncaualle, in qua votis se obstrinxerat, viuere non præsumpsit. Quod si peculium cum li-

*Quæ consuetudo excuset.*

*Num. 28.*

centia Superioris habere nō est ausus, quomodo sine licentia auderet; quandoquidē huiusmodi peculiū *Comment. 1. de Regul.* iniustū ipse appellat? In eodem Speculo reperies consuetudinem præuaricatoriam vitæ Regularis, non esse consuetudinem, sed morum corruptelam.

## *SPECVLVM IX.*

In quo apparet, quando Religiosus faciens aliquid ex ignorantia contra vota, Regulam & Statuta, peccet.

*Peccatum ignorantiæ dupliciter committitur.*



Gnorantiæ peccatum committitur, cum quis potest & debet scire aliquid, siue iuris, siue facti, & non facit quod potest, vt sciat; quod potest duobus modis contingere, vel hoc negligendo, vt liberius sine scrupulo peccet, vel per solam negligentiam, non curando id quod tenetur ex statu & officio; quæ ignorātia, si sit de necessarijs ad salutem, mortalis à Fumo iudicatur, verbo *Ignorantia*.

*Num. 1.*

*Ignorantia vt liberius peccetur, est mortalis.*

Ex hac doctrina quæ communis est, colligitur imprimis eum peccare mortaliter, qui in materia mortali facit contra vota, Regulas & Statuta ex ignorantia, qua negligit huiusmodi scire, vt liberius sine scrupulo peccet; & ratio est, quia hæc ignorantia est affectata, quæ committitur, quando quis non vult scire, sed placet ei nescire, vt liberius peccet. Hinc fit, vt qui ex tali ignorantia peccat in vota, Regulam, vel Statuta, nunquam

veniat excuſandus à mortali, ſi materia ſit mortalis; cum huiuſmodi ignorantia non minuat voluntarium; ac proinde neque peccatum, ſed potius aggrauet peccatum, ſicut auget voluntarium, ex intentione voluntatis ad peccandum, quam ſemper habuit; eo ipſo, quod voluit eſſe ignorans, vt ſibi liberius transgreſſionis frenum relaxaret, & peccatorum excuſationes texeret.

*Quæ ignorãtia augeat volun tarium.*

Secundò, colligitur eum Religioſum etiam peccare mortaliter, qui ex ignorantia craſſa facit contra vota, Regulam, vel Statuta, qua parte ſunt obligatoria ad mortale. Dico (ex ignorantia craſſa, ſiue ſupina) quia cum hæc ignorantia ſit eorum, quæ aliquis ratione Status vel officij ſcire tenetur, & potuit de facili ſcire, & non curauit indagare, ſequitur ignorantiam circa huiuſmodi non excuſare, ſaltem à toto, ſed à tanto, id eſt, minuere quandoque peccatum, ſed non ita vt deſinat eſſe mortale. Verbi gratia, ſit aliquis Religioſus, qui nunquam curauit Regulæ ſuæ decreta ſcire, & ex hac ignorantia fecit contra illud Regulæ, quo præcipitur, vt non dicatur nobis aliquid propriũ, etſi contra illud nõ feciſſet, ſi ſciuiſſet prohiberi, tamen quia illud ex conditione vocationis ſuæ non debuit ignorare, non poteſt excuſari à toto, id eſt, à peccato mortali, ſed à tanto, id eſt ignorantia illa facit vt tam magnum non ſit peccatum illud mortale, propterea quod illa ignorantia voluntarium minuit.

*Ignorantia craſſa quando ſit peccatum mortale.*

## SPECVLVM X.

### In quo videtur, an aliquis possit dici laborare ignorantia inuincibili circa ea, quæ sunt votorum, Regulæ, & Statutorum.

*Ignorantia inuincibilis quid sit.*



Via ignorantia inuincibilis est, quando quis non potest scire ea ad quæ tenetur, vel ex hebetudine intellectus, vel quia consultore caret, neque illi venit in mentem, vt de ea recogitaret; si qui forte tales in Ordine nostro reperiantur, non dubium est quin ignorantia laborent inuincibili, ac per consequens faciendo contra Regulam, vel Statuta, non peccent; nemo enim peccat in eo, quod vitare non potest. Huiusmodi autem paucos ignorantes reperiri apud nos existimo. Quis enim huiusmodi hebetes admittat ad habitum? aut quod Monasterium est adeo desolatum, & tanto præsidio destitutum, vt nullus in eo sit, qui reddenda Deo vota intellexerit, Regulas non viderit, de Statutis nihil adiuuerit? præsertim cum Ordo noster sic gubernetur, vt quotidie in Capitulo vnum Regularum caput coram omnibus legatur, Capitula generalia sæpius instituantur, visitationes per Monasteria plurimæ peragantur. In quarum visitationum actu conduntur leges & votis, & Regulis, & Statutis Ordinis conformes, quæ Relicta vocantur, quod posteris descriptæ relinquantur, tanquam visitationis peractæ vestigium. Accedit quod nullum sit nostri Ordinis Monasterium ita à viris doctis remotum, vt eius Religiosi

*Paucos in Ordine Præmonstratensi laborare ignorãtia inuincibili.*

*Relicta vnde dicantur.*

eos de sui Status obligatione consulere non possint. Quare nulli hac ignorantia inuincibili laborare posse videntur. Si autem aliqui sint, à peccato mortali eos excusari merito posse arbitror: dummodo non procurent habere officium, & onus contrarium suæ ignorantiæ, vt confessiones audire, Prioris vices obire, & huiusmodi, vt colligitur ex Fumo *verbo Ignorantia num. 5.* hinc D. Greg *Virtutibus pollens, coactur ad Regimen veniat, virtutibus vacuus nec coactus accedat.*

*Ignorantes qui procurant officia peccant.*

*2. part. Pastor curæ, cap. 9.*

Porro hæc de ignorantia iuris intelligēda sunt, non autem de ignorantia facti. Potest enim sæpe contingere, vt qui votorum, Regularum & Statutorum ignorantia non laborāt, circa praxim alicuius casus à votis, vel Regulis, vel Statutis pendentis hallucinentur ex ignorantia, quæ quando sit inuincibilis ac sine peccato, docet Caietanus optimè, videlicet quando circa factum particulare eiusque circumstantias contingunt inaduertentiæ & ignorantiæ inuincibiles humana opera. Tunc (inquit Caietan.) communiter existimandum est non peccare, sed excusari per inaduertentiam inuincibilem, eos, qui alioqui conscientiam habent timoratam, si quid per inaduertentiam facti contra præceptum, quod alioqui seruare intendunt, præstent. Nam si huiusmodi ignorantia vincibilis fuisset, qui alioqui bona præditi sunt conscientia, communiter illam vicissent; quare si non vicerunt, indicium est plerumque, eam fuisse inuincibilem.

*Ignorantia iuris & facti.*

*1. 2. q. 6. ar. 8.*

## SPECVLVM XI.

In quo videtur, an Prælati tolerantes dissolutiones suorum Monasteriorum, peccent mortaliter.

*Tolerantia ex impotentia nõ est peccatum.*

DVBIVM nemini est Prælatum ita dissolutionibus conniuentem, vt illis, cum potest, obicem non ponat, in continuo peccato mortali viuere. Dico (cùm potest) quia si facit quicquid in se est, vt illas tollat, & non potest, tantum abest vt peccet, quin potius mereatur, faciẽdo quod in se est. Nullus enim obligatur ad impossibile. Et hæc tolerantia propriè vocatur patientia à nonnullis Doctoribus. Cogitur enim tunc temporis Prælatus pati eas dissolutiones, quia eis non potest obuiamire. Quia igitur tum temporis tolerat ex impotentia impediendi, non autem ex negligentia oneris & officij, non peccat.

*Malum exemplũ in Prælato quantum peccatum.*

Peccat vero grauiter, si tolerat dissolutiones vel ex exemplo, videlicet quia in eis est socius. *Primo.* Quia idem crimen quod ipsi, committit. *Secundo.* Quia eos suo exemplo ad crimen iterandum inducit. Væ autem illi (maximè Superiori) per quem scandalum venit. Melius proculdubio & vtilius illi esset mola asinaria collo appensa maris vndis exponi, quàm suos illis dissolutionibus suo exemplo exponere.

Vel ex pusillanimitate, quia nimirum timet à Religiosis & eorum amicis irrideri, peccat etiam mortaliter: pusillanimitas enim talis

non

non potest non esse mortalis, cum sit Subditis mortaliter perniciosa. D. Tho. 2. 2. q. 33. a. 2. ad 3. Syluester *verbo Correctio. nu. 2.* Quare (inquit) beatus Gregor. *in Can. Sit Rector. d. 43.* quod *sicut incauta locutio in errorem pertrahit; ita indiscretum silentium eos, qui erudiri poterant, in errore derelinquit.* Vnde sequitur eos peccare mortaliter, quia suo silentio eis charitatis remedium denegant, quibus tenetur ex officio adhibere. Dein eos qui se non Pastores, sed mercenarios exhibent, nullus est qui contra Euangelij veritatem audeat eos à mortalis peccati nota vindicare. Supradictos autem si quis dubitat mercenarios appellare, consulat D. Gregorium magnum loco citato. *Sæpe* (inquit) *Rectores improuidi, humanam amittere gratiam formidantes, loqui libere recta pertimescunt, & iuxta veritatis vocem, nequaquam gregis custodiæ, Pastorum studio, sed mercenariorum vice deseruiunt.* Non vult tales Dominus Pastoris titulo decorare, sed eos per vatem suum Isaiam, Canes mutos non valentes latrare nuncupat. & meritò: præficiuntur enim gregi Dominico, vt lupo veniente clamitent. at ipso Monasteriorum, in quibus selectus Domini grex residere solet, fores ingresso, non modò non latrant, sed latrantes alios auertunt, vt suis, quorum subsannationem vel malam gratiam incurrere, propter Christum nolunt, blandiantur. *Qui me erubuerit coram hominibus, & meos sermones, hunc filius hominis erubescet, cum venerit in Maiestate sua, & Patris.*

*Pusillanimitas in Prælato quam periculosa.*

*Cap. 56.*

*Lucæ 9.*

Vel ex negligentia: quia nimirũ negligit suum officium, & non attendit onus, & hæc

*Negligẽtia in Prælato quam damnabilis.*

negligentia, si est rerum essentialium & magni momenti, mortalis etiam est, & eo ipso quo tacet, consentire videtur, & punitur de negligentia, ac si faceret. *c. Quid enim. can. consentire d. 83.* Debet enim velut alter Argus mille oculis, Subiectorum mores considerare, & sicut dux exercitus die ac nocte circumire. Vnde optimè Prælato quadrat, quod in Prouerb. præcipitur. *Discurre, festina, suscita amicum tuum, ne dederis somnum oculis, neque dormitēt palpebræ tuæ.* Prælati enim debent esse velut illa animalia, de quibus in Apoc. dicitur, quòd erant plena oculis ante & retro.

*Cap. 16.*

*Cap. 4.*

*Prælatus Ignarus debet renunciare.*

Vel ex ignorantia; videlicet quia ignorat ea quæ sunt sui officij. & hæc ignorantia quia crassa est, est etiam mortalis, debetque Prælatus tali ignorantia laborans, discendo eam vincere, vel officio suo renunciare: alioqui contra Dominicam legem cœcus prælatus cœco gregi ducatum præstare tentat, & se suosque maximo quotidie exponit periculo peccandi, nesciens quid suis præcipiendum sit, quid inhibendum. Accedit quod ignorantia mater multorum errorum esse dicitur, & si in Ecclesiastico viro nec est excusatione digna, nec venia, quāto minus in ipso Religiosorū Prælato, cuius est oues verbo non minus quam exemplo pascere?

*Can. Ignorātia Distinct. 38. Can. si in Laicis. c. ademdist*

Si denique ex timore conniuet; quia videlicet timet ab officio deponi, peccat etiam mortaliter. Primo, quia vt dignitaten suam conseruet, Dei honori consulere dedignatur. Deinde quia auram quandam popularem saluti ouium sibi commissarum anteponit, in quo se maxime indignum indicat Prælatura, quæ


in a

in animarum cura consistit. Atque illi sunt Prælati, qui ex conniuentia siue tolerantia dissolutionum regnantium in suis Monasterijs, mortalem culpam, eamque quotidianam committunt, suntque in perpetuo damnationis statu, nisi conniuentiam illam à se remoueant; perpetuo enim animas, quas Christus in deserto perditas inuenit, & sui sanguinis pretio redemit, perdunt. Monstrum & portentum est, Prælatum Saluatoris locum tenentem in Monasterio, quod est locus ad saluandas animas à Saluatore institutus, suorum salutem non curare.

*Prælatus non procurãs sacrũ salutem est monstrum.*

## *SPECVLVM XII.*

### In quo videtur, an Prælati teneantur sua Monasteria reformare.



Ertum mihi est, esse in continuo peccato mortali eos Prælatos, qui, quantum possunt, sua Monasteria non reformant, quique ad vitam communem Religiosos suos, quantum possunt, non reducunt. Hæc assertio duas habet partes. Prima est, quod Prælati teneantur sub peccato mortali sua Monasteria reformare, quæ quidem pars nulla eget probatione. Luce enim meridiana clarius est, Prælatos esse Pastores, ac propterea sic debere caulas suas præparare, & mundare, & oues suas sic pascere, vt ouibus moriendi spiritualiter periculum non creetur. Peccat enim mortaliter Pastor ouiũ, qui quantum potest, Heri sui damnum euidens ac notabile non auertit; & tenetur ad restitutionem.

*Officium Pastoris.*

onem, si tamen se locauerit pro tali officio. Syluest. *verbo Restit.* 3. Secundo, Prælatos esse patres, ac propterea debere Religiosos filios suos in disciplina & correptione Domini educare. *Nostra enim interest*, secundum Legem, Vt tantum. ff. de seru. corrupt. *Filiorum animos non corrumpi.* Tertiò, Prælatos esse medicos, ac propterea debere Religiosorum suorum malis mederi. Peccat enim mortaliter Medicus, qui secundum artis præcepta non facit, quicquid potest, vt infirmo suo medeatur, impingitque in præceptum, *Non occides*: vt colligitur de Pœnit. *d. 1. Homicidium.* Imo verò secundum Richardum, tenetur ad æquiualens, ex quo non potest resarcire principale. A fortiori igitur peccat mortaliter & tenetur ad æquiualens medicus spiritualis, qualis est Prælatus, qui sanitatem, quantum potest, infirmo suo spirituali, qualis est Religiosus difformatus, non reddit; sed potionem qualemcumque, ne videatur planè inutilis, porrigit, quæ plerumque potius aggrauat infirmitatem Subditorum, quàm minuit: vnde magis tenetur ad restitutionem, quam damnificans in rebus, vel corpore. *6. q. 1. Sunt plurimi.* Nec obstat quod Religiosi medicinam recusent, possumus enim extrahere virum de domo ruitura, & beneficium præstare inuito. 23 *q. 4. Ipsa pietas.*

*q. 5. Prælati sunt Patres spirituales. Ephes. 4. Prælati sunt medici animarum.*

*Officiũ medici animarum.*

Secunda pars huius assertionis est, quod Prælati teneantur sub pœna peccati mortalis suos ad communem vitam, quantum possunt, reuocare, ita vt illis, sicut dictat Regula, omnia sint communia, & distribuatur vnicuique à Præposito, sicut cuique opus est. Inprimis

*Prælati Religionũ tenentur reuocare suos ad communẽ vitam.*

proba

probatur ex eo, quod Superiores teneantur essentialia & essentialibus necessariò annexa Monasterijs suis restituere, cùm sine essentialibus Monasteria desinant esse Monasteria, & Religiosi fiant non Religiosi. Inter essentialia autem, vel saltem essentialibus annexa numeratur vita communis, tam ratione vestitus, quàm victus; cum experientia doceat, vix unquam ibi seruatam, vt decet, paupertatem Monasticam, vbi vita non seruatur communis. Dein Superiores in Monasteriorum reformatione tenentur ea omnia, quæ dissolutionum Monasticarū radices sunt, amputare: cùm ergo constet pecunias vnicuique quotannis ad vestitum concessas, comessationum, compotationum, & cæterarum dissolutionum altrices esse, vt æquo rerum æstimatori manifestum est: quidni Prælatos, qui dissolutiones illas suis reformationibus tollere debent, ad earū radicem tollendam, si Monasteria sua velint reflorescere, teneri asseremus? Accedit quod Regula D. Augustini, sub qua militamus, & ad cuius normam, nos mores nostros correcturos vouimus, nihil ita inculcet, quam cō munitatem illam victus & vestitus, adeo vt hoc verbo (præcipimus) vix vtatur in alia materia. Si ergo Prælati tenentur aliquid Regulę nostrę renouare, maximè illud. Quod certè optimè agnouit Nauar. *Comment. 3 de Regular.* ibi disertis verbis ait, *tam Prælatos quā Subditos in malo esse statu, per quos stat quo minus vita communis instituatur.* Staret autē per Prælatū, si omnē nō moueret lapidē, vt illā vitā restitueret. Id etiā agnouerūt Syluester & Archidia. ab eo citatus, *verbo Relig.* 6. Huius hęc sunt verba.

*Peculium est dissolutionum Monasticarū seminarium.*

*Num. 32. Notatu dignissimum.*

*Si*

*Si Prælatus non facit quantum potest sine magno scandalo, vt viuatur in communi, non est in statu tuto arg. dist. 83. Error. Subditi verò* ( inquit) *dictæ communitati resistentes, non quia non possũt sufficienter viuere, sed quia volunt abundare, & de suis suo modo facere, viuunt in malo statu, cũ seculariter viuant, & velint perseuerare: quod prohibetur in sacris Canonibus. ca. relatum. de Regul.*

## SPECVLVM XIII.

In quo videtur, an Religiosi teneantur acceptare reformationem.



Ic duo sunt certa, Inprimis Religiosum debere acceptare reformationẽ: si enim recusaret, ex hoc colligeretur eum velle in dissolutionibus perseuerare, quod nõ est humanum, sed diabolicum. Deinde certum est eum debere acceptare reformationem sub vita communi; alioqui, vt probatum est ex dictis Doctorum in Speculo præcedenti citatorum, in malo statu viuere, nec non Sacrosancto Conciliorum & Capitulorum generaliũ præsidi, & ipsius Ordinis nostri moderno Generali reluctari conuinceretur.

*Perseuerare in dissolutionibus Diabolicũ est.*

Vnum autem est dubium, videlicet, An teneatur reformationẽ sub antiquo rigore suscipere. Qua in re ne dubius vel suspẽsus maneat Præmonstratensis Canonicus, quatuor mihi videntur pro illius securitate dicenda.

*Religiosi te*

Primum est, in quo conueniunt omnes, te-

neri Religiosos ad honestam, legitimam, & rationabilem reformationem acceptandam circa essentialia, & essentialibus necessariò annexa, vt vitam communem, &c. Syluest. *verbo Religio 6. q 6.* Nauar. *Com. 3 de Regul. n. 36. & in Manual. ca. 12. nu. 50.* Maior *in 4. d. 38. q 20.* Et in Sacro Tridentino Concil. *Sessio. 25. cap. 1. de Regularibus* statuitur, *vt omnes Regulares ad Regulæ, quam professi sunt præscriptum vitam instituant & componant; atque imprimis quæ ad suæ professionis perfectionem, vt Obedientiæ, Paupertatis & Castitatis, & si quæ alia sunt alicuius Regulæ & Ordinis peculiaria vota & præcepta ad eorum respectiuè essentiam, nec non ad communem vitam, victum & vestitum conseruanda pertinentia fideliter obseruent.* Quæ verba satis ostendunt obligationem reformationis saltem honestæ & legitimæ acceptandæ. Et hoc est in quo conueniunt omnes Doctores, videlicet quòd teneantur Religiosi acceptare honestam & rationabilem reformationem circa essentialia, & vitam communem, quamuis inter eos aliqui, vt Innocent. & Hostien. citati à Panormita. *in Cap super eo de Regular. nu. 5.* & Maior *in 4. d. 38. q. 20.* superaddant eos teneri ad acceptandam reformationem, circa omnia accidētalia, secundum totum Regulæ rigorem: quam quidem sententiam si quis sequeretur (vt consuletem) fateor quod tutius ageret, vtpote quam speculatiue veriorem existimem: nihilominus ratione praxis ausim dicere quod sequitur.

*Tenentur acceptare reformationem circa essentialia & substantialia.*

*Consilium tutissimum.*

Secundum, quod videtur dicendum, est, Non videri Religiosos teneri ad acceptandam reformationem secundum antiquum Ordinis

rigorem, & Regulæ perfectionem; ac propterea non videri eos esse in statu peccati mortalis, qui nolunt recipere reformationem secundum illum rigorem, cum nitantur probabili Doctorum opinione, nec ad aliud videatur Concil. Trid. obligare, vt patebit consideranti eius verba supra citata. Ex his duobus dictis colligo

*Quem animũ debeat habere Religiosus circa reformationem.*

Tertium, Sufficere videlicet vt Religiosus non sit in malo statu, si paratus est reformari honeste & rationabiliter, Verbi gratia, iuxta eam Regulæ perfectionem, quæ nunc viget vel vigebat cũ fecit professionẽ, apud probos Religiosos eiusdem Ordinis; cum vel temporis diuturnitas, vel Pontificia authoritas multas obseruantias abrogasse videantur, à quibus etiam multi Religiosi probi nostri Ordinis se liberos merito existimant, vt à laneorum vsu, perpetuo piscium vel ciborum abstinentię esu, & similibus. Notandum autem est hic, quod si maior pars Collegij seu Monasterij veterem Regulam arctiorem & intermissam reuocare tentet, tenetur minor se se illi conformare. Ita Innocent. Hostien. & Abbas citati ab Azor. Id enim Monasterium eligere censetur, quod maioris partis suffragijs eligitur, & quando res aliquà Collegarum suffragijs decernitur, ad sententiam maioris partis debet minor accedere, vt dicitur Cap. 1. de his quæ fiunt à maiori parte Capituli.

*Rigor Regulæ est resumẽdus, quando maior pars in eum propendet.*
*li. 13. c. 11. q. 8*

Quartum est. Religiosum esse tam diu in statu damnationis, quam diu est in Monasterio difformato, & paratus non est honestam & rationabilem reformationem acceptare, sed potius legitimæ authoritati reformare volen-

*Religiosus est in statu dãnationis, si non est paratus ac*

ti refiſtere. Hoc dictum patet ex primo, vbi probatum eſt teneri ſub peccato mortali Religioſos ad honeſtam reformationem: ex eo enim quod aliquis eſt in peccato mortali, in ſtatu damnationis eſſe conuincitur. Proindeque recte à Caiet. B Thomę interprete clariſſimo negatur, iſtiuſmodi Cœnobitis pueros eſſe committendos, cum ait, *Vbi perſonæ ſunt deuiæ à Regularibus Institutis; magna dementia eſt dare illis pueros aut puellas nutriendas. Vnde ſane fieri deberet, vt nullus puer, nulla puella poſſet Religioni tradi, niſi vbi vere viuitur Regulariter. Sic enim aut extinguerentur irregulariter viuentes aut reformarentur, vexatione dante intellectum.* Atque id ſalutare eruditi & Religioſi Doctoris conſilium modernus Pontifex ſanctiſſ. D.D. Clemens octauus complexus eſt. Conſiderans enim ille miſerum ſtatum, in quo viuunt Religioſi obſtinati in collapſæ diſciplinæ deformitate, noluit omnino ab iſtiuſmodi Clauſtralibus Nouitios vllos recipi, ne qui recipitur corrumpatur, ac damnationis periculum, quod ab illorum Monaſteriorũ conſuetudine imminet, ſibi accerſat; noluit, inquã, & merito ſanè: Patris enim filiũ amantis eſt, volantem ſagittam à capite filij auertere. Itaq; Pontifex authoritate, qua ſumma in Eccleſia Dei fungitur, Monaſteria deformata, quotquot in Italia noſtro ſæculo depræhendi potuerunt, ſterilia reddidit, & in poſterum infœcunda fore decreuit.

*ceptare honeſtam & legitimam reformationem.*

*In art. 5. q. 189. 2. 2.*

*Pontifex modernus Clemẽs octauus defor mata Monaſteria reddidit ſterilia.*

Nauar. etiã idem ſibi certo perſuadens ait, eos in ſtatu damnationis & infernali eſſe, qui reformationem legitimam legitima authoritate faciendam recuſant. Imo vero ait cap. 12.

*Comment. 3. de Reg. n. 27.*

*Manu*

*Manual. nu.* 50. eum peccare mortaliter, qui huiusmodi Monasteria difformata ingreditur, & non obseruat illa Religionis præcepta, quæ sub reatu culpę mortalis obligat. Et ne aliquis excusationi locus relinquatur satisfacit obiectioni, quæ fieri poterat: *Neque excusabitur* (inquit) *eo quod intendat obligare se ad viuendũ arctius, quam in tali Monasterio viuitur, eadem ratione qua non excusatur à continētia obseruanda, qui sacros Ordines suscepit absque intentione obligandi se ad eam seruandam. Quocirca qui huiusmodi Religionem, vel Monasterium ingreditur, & profitetur, si tunc non omnia, quæ ibi sub reatu mortalis delicti obligant, præmeditatur, vel si ea præmeditatus, non intendit se ad illa obligare, tenetur huiusmodi intentionem mutare in illam qua intendat talia Religionis præcepta in posterum obseruare, vel eam noue profiteri, vt recte annotauit prædictus Maior. Quod quidem verum est quo ad essentialia vota, non autem quo ad alias accidentarias obseruationes, quæ sunt sublatæ, vel mitigatæ, &c.* Hęc Nauar. ex quibus colligitur eos in statu damnationis esse, qui in deformatis Monasterijs deformiter viuũt.

*Num. 51. Qui offerunt filios suos Monasteriis deformatis, peccāt mortaliter*

Hinc existit, quod eodem loco, Caietanũ, cuius sententiam paulò ante citaui, sequutus asserat eum peccare mortaliter, qui filios vel filias offert Monasteriis Religiosis, vbi nimia cum libertate & licentia viuitur, & promissa secundum Regulam & Religionem non seruātur. Quodquidem placitum, doctissimi illi viri nunquam disertè adeo assererent, nisi sibi certo persuaderent illos, qui offerũtur huius-


mod.

modi Monasterijs, vt fiant Religiosi, euidenti exponi periculo damnationis: quod vix fieri possit, vt ibidem professi habitent, nisi ceteros, qui in statu damnationis sunt, imitẽtur. Hinc est quod ipse Nauar. extra Monasterium, in quo professionem emiserat, habitare procurarit, ac toto pene vitæ suæ cursu habitarit, vt patet ex Comment. 3. *de Regularibus*. Formi dabat nimirum periculum, quod Religiosis irreligiosè viuentibus, & ijs qui eorum delectantur societate, imminet.

*Religiosi in Monasteriis difformatis habitantes in euidenti sunt periculo. Num. 28.*

## *SPECVLVM XIV.*

### In quo videtur, quæ sit legitima, honesta, & rationabilis reformatio.



Vandoquidem certum est Religiosos teneri ad legitimam, honestam, & rationabilem reformationem acceptandã, hic nobis explicandũ est, quæ sit talis reformatio, quod facile fiet.

Legitima enim, honesta, & rationabilis reformatio est illa, quę fit circa essentialia & substantialia, vel essentialibus necessario annexa, à Pręlato legitima authoritate prædito. Vt si Reuerendissimus D. Franciscus à Longoprato nostri Ordinis Generalis accedat ad aliquod Monasterium reformationis ergò, & ibidem, peractis peragendis, ordinationes edat de votis & substantialibus Ordinis nostri obseruandis: prout me aurito & oculato teste in Belgio, Germania, Bohemia, Austria & alijs multis Prouincijs & regnis non fine fructu & spiritali Ordinis progressu edidit; reformatio

*Legitima reformatio quæ.*

*Franciscus à Longoprato.*

illa legitima censebitur, quia legitima autho ritate fiet. Erit etiam honesta, quia solum ea continebit, quæ ad honestè in Religione viuendum requiruntur. Denique erit rationabilis, quia nihil rationabilius, quàm vota & ea quæ sunt substantialia Ordinis nostri obseruare. Legitima ergo reformatio censetur, quæ fit authoritate legitima. Vnde non teneretur Canonicus Præmonstratensis reformationem acceptare de manibus Episcopi sui: quia nimirum Episcopus in Monasteria exempta suæ Diœcesis non pollet reformandi authoritate, nisi forte ex Superiorum negligentia & defectu. Concil. Trident. *Sess.25.de Regular.cap.8.*

*Quæ sit Episcoporum potestas in exemptos.*

Honesta vero dicitur, quę ad honeste viuendum in Præmonstratensi Ordine necessaria est & sufficiens. Vnde Prę latus, etiamsi legitima authoritate pręditus, non potest cogere Canonicum Prę monstratensem, ad acceptandam reformationem, iuxta omnem Regulæ & Statutorum primæuum rigorem, quia sufficit ad honeste viuendum in Religione Prę monstratensi essentialia & substantialia Ordinis obseruare: nisi maior pars Monasterij consentiat ad pristinum rigorem suscipiendum, iuxta ea quæ supra explicata sunt præcedenti Speculo.

*Quæ sit honesta reformatio*

Tandem rationabilis iudicatur, quę essentialia & substantialia præcipit obseruari, vel quę apud probos Ordinis nostri Canonicos reperitur. Quę autem sint essẽtialia & substantialia Ordinis nostri, & quę sit illa reformatio, quę apud probos nostri Ordinis Canonicos reperitur, duo Specula sequẽtia mõstrabũt.

*Quæ sit rationabilis reformatio.*

*SPECV.*

## SPECVLVM XV.

### In quo essentialia, & substantialia Ordinis Præmonstratensis monstrantur.



ESSENTIALIA nostri Ordinis non minus quàm aliorum sunt tria vota, Paupertas, Castitas, & Obedientia. Substantialia verò Ordinis nostri sunt, ea quæ Ordini, professioni, & votis nostris sunt necessariò annexa: quia videlicet sine ijs Ordo noster permanere, talis professio cohærere, & vota obseruari non possunt.

*Substantialia definiuntur. Ordo sine substantialibus consistere nequit.*

Quod Ordo noster non possit permanere talis sine quibusdam substantialibus, patet ex eo quod Ordo noster est ab alijs distinctus specie, debet ergo habere quędam sibi substantialia, per quæ ab alijs distinguatur, & per quę permaneat talis, & non desinat in Ordinem alium, vel in non Ordinem, quod posterius accideret si nullum substantiale seruaretur. Quis enim Ordo Religiosus in Ecclesia Domini, solis professionis votis contentus reperiri potest? & non singulos magis proprijs quibusdam signis ac obseruantijs distingui seiungique necesse est?

Quòd vero professio nostra præter essentialia, quæ sunt vota, contineat etiam quædam alia, patet ex eo quod professionis nostræ formula, quæ habetur cap. 15. d. 1. Statuit. contineat alia pręter vota. Accedit quod professio nostra debeat etiã distingui ab alijs professionibus aliorum Ordinum; quod non

*Professio in ordine Præmonstratensi cõtinet quædã præter essentialia.*

 potest.

potest intelligi, nisi penes talem morum correctionem in Regula vel Statutis comprælhensam.

*Quædam ita esse annexa votis, vt vota sine ijs consistere nequeāt.*

Denique quòd quædam sint ita annexa votis, vt sine his cohærere, & obseruari nequeant, patet. Quis enim in eodem Religioso castitatem & otium quotidianum reperiat? *Hæc fuit iniquitas Sodomæ, abundantia panis & otium* &c.

*Ezech. 16.*

*Sicut enim aqua*, vt ait sanctus Laurentius Iustinianus lib. de perfectionis gradibus cap. 9. *quæ caret decursu, & iacet in foueis, putrescit ac humano vsui aliena efficitur, repleturque animalibus venenatis & noxijs: ita etiam corpus otij labe confectum concupiscentiarum carnalium parit infamiam.*

*Religiosus non potest esse castus cum mulieribus.*

Quis Religiosum castum, & cum mulieribus delicatulis delicatulè confabulantem, & in cellula, claustro, refectorio, & culina cum illis quotidie conuersantem appellet? *Vinum & mulieres apostatare faciunt sapientes.*

*Eccl. 9.*

D. Bern. super Cantic. *Cum muliere semper esse, & eam non cognoscere, maius est quam mortuum suscitare: & si quod minus est, non potest, quomodo quod maius est, credam?*

*Castitas & ebrietas non reperiuntur in eodē Religioso*

Quis Religiosum castitatis & ebrietatis cultorem credat? Gloriosus Hieron (comment. in epist. ad Titum.) *Venter plenus facile despumat in libidinē.* Climac. *Qui ventri deditus spiritum fornicationis superare conatur, similis est illi qui incendium parat olei affusione extinguere.* Quis obedientem asserat eum Religiosum, qui Superiori in ijs, quæ sunt Regulæ, vel ijs, circa quæ obedientia versari debet, obtemperare recuset? *Religiosorum prima consideratio esse debet*, inquit gloriosus Hierony. in Epistola ad Eustochium, *obedire maioribus, & quidquid dixerint facere.*

Quis

Quis pauperem Euangelicum reputet, qui communitatem victus & vestitus recusat, qui ad libitum rebus sibi concessis vti vult, qui pecunias sibi ad vestitum concessas compotationibus & comessationibus vel lusibus exponit? Actorum 2. pauperi Euangelico erant omnia communia. Denique quis eum esse Canonicum Præmonstratensem asserat, qui solis votis contentus, horis Canonicis instare temporibus constitutis nolit? & tamen Horas canere, neque est votis, neque Religioni Præmonstratēsi essentiale, sed substantiale tantum. Apparet ergo præter essentialia, quædam alia, quæ substantialia vocantur, ad constituendum Religiosum requiri, ac propterea, vt quis sit in statu tuto, non sufficere vt essentialia, id est, vota seruet, sed necessarium esse, vt substantialia, id est, ea sine quibus vota, professio, & Ordo cohærere nequeunt, obseruet.

*Qui recusat communitatē non potest tō esse voti paupertatis desertor.*

*Non sufficit Religioso reddere vota, vt sit in statu tuto.*

Ex quo sequitur, non satis esse Religioso reformationem circa essentialia acceptare, sed etiam requiri, vt circa substantialia reformari non recuset. Et hoc est, quod voluit Conc. Tridentin. Sess. 25. de Regularibus, quando præcipit, *vt omnes Regulares ad Regulæ quam professi sunt, præscriptum vitam instituant, ac si quæ sunt alia, præter tria vota, peculiaria præcepta ad eorum respectiue essentiam, nec non ad communem vitam, victum & vestimentum conseruanda pertinentia, fideliter obseruent*. Ex quibus verbis colligitur, quædam esse præcepta in Ordinibus, quæ ad vitæ Regularis conseruationem pertinent, & quorum reformationem non minus quam essentialium oportet acceptare. Illa autem præcepta dicuntur ab

*Cap. 1.*

eodem Concil. eodem cap. *ſubſtantialia*, ſiue *ad ſubſtantiam Regularis vitæ pertinentia.*

*Subſtantialia Odinis Præmonſtratenſis.*

Si autem quis deſideret, vt in particulari aſſignentur ſubſtantialia, attendat ad ea quæ dicturus ſum de Ordine noſtro Præmonſtratenſi.

*Communitas victus & veſtitus eſt de numero ſubſtantialium.*

Imprimis dico, communitatem victus & veſtitus eſſe de numero ſubſtantialium, idque ex Concil. Trid. Seſs. 25. de Regul. ca. 1.

*Pertinētia ad conſeruationē votorum & communitatis ſunt de numero ſubſtantialiū.*

Dico ſecundò ea etiā eſſe de numero ſubſtantialium, *quæ ad conſeruationem votorum, & communitatis victus veſtituſq; pertinere dignoſcuntur*. ſic Concil. Trid. loco citato, cuius hæc ſunt verba. *Præcepit hoc decreto Concilium, vt omnes Regulares, tam viri quam mulieres, ad Regulæ quam profeſſi ſunt, præſcriptum vitam inſtituant, & componant, atque imprimis quæ ad ſuæ Profeſſionis perfectionem, vt Obedientiæ, Paupertatis, & Caſtitatis, ac ſi quæ alia ſunt alicuius Regulæ, & Ordinis peculiaria vota, & præcepta, ad eorum reſpectiue eſſentiam, nec non ad communem vitam, victum & veſtitum conſeruanda pertinentia, fideliter obſeruent*. Ex quibus verbis colligitur mentem Concilij eſſe, non ſolum vota, & communitatem victus & veſtitus ad ſubſtantialia pertinere, ſed etiam reſpectiuè ea præcepta, quæ ad votorum, & communitatis conſeruationem faciunt. Huic Concilij decreto quadrat etiam Bulla Iulij 2. Statutis noſtris inſerta, vbi paulo ante finem, facit poteſtatē Capitulo generali diſpenſandi, & diſponēdi de omnibus Statutis, tribus ſubſtantialibus votis, & ad illorum obſeruantiam neceſſarijs (*quæ ſalua*, (inquit) *permaneant & obſeruentur*) duntaxat exceptis.

*Statuta ordin. Præmonſtratēſis indicant quædam eſſe neceſſaria ad obſeruationē votorum.*

Ex quibus etiam Bullæ verbis infertur, esse præter tria vota, etiam quædam substantialia præcepta, ad votorum obseruantiā necessaria.

Dico tertio, *Regulam D. Augustini, prout apud nos est compilata* esse etiā de genere substantialium, non quod velim dicere omnia Regulæ particularia Mandata, esse substantialia, sed quod tota Regula, ita sit de substantia Religionis, vt eam totaliter non obseruare sit Religionem destruere. Sufficit ergo, mea opinione, vt tota Regula de genere substantialium esse dicatur, vt præcipua Regulæ præcepta, *quæ bases sunt & fundamenta totius* ( vt loquitur Conc. Trid. eodem loco ) *Regularis disciplinæ*, sint substantialia. Probatur autem Regula esse quid substantiale Religioni, quia Conc. Trid. loco citato, cum de ijs, quæ ad substantiam Regularis (vt loquitur) vitæ pertinent, ageret, præcepit, *vt omnes Regulares, ad Regulæ, quam professi sunt, præscriptum vitam instituant, & componant*. Accedit quod ad obseruantiam votorum Regula sit necessaria, ergo cùm Bulla Statutis nostris inserta, ea insinuet esse substātialia, quæ ad votorum obseruantiam requiruntur, videtur bene colligi Regulam esse de genere substantialium: Denique ad hoc facit non parum, quod in professione voueamus Regulam obseruare, vel saltem secundum Regulam seruare obedientiam.

*Regula Diui Augustini est de numero substantialiū.*

Dico quarto, *Ea quæ in professione vouentur*, non solum de substantia Religionis, sed etiam de essentia esse. Si enim tria vota sunt de essentia, quidni etiam ea quæ cum illis tribus vouentur, vt morum correctio, quæ consistit in obseruatione vitæ Regularis.

*Quæ in professione vouentur sunt de genere essentialium.i*

*Obseruatio Aduētus, Septuagesimæ, dierum Mercurij & Veneris est de numero substantialium.*

Dico quintò, De genere substātialium esse, *Aduentus, Septuagesimæ, dierum Mercurij & Veneris obseruationem*, quod satis apertè indicat Bulla citata, nolens cum Religiosis nostri Ordinis hac in parte dispensari. Deinde illa obseruatio est loco abstinentiæ perpetuæ à carnibus, quæ quidem abstinentia perpetua seruabatur in primæuo Ordinis nostri rigore, vt colligitur ex eadem Bulla.

*Nomine Septuagesimæ cōprehenduntur Sexagesima & Quinquagesima.*

*Habitus est totaliter de numero substantialium.*

Dico sextò, De genere substantialium esse *habitum totaliter candidum, tam quoad tunicam, quam scapulare, caputium & cappam, cum ea forma quam habent.*

Dico septimo, Probabile mihi videri ex Capitulorum generalium, quæ id strictè præcipiunt serie, de eodem genere esse *horarum Canonicarum & Beatæ virginis, & maioris quotidianum officium.* Atque ea sunt quæ substantialia esse Ordini Præmonstratensi negari non possunt. Cætera autem quæ vel obseruata sunt aliàs, vel nunc etiam obseruantur ex Statutorum vi, vel traditionum dictamine, non ausim asserere esse, vel non esse substantialia: sed videtur ad Capitulum generale, quod ea de genere substantialium esse vel non esse decernat, vel ad Pontificiam declarationem, recurrendum.


*Breuis repetitio præcedentium.*

Interim quod certum mihi est, per quandam supradictorum repetitionem dicam. Videlicet Canonibus Regulares & alios quosuis Religiosos teneri legitimam, honestam, & rationabilem reformationem acceptare: legitimam autem, honestam, & rationabilem eam esse, quæ fit à Prælato legitima authoritatate prędito circa essentialia & substantialia Or-

dinis cuiusque: essentialia esse tria vota, Paupertatem, Castitatem, & Obedientiam. Substantialia vero in Ordine nostro Præmonstratensi ea esse, sine quibus vita Regularis consistere nequit. In quorum substantialium genere mihi certum est esse communitatem victus & vestitus: pertinentia siue necessaria ad conseruationem votorum, & communitatis victus & vestitus: Regulam D. Augustini: morum correctionem: Aduentus, Septuagesimæ, dierum Mercurij & Veneris obseruationem: habitum omni ex parte candidum, cum ea forma quæ nunc in Monasterijs eiusdem Ordinis videtur: horarum Canonicarum, & Beatæ Virginis in choro & Missarum Primæ, Beatæ Virginis, & maioris quotidianum officium. Per hæc autem substantialia simul sumpta Ordo noster Præmonstratensis à cœteris Ordinibus distinguitur. Porro vt videas praxim huius reformationis honestæ & rationabilis circa essentialia, & essentialibus necessariò annexa, quæ substantialia vocantur, sequens Speculum intuêre.

## *SPECVLVM XVI.*

In quo videre est praxim reformationis, quæ est apud probos Religiosos nostri Ordinis.


N nostro Ordine duo sunt genera Monasteriorum reformatorū. Prioris generis sunt ea in quibus tota Regula ad amussim seruatur, exce- *Monasteria reformata sunt in dupli ci genere.*

ptis ijs quę initio Regulæ de opere manuum à mane ad sextam, & à refectione ad horam lucernarij scribuntur. Tunc enim cum opus illud manuum locum habebat in Monasterijs, vix erant alij quam Fratres Laici siue Conuersi, qui suo labore Monasteria non parum auxerunt. In nostris vero quia omnes pene sunt Sacerdotes, aut in esse, aut in fieri, qui Choro addicti sunt, propterea vna tantum hora, nisi necessitas aliqua vrgeat, quotidie laboratur, tam ad corporis exercitium, quam ad paupertatis subsidium, & testimonium. Excepto igitur labore illo continuo, cui etiam nunc Fratres Laici incumbunt, tota Regula seruatur in Monasterijs prioris generis.

*Prima praxis reformationis.*

Quod vero attinet ad Statuta, in eisdem etiam seruantur exacte, exceptis ijs, quæ sunt contra ius nouum, & ijs quæ scribuntur cap. 9. d. 1. de lacticiniorum abstinentia, & 13. d. 2. de laneorum vsu, & cap. 16. eiusdem dist. de hospitalitate, qua parte hospitiũ pauperibus extrui decernit; quia vel in his dispensarunt Càpitula generalia, vel consuetudo rationabilis, vt quod attinet ad lacticinia & lanea; vel illorum Monasteriorum paupertas id non patitur, vt quod attinet ad hospitium pauperum.

*Vide S. Antoni. 3. p. tit. 20. cap. 6. §. 2.*


Illa autem quæ militant contra ius nouum, sunt hæc. Ingressus Monasteriorum concessus fundatricibus in Bulla initio Statutorum inserta, est contra Bullam Pij Quinti, quam habet Nauar. cap. 27. manu. num. 150. in 61. excommunicatione. Confessio Abbati facienda, quæ habetur cap. 4. Stat. d. 1. est contra decretum Clementis octaui de confessione Regularium, vbi prohibet ne vllus cogatur confiteri

*Asseruntur ea decreta Statutorum, quæ sunt contra ius nouum. Statuta in Ordine Præmonstratensi sunt con-*

Prælato,

Prælato, nisi ratione Casus reseruati. Reseruatio Casuum ad arbitrium Prelati, quæ habetur cap.4.d.1. Stat. est contra idem decretum Clementis octaui, vbi denegatur facultas Prælatis Regularibus reseruandi sibi alios Casus à sequentibus. Referam verba Decreti, seu Bullæ Pontificiæ. stitutiones Ordinis ipsius.

# DECRETVM SANCTISSIMI D.N. CLEMENTIS PAPAE VIII SVPER CASVVM RESERUATIONE AB OMNIBUS REGULARIUM SUPERIORIBUS OBSERUANDUM.



1.§. *Anct ßimus D. N. qui iam pridem accurrate perpendit & reipsa comperit, quod reseruatio facultatis absoluendi Religiosos pœnitentes à peccatis quibusdam grauioribus, nisi Superiores admodum prudenter ac moderate illa vtantur, nonnullos infirmiores, qui interdum Superiori suo Conscientiæ maculas detegere formidant, adducere possunt in æternæ damnationis periculum, & spiritualis remedij desperationem: Ideo vt huic malo Sanctitas sua prospiceret, decreuit, vt nemo ex Regularium Superioribus peccatorum absolutionem sibi reseruet, exceptis ijs, quæ sequuntur; aut omnibus, aut eorum aliquot, prout Subditorum vtilitati expedire in Domino iudicauerint 1. Veneficia, incantationes, sortilegia 2. Apostasia à Religione, siue habitu dimisso siue retēto; quando*

*eo peruenerit, vt extra septa Monasterij, siue Conuentus fiat. 3 Nocturna, ac furtiua è Monasterio, seu Conuentu egressio, etiam non animo apostatandi facta. 4. Proprietas, contra votum Paupertatis, quæ sit peccatum mortale. 5. Iuramentum falsum in iudicio Regulari, seu legitimo. 6. Procuratio, auxilium, seu consilium ad abortum faciendum post animatum fœtum, etiam effectu non sequuto. 7. Falsificatio manus, aut sigilli Officialium Monasterij, aut Conuentus. 8. Furtum de rebus Monasterij, aut Conuentus in ea quantitate, quæ sit peccatum mortale. 9. Lapsus carnis voluntarius opere consummatus. 10. Occisio, aut vulneratio, seu grauis percussio cuiuscumque personæ. 11. Maltiosum impedimentum, aut retardatio, aut apertio literarum à Superioribus ad Inferiores, & ab inferioribus ad Superiores. Si quod aliud preterea peccatum graue pro Religionis conseruatione, aut pro Conscientiæ puritate reseruandum videbitur, id non aliter fiat, quam Generalis Capituli in toto Ordine, aut Prouincialis in Prouincia, matura discussione, & consensu.*

*2. Non liceat Superioribus Regularium Confessiones Subditorum audire, nisi quando peccatum aliquod reseruatum admiserint, aut ipsimet Subditi sponte, ac proprio motu id ab ipsis petierint.*

*3. Superiores in singulis domibus deputent duos, tres, aut plures Confessarios, pro Subditorum numero maiori, vel minori, ijque sint docti, prudentes, & charitate præditi, qu à non reseruatis*

*eos absoluant: Et quibus reseruatorum etiam absolutio committatur; quando Casus occurrerit, in quo eam debere committi ipse imprimis Confessarius iudicauerit.*

*4. Tam Superiores pro tempore existentes, quam Confessarij, qui postea ad Superioritatis gradum fuerint promoti, caueant diligentissime, ne ea notitia, quam de aliorum peccatis in Confessione habuerunt, ad exteriorem gubernationem abutantur.*

*5. Licebit tamen Superioribus determinare pœnitentias graues quibusdam peccatis etiam non reseruatis, à Confessarijs imponendas, quæ Subditos ab huiusmodi perpetrandis cohibere possint.*

*6. Atque ita per quoscumque Regularium Superiores, quicumque illi sint. obseruari mandauit. Non obstantibus Cõstitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac cuiuscumque Concilij etiam Generalis Decretis, nec non Consuetudinibus etiam ab immemorabili tempore obseruatis: aut Regulis in Generalibus, aut Prouincialibus Capitulis editis, Statutis, & Constitutionibus etiam authoritate Apostolica confirmatis, priuilegijs, indultis, & concessionibus quibuscumque; quorum tenores hic pro expressis haberi voluit, ceterisque contrarium facientibus quibuscumque, &c. Datum Romæ apud S. Petrum, 26. mensis Maij, 1593. Andr. Sarbolongus Secretar. Visitation*

Forma Absolutionis, quæ habetur cap. 4. dist. 1. Stat. est nimis seuera, quia nonnullæ sunt excommunicationes maiores, à quibus potest simplex Sacerdos absoluere.

Huius


Huius loco vtendum erit vsitata illa Absolutionis forma, quam habet P. Ioan. Polancus *Ca. 4. Directorij Confessariorū*. Ita quidem vt (sicut idem admonet) in reconciliationibus breuibus satis sit dicere: *Dominus noster Iesus Christus, qui est Summus Pontifex te absoluat: & ego authoritate ipsius mihi licet indignissimo concessa, absoluo te imprimus à vinculo Excommunicationis, inquantum possum & indiges: Deinde ego te absoluo ab omnibus peccatis tuis: in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.* In Confessionibus plenioribus; postquam dixerit Poenitens: *Ideo precor Beatissimam Virginem Mariam, &c. & te Patrem orare pro me, & peto absolutionem, & pœnitentiam*: Dictis, quæ dicenda iudicauerit iniuncta pœnitentia, Sacerdos dicet, *Misereatur tui Omnipotens Deus, & dimissis omnibus peccatis tuis perducat te ad vitam æternam.* Deinde manum super caput Pœnitentis eleuans, dicit: *Dominus noster, &c.* vsque eò, *Te absoluo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen*. Tunc ipsum signans. Deinde manum remouens subdit: *Passio Domini nostri Iesu Christi, & merita Beatæ Mariæ semper Virginis, & omnium Sanctorum quicquid boni feceris, & mali sustinueris, sint tibi in remissionem peccatorum in augmentum gratiæ, & præmium vitæ æternæ. Amen*. Et quamuis non constet, quod incurrerit, debet ad cautelam præmitti absolutio Excommunicationis, &c. absolutioni peccatorum. Quod si etiam in Irregularitatem quis incidit, aut incidisse dubitabitur (super qua Confessarius habet authoritatem dispensandi) sic dicere potest; *Absoluo te imprimis à vinculo Excommunicationis, Suspensionis &*

*nis, & Interdicti, inquantum possum & indiges: & dispenso tecum super irregularitate, si quam incurristi. vel quam incurristi propter hoc vel illud, & habilito te ad actus legitimos. Deinde te absoluo ab omnibus peccatis tuis, in nomine Patris, & Filij & Spiritus sancti. Amen.* Lege Toletum Cardinal. Cap. 12. lib. 3. Instruct. Sacer

Permissio præueniendi diem ipsum professionis, quæ habetur cap. 15. Distin 1. Statut. est contra Concil. Trident. *Sess. 25. cap. 15.* Promotio ad Diaconatum anno 20. quæ habetur cap. 16. d 1. Stat. est contra Concil. Trid. *Sess 23. c. 12. de Reformat.* Egressus Monialium, qui habetur ca. 13. d. 4. Stat. est contra Bullas Pij V. & Gregorij XIII. quæ reperiuntur apud Nauar. *c. 27. Manual. nu. 150 in 65 excommunicatione*, & contra Concil. Trident. *Sess 25. de Regul. c. 5.* Comestio cum mulieribus intra septa Monasterij, quæ permittitur ca. 16. d. 4. Stat. est contra Bullam Pij V. quã habet Nauar. *cap. 27. Manualis, nu. 150. in 61. excommunicatione.*

## *SPECVLVM XVII.*

### In quo apparent media, quibus iuuantur Religiosi ad seruandam priorem reformationis praxim.



AD supradictam reformationem obseruandam iuuamur mediis sequẽtibus. *Primo*, Frequenti & seria vocationis Religiosæ consideratione, qua quisque sibi obligationem, quam habet ad vota, Regulas, & Statuta repræsentat, & attendit sibi certum damnationis

pericu

periculum imminere, si *primam fidem irritam* faciat. *Secundo*, Oratione mentali siue meditatione. Instituuntur enim quotidie præfixo tempore meditationes spatio saltem mediæ horæ, in quibus vnusquisque se ad diem cum Dei honore transigendum præparat. *Tertio*, Frequenti Sacramentorum Pœnitentiæ & Eucharistiæ susceptione, ac deuota & distincta in Choro horarum Canonicarum & Beatæ Virginis recitatione. Tria quippe sunt (vt testantur fores Refectorij Sanctæ Mariæ in nemore) cum quibus Religiosus non potest perire, videlicet,

*Ex initio capit. 2. d. 1. St. patet meditationes semper fuisse in vsu in Ordine nostro.*

*Tria notatu dignissima.*

*Deuota Horarum recitatio,*
*Frequens peccatorum confessio,*
*Et quotidiana Missa celebratio.*

*Quarto*, Examine conscientiæ. Præter examen enim particulare certi alicuius vitij (quod est verum malas inclinationes extirpandi medium) serotino tempore antequam petatur lectus, instituitur examen Conscientiæ, vnius quadrantis horæ spatio, iuxta doctrinam D. Chrysost. *Homil. 22. ad Populum*, vbi super illa Psalmistæ verba, *In cubilibus vestris compungimini*, ait, *In nocte meditati gemamus*, Et iuxta doctrinam Costeri *c. 23. Institut. lib. 1.* quinque peraguntur: Imprimis, Aguntur Deo gratiæ pro omnibus beneficijs, potissimum vero eodem illo die acceptis. *Secundo*, Petitur à Deo gratia, pro vera cognitione & detestatione peccatorum, transacto iam die commissorum. *Tertio*, Exigitur à Conscientia ratio de admissis præsenti die peccatis, totius diei horas singulas, à mane in vesperam percurrendo. *Quarto*. Humiliter petitur à

*Psalm. 4.*

*Quomodo debeat fieri sero examen Conscientiæ.*

Deo veniam admissorum peccatorum. *Quinto.* Serio proponitur in posterum cũ Dei auxilio vitæ emendatio, & maximè in illis peccatis, in quæ sepius aut grauius eo die lapsus fuerit. In fine additur, Pater noster. Aue Maria. Confiteor Deo. Salue Regina. & Oratió Dominica ad Angelum custodem, aliæque preces, pro cuiusque deuotione. Quod autem attinet ad examen certi alicuius vitij extirpandi causa, suscipitur quotidie quinquies, videlicet in stationibus ante Capitulum, prandium, Vesperas, cœnam & Completorium. Etsi enim in stationibus illis proposita sint puncta ad meditandum de opere ad quod pulsatur, tamen quod post meditationes illas breues superest temporis, illi examini particulari conceditur.

*Quinto*, Lectione piorum librorum. Mediæ enim saltem horæ spatio quotidie libri alicuius pij & affectus pleni lectioni vacatur. *Quintum.*

*Sexto*, Frequenti exhortatione. Nam habentur exhortationes frequentes à Prælatis de vitæ Regularis conseruatione, & de obligatione ad vota & Regulam D. Augustini. De peccatorum fuga & virtutis amore. De magna corona proborum Religiosorum: & pœna malorum. Habentur etiam à Religiosis bis in Hebdomada per vices de similibus rebus cum ad exercitium, tum ad cæterorum stimulum. *Sextum.*

*Septimo*, Annua recollectione. Assignantur enim semel in anno aliquot dies cuilibet Religioso, quorum spatio reflectitur in seipsum, & sic quodammodo renouatur ad Dei obsequium, suique ipsius maiorem contemptum, idque iuxta doctrinam D. Bernardi in libro *Septimum.*

Cap. 5.

Meditationum. *Integritatis tuæ* (inquit) *curiosus explorator, vitam tuam in quotidiana discussione examina. Attende diligenter quantum proficias, vel quantum deficias: qualis sis in moribus, & qualis in affectibus: quã similis sis* Deo, *vel quã dissimilis: quam prope, vel quam longe, non locorum interuallis, sed morum affectibus. Stude cognoscere te, quia multo melior & laudabilior es si te cognoscis, quam si te neglecto cognosceres cursum syderum, vires herbarum, complexiones hominum, naturas animalium, & haberes omnium cœlestium & terrestrium scientiam. Redde ergo te tibi, & si non semper vel sæpe, saltem interdum. Rege tuos affectus, dirige actus, corrige gressus. In te nihil remaneat indisciplinatum: pone omnes trasgressiones tuas ante oculos tuos. Statue te ante te tanquam ante alium, & sic temetipsum plange. Plora iniquitates & peccata, quibus Deum offendisti: indica ei miserias tuas; ostende illi malitiam aduersariorum tuorum.*

*Octauò*, Scholæ frequentatione. Fit enim lectio quotidiana, vel à Prælato, vel ab aliquo viro docto de ijs, quæ pertinent ad Statum Religiosum.

*Nonò*, Temporis, quo nihil carius, recta distributione. Tempus enim sic distribuitur Religiosis, vt otio vacare nequeant, & studijs orationibusque satisfiat. Quomodo autem distribuatur tempus, aliàs docebimus.

*Decimò*, Prælatorum exemplo. Prælati enim optimam partem eligunt nec agunt Procuratores, sed Abbates, quorũ est temporalia spiritualibus postponere.

*Vndecimò*, Tentationum suarum manifestatione. Aperiunt enim Prælatis suis tentatio-

nes

nes, vt eorum consilio eas suffocare, & paruulos suos ad petram allidere queant. Idque iuxta documentum foribus Refectorij sanctæ Mariæ in nemore affixũ, sub hac verborũ serie.

## TRIA SVNT, QVAE RELIgioso ad spiritualem progressum maximè prosunt.

*Tria ad Statũ Religiosum maxime proficua.*

1. *OMnia ex Obedientia præstare: sic enim singulis momentis Obedientiæ votum actualiter Deo redditur.*
2. *Omnia ad Dei gloriam actualiter complere. Quod vt facilius fiat, optimum est, in omnibus operibus nostris præsentiam Dei (qui nobiscum operatur) aduertere.*
3. *Omnia carnis blandimenta, mundi lenocinia, & Dæmonum artificia, quæ menti occurrunt spirituali Patri manifestare.*

*Duodecimò.* Canonum & sanctionum Pontificiarum obseruatione. Pro ingressu enim Religionis nihil recipitur, nec conuiuia in receptionibus, professionibus & primitijs Religiosorum admittuntur, etiamsi à Parentibus offerantur: sed portio ordinaria à Prælato nonnihil augetur.

*Decimotertiò.* Culparum quotidianarũ, quæ scandalum vel infamiã non generant, in quotidiano Capitulo declaratione, & veniæ ac pœnitentiæ postulatione. Idque iuxta tenorem Distinctionis tertiæ Statutorũ nostrorum.


Atque illa sunt, quibus Religiosi in quibusdam, licet paucis, Monasteriis reformatis nostri Ordinis ad votorũ, Regularũ & Statu-

torum obſeruationem iuuantur: quæ ſi omnes eiuſdem Ordinis profeſſores amplecterentur, tuta ſe proculdubio ſtatione locarent. Sed ſi videntur quædam nimis aſpera, ſaltem eorum veſtigijs inſiſtatur, qui in poſterioris generis Monaſterijs tuta etiam conſcientia habitare videntur.

## SPECVLVM XVIII.

### In quo poſterior, & benignior reformationis praxis conſpicitur.

*Alter Monaſteriorum reformandorum modus.*



N illis poſterioris generis Monaſterijs, etſi tota Regula, & Statuta integra non ſeruentur, ſaltem præcipua Regulæ, & Statutorum Decreta non violantur, ſed communitas victus & veſtitus ſeruatur. Officium Diuinum decenter ac deuote celebratur, & tempus ſingulis diſtribuitur. Lector Religioſus, vel Secularis doctus & probus habetur. Confeſſarius in Caſibus Conſcientiæ verſatus, & vitæ Regularis cupidus inſtituitur. Confeſſiones omnium Sacerdotum ſemel, vt minimum, in hebdomada, Iuniorum vero ſingulis ſaltem menſibus excipiuntur. Sacrum Miſſæ officium à ſingulis Sacerdotibus aliquoties in hebdomada offertur, Ieiunia Regularia & abſtinentiæ Regulares obſeruantur. Silentium in Templo, Clauſtro, Dormitorio, & Refectorio inuiolabiliter tenetur. In menſa fit Lectio continua. Ad menſam Conuentualium raro aliquis admittitur. Hoſpites extra Conuentum tractantur, præ-


ſentibus

ſentibus ijs quorum cauſa venerunt. Nullus patet mulieribus ad Religioſorum ambitum aditus. Literæ non accipiuntur nec mittuntur ſine Superioris conſenſu. Literæ à Religioſis ſcriptæ communi ſigillo, in quo eſt impreſſa imago D. Norberti, muniuntur. Infirmorum diligens cura habetur. Habitus honeſtus, non ſuperfluus geſtatur. Correctiones Regulares ſuum habent locum, non iuxta omnem Statutorum rigorem, ſed iuxta Superioris arbitriū, qui rigorem illum, quando opus eſt, temperat. Nulla munera accipiuntur ſine Superioris licentia: & accepta, ſi ita videtur Abbati, Communitati traduntur ad vſum eius, qui primus indigebit. Nullus ſine comite ad negocia Monaſterij, vel ad Parentes mittitur. Officia iuxta Religioſorum numerum diſtribuuntur. Prælato tanquam Patri obeditur. Prælatus inutilia conuiuia non parat, nec ſic ſe temporalibus immiſcet, vt Priori totam ſpiritualem curam committat; ſed conuerſans cum Fratribus, quantum negotia patiuntur, eos verbo & exemplo paſcit. Prælatus habet Prouiſorem, qui ſingulis neceſſaria prouidet. Nouitij diligenter, anno probationis durante, probantur, & eis vitæ Regularis obligatio declaratur. Regula ac Statuta perleguntur. Viſitationes fiunt frequentes per Religioſorum cubicula, ac officinas. Prælati præcipienda diſcrete præcipiunt, & Subditi fideliter obediunt. Non luditur niſi recreationis cauſa, & ſeorſim à Secularium conſortio & aſpectu, idque certis & ſtatutis à Superiore horis, & ludis honeſtis. Ad conuiuia receptionis, Profeſſionis, & Primitiarum Parentes ne-

que directe neque indirecte coguntur. Nullus de ciborum reliquijs aliquid secum defert, sed colliguntur & traduntur Cellario, Religiosi qui deputantur officijs, nullum stipendium accipiunt. Ad nundinas, dedicationes, festa, nuptias & publica cõuiuia nullus ire permittitur. Commessationes vel compotationes extra horam refectionis nullæ fiunt.

## SPECVLVM XIX

In quo duplicis reformationis allatæ authores repræsentantur.



EGimus de duplici reformationis Monasteriorum nostri Ordinis praxi, quæ reperitur; tam in Lotharingia, quam Flandria, Brabantia, Hannonia, Arthesia, Bohemia, Morauia, Silesia, Franconia, Bauaria, Sueuia, & in quibusdam alijs Germaniæ Prouincijs. Quam praxim ego ipse anno 1661. cursum visitationis cum Reuerendissimo Generali nostro agens, vidi, laudaui, & idem Reuerendissimus Ordinationibus ea de re factis, me collaborante, approbauit. Superest ad maiorem dictorum fidem, praxis illius duplicis authores nominare.

*Franciscus à Longo-Prato.*

Prioris praxis in quodam Lotharingiæ Monasterio vigentis author, cooperante gratia Dei, extitit F. ac D. Daniel Piccart, qui pro omnibus suis animam die 20 Maij anni 1600. posuit in Monasterio sanctæ Mariæ in

*Daniel Piccart in Lotharingia.*

nemore

nemore, Ordinis Præmonstratensis, Dioecesis Tullensis. Cuius Epitaphium hic adijcere non visum est inutile.

*Patri suo Abbati Danieli Piccart, collapsæ in hoc Monasterio disciplinæ restauratori, vitæ Norbertinæ etiam cum propriæ dispendio, renouatori, Proprietatis, quæ irrepserat, exterminatori, post incredibiles toto quinquennij tempore, quo præfuit, labores pro salute ouium die. 20. Maij 1600 vita functo. F. Seruatius Coadiutor & successor posuit*

*Seruatius de Lairuelz.*

Posterioris autem authores in Flandria, & cæteris Belgij Prouincijs fuere Abbates eiusdē Prouinciæ in Capitulo Prouinciali Parcensi, prope Louanium anno 1572. celebrato, cui præsidebat

F. ac Dominus Gulielmus Abbas Floreffien.

Et cui intererant & subscripserunt.

F. ac D. Gulielmus Abbas sancti Michaelis Antuerpiensis.

F. ac D. Robertus Abbas sancti Nicolai Furnensis.

F. ac D. Carolus Abbas Parcensis.

F ac D. Gerardus Abbas Grimbergensis.

F. ac D. AEgidius Abbas Auerbodiensis.

F. ac D. Ioannes ab homine Abbas Insularis.

F. ac D. Theodoricus Spirinc Abbas Bernēsis.

F. ac D. Ioannes Lucius Abbas bonæ Spei.

F. ac D. Antonius Abbas Viconiensis.

F. ac D. Oliuerius Abbas de Castello.

F. ac D. Liuinus Abbas Trunchiniensis.

F. ac D. AEgidius Abbas Heylessimensis.

F. ac D. Arnoldus Abbas Iettensis.

F. ac D. Michael Abbas Niuinensis.

Nec solùm illi reformationi Monasteriorū suorum laudabiliter incubuerunt, sed etiam absentes visis Capituli nominati actibus, ac ordinationibus, quibus fideliter obtemperarunt. Vrgente nihilominus postea Reuerendissimo Vercellensi Episcopo Legato Apostolico, qui missis suis ante aliquot annos ad D. Abbatem Floreffiensem literis, hoc negotium maximè promouit: cui tandem negotio extremam manum apposuit Reuerendissimus Ordinis nostri Generalis anno 1601. Belgium, me comite, visitationis ergò peragrans.

*Ioannes Abbas Vspergensis in Sueuia.*

Eiusdem praxis posterioris author in tota Sueuia extitit F. ac D. Ioannes Monasterij Vspergensis pijssimus Abbas, Reuerendissimi Generalis in illa Prouincia Vicarius. Hoc autē opus laudabile ac difficile aggressus est sub authoritate Ordinis, ac Reuerendissimi Episcopi Constantiensis Legati à Latere; quod opus Reuerendissimus Generalis anno 1601. me præsente confirmauit ac perfecit.

*Duo Voglij in Bauaria.*

Eiusdem praxis author in tota Bauaria eodem anno Reuerendissimus Generalis, me cooperante, extitit; præterquam in duobus Monasterijs, in quibus ipsi D. Abbates Fratres germani opus hoc aggressi fuerant, quorum alter est Abbas Osterhouiensis, multis à me nominibus colendus; alter vero Abbas VVinbergensis Andreas Voglius, miro Religionis Monasticæ zelo feruidus, quorum labori suam, me etiam laborante, Reuerendissimus Generalis coniunxit industriam.

*Ioannes Lohelius in Bohemia.*

Eiusdem praxis author in Austria, Bohemia, Silesia & Morauia extitit F. ac D. Ioannes Lohelius Abbas montis Syon Pragæ, ac supradi-

ſtarum Prouinciarum Vicarius. Cuius induſtriam in reſtituendis ſuo nitori Monaſterijs, laborem in conſeruandis eorundem priuilegijs, operam in extruendis Monaſterij ſui pene ſolo æquati ædificijs, ac pietatem in miſerijs mortalium ſubleuandis, ego ipſe expertus, & multis ab eo beneficijs, duorum menſium ſpacio, quo in eius Monaſterio febri peſſima laboraui cumulatus, tacere non poſſum. Porrò eius in reformãdis Monaſterijs ingenium laudauit plurimum & approbauit Reuerendiſſimus anno 1601.

Eiuſdem praxis author in Franconia D. Ioannis Herberichius ſuperioris Cellæ Dei Abbas benemeritus extitit, cuius conatus anno 1601. non parum, me teſte, Reuerendiſſimus Generalis promouit.

*Ioannes Herberichius in Franconia.*

Eiuſdem praxis amator extitit F. ac D. Matthæus Bonnerbe Cœnobij Saliuenallis in Lotharingia Venerabilis Abbas, qui me licet indigno cooperatore accerſito, Monaſticam diſciplinam in præfato ſuo Cœnobio non ſine Cleri, populique vicini admiratione & laude anno ab Incarnatione Domini 1603. reſtituit. Vſusque eſt ac vtitur in huius reformationis conſeruatione, opera vnius è noſtris, quem ex Monaſterio noſtro Mariano aſſumptum ſuis Priorem præfecit.

Eiuſdem praxis in eadem Prouincia profeſſores viſuntur in Monaſterio Rengiſuallis ſub fœlici regimine F. D. Stephani Aubry eiuſdem Monaſterij Abbatis circumſpecti. Quo in opere Reuerendiſſimus Generalis me collaborante vſus eſt diligentia ac zelo F. Chriſtophori AEgidij conſobrini mei chariſſimi, quem ex Mo

nasterio sancti Pauli Virdunensis assumptum ibidem Priorem stabiliuit.

Eiusdem praxis in eadem Lotharingiæ Prouincia cupidus fuit F. ac D. Firminus la Trompette, qui à multis annorũ decursibus exulantem è Monasterio Stagnensi, cui præest, Regulam Augustinianã, implorato infirmitatis meę auxilio fœliciter anno 1602. reuocauit. Qua in reformatione conseruanda vtitur opera alterius cuiuspiam Fratris è nostris, quem è Mariano Monasterio nostro assumpsit suis in Priorem.

Eiusdem praxis iugum se subituros promisere in manibus Reuerendissimi Generalis reliquĩ Circariæ Lotharingicæ Reuerendi Abbates. In cuius promissionis ac desiderij praxis huius fidem, ex vnoquoque Monasterio vnum ad me direxerũt, quẽ & reformationis negotium, & æternę damnationis periculum, cui se obijciunt Religiosi difformati, apprehendere docerem. Qua in re non segnem nauaui operam, singulorum Regulæ D. Augustini Mandatorum pondus ac obligationem aperiens: Adeo vt nihil iam aliud illi Reuerendi Abbates prę stolentur, quam vilem & abiectam præsentiam meam, quam opitulante Deo hac imminente hyeme pro officij mei ratione exhibebo.

Quod verò attinet ad ea Monasteria nostri Ordinis, quæ in Hispania extant in magno numero, certus sum eos reformationi ante aliquot annos seriam locasse operam, eosque oleum & operam non perdidisse; sed qualis sit eius reformationis praxis, ignoro; nisi quod multa Statutis nostris addiderint, quantum colligere potui ex libro Cõstitutionũ, quẽ mihi

Romæ anno 1600. videndum obtulit eorumdem Monasteriorum Procurator in Romana curia constitutus.

Quidquid ea de re sit, habes hic Lector Religiose, praxim duplicem reformationis in ordine nostro institutæ, quarum vnam acceptare tibi necesse est. Cum enim ea Monasteria nostri Ordinis, quæ reformationi sese ex Capitulorum generalium Decretis ( quæ nihil nisi reformationem loquuntur) subiecerunt, in multò maiori sint numero, quàm ea quæ adhuc obstinata perdurant; si vera est Decret. sententia *Cap. 1. de his quæ fiunt à maiori parte Capituli*, videlicet quòd minor pars ad maiorem debet accedere, dubium nemini esse potest, quin obstinata reformatæ debeat sese reformare.

*Vna ex reformationibus oblatis est acceptanda.*

Nec est quod consuetudinem aliter præscripsisse quis vociferetur. Et si enim consuetudinem nos à peccato hactenus excusasse concederem, tamen eam præscripsisse mihi persuadere non possum; cum certum sit Capitula generalia, quæ non rarò in Ordine instituuntur, & Visitationes, quę frequentes fiunt, illam vitæ Regularis obseruandę consuetudinem veluti corruptelam damnauisse. Imò verò Visitationum Relicta quandoque solent conclusionis loco, ad Regularum, Statutorumque obseruationem in virtute salutaris Obediẽtiæ obligare; & Capitulum generale celebratum anno 1547. pręside D. Iudoco Coquerel absolutè communitatem victus & vestitus contemnentes damnat. Et ne quis Capitulum hoc nunquam promulgatum fuisse clamitet, consulat Relictum eiusdem. Iudoci Coquerel Sacræ

*Consuetudo in Ordine Præmonstratensi nõ potest præscribere cõtra reformationem.*

Theolo-

*Capituli Generalis & Iudoci Coquerel Ordinatio contra peculium.*

Theologiæ professoris eximij, sancti Iusti Bellouacensis Diœcesis Abbatis, & totius Ordinis nostri (sede Præmonstratensi in Cardinalium manibus existente) Vicarij, editum in Monasterio Bassifontis. Ille enim tollere volens consuetudinem illam distribuendi aliquã pecuniæ summam quotannis pro vestiario, hunc Articulum in præfato Bassifontis Monasterio condidit, quo illud esse contra Capitulũ generale anno 1549. celebratum testatur his verbis. *Capituli generalis decisione prohibemus communitatis Præposito, ne vllam pecuniæ quotam seorsum Fratribus distribuere audeat. sed vt vita seruetur Apostolica, vnicuique distribuat, sicut cuique opus fuerit.*

*Proclamatio eiusdem Ordinationis.*

*In Ordine Præmonstratensi Prouincia vocari solet Circaria.*

Proclamata etiam fuit ab eodem Vicario, eiusdem Capituli Generalis Ordinatio in tota Lotharingiæ Circaria anno 1549. vt manifestũ est ex prædicti Vicarij Relicto, quod ipsemet in Monasterio nostro sanctæ Mariæ in nemore eodem anno edidit, & ad reliqua Circariæ Lotharingiæ Monasteria deferri curauit. In cuius Relicti articulo octauo hæc habentur. *Sub pœna proprietaria, quæ excommunicationem semper habet annexam, Præposito communitatis ab Abbate instituto Capitulum generale prohibet, ne refectionis aut vestiarij caussa vllam pecuniæ quotam seorsim Fratribus distribuere audeat vel præsumat, sed vt vita seruetur Apostolica, vnicuique distribuat, sicut cuique opus fuerit. Nec proderit excusatio illi, qui sub futuræ necessitatis colore pecuniam reseruare sibi licere putat: nam*

*Act. 5.*

*Ananiæ & Sapphiræ factum in Actibus Apostolorum sub simili prætextu ad beati Petri vocem, spiritu sancto hoc reuelante, subitanea morte*

condemna

*condemnatum est. Ex hoc sub pœna prædicta cuilibet administrationem temporalem de iure non habenti, emere, vendere, alienare, permutare, negotiari, dare mutuo, vel accipere, similesque actus exercere sicut prohibetur, ita & reprobatur. Dicit enim beatus Augustinus in Regula: Qui rem quamcumque acceperit, & celauerit, furti iudicio condemnetur.* *Cap. 8.*

Hinc ergo videre est consuetudinem illam non præscripsisse. Sed quomodo huiusmodi consuetudo præscriberet, cum non sit consuetudo, sed morum corruptela à probis quibusque nominetur? Eam sic nuncupat Modernus Pontifex, respondens dubitationibus sibi factis, circa relaxationem vitæ Regularis alicuius Monasterij Virdunensis, in literis anno Domini 1601. ad Illustrissimũ & Reuerendissimum Episcopum Virdunensem, Erricum à Lotharingia scriptis. Eam etiam sic appellat Reuerendissimus Episcopus Vercellensis, nuncius Apostolicus cum potestate Legati à Latere, dum Abbatibus Belgicis nostri Ordinis iniungit suorum Monasteriorum reformationem anno 1586. vt clarum est ex literis ad D. Ioannem Lucium Abbatem Bonæ Spei in Hannonia, virum literis, rerum gerendarum experientia ac pietate insignem, missis, quæ in Musæolo nostro reseruantur. Iuuerit forte eum loquentem audire.

*Consuetudo Monasteriorũ difformatorũ non est aliud quam corruptela.*

*Clemēs VIII.*

# EPISTOLA REVERENDISSIMI EPISCOPI Vercellensis nuntij Apostolici ad Reuerendum D. Abbatem Bonæ Spei, Vicarium Flandriæ.



*EVERENDE D. in Christo Pater & amice plurimum in Domino dilecte. Ex ijs Monasterijs, quæ non adeo multa per occupationes nostras, aduersamque valetudinem in hisce Arthesiæ, Hannoniæque Prouincijs visitare potuimus, facilè didicimus in hæc duo vbique fere grauiter delinqui quæ quidem à Monastica disciplina maximè sint aliena, videlicet proprietatis vitium, & mulierum consuetudinem: quorum alterum expresso Paupertatis voto, alterum grauissimæ Summi Pontificis Constitutioni ita aduersatur, vt sine apertissima animarum iactura Deique offensa tolerari dissimularive minimè possint. Ideo tanto malo atque Ecclesiæ incommodo pro nostri muneris ratione prouidere cupientes; quemadmodum alijs omnis Ordinis Monasterijs iam prospeximus, vel prospicere non intermittimus, ita discretioni tuæ (qui Reuerendissimi in Christo Patris Præmonstratensis Ordinis Generalis vices agis in Flandria, quemque & pietate & doctrina & rerum vsu præstare nouimus) his nostris committimus atque mandamus in virtute sanctæ*

*Obedientia, vt in tuo primum bonæ Spei Monasterio; deinde in alijs omnibus tuæ curæ ac visitationi commissis, omnem & quamcumque Religiosorum quorumuis proprietatem quamprimum tollas aboleasque: non obstante quauis contraria & immemorabili consuetudine, quam sanè potius depravatam morum corruptelam appelles licet: neque solum pecunias vllas vel minutas etiam vestiarij, vini aliarumque necessitatum nomine, sed nec etiam vlla bona tam mobilia quam immobilia, veluti hortorum, seu pomariorum prouentus, pitantias aut census, qui à Consanguineis persoluantur, aliosue redditus, lucra, stipendia laborumve ac concionum salaria, seu eleemosynas quascumque, aut alia quauis quomodolibet censeantur, vlli cuipiam, proprio nomine, habere possidere, ve permittas; sicut certè sanctæ Paupertatis vo um, quod emisere omnes, exactè requirit. Vt autem omnium ac singulorum necessitatibus honestè prospiciatur, id expressè nos tibi iniungimus. Tu autem auctoritate nostra omnibus & singulis Abbatibus, & Superiorbus iniunges, vt quæcumque ad victum & vestitum atque ad decentem Monasticæ vitæ sustentationem Religiosis omnibus atque infirmis præsertim fuerint necessaria, vel minutissima quæque subministrentur. Caueaturque id imprimis, cum de aliquibus etiam parui momenti rebus vlli prouidendum est, ne aliquid ei pecuniæ etiam à parentibus oblatæ (quam tantum æquum videtur in illius potius quam alterius vsum impendi) tribuatur, numereturve, sed omnia vnusquisque ex*

*Prohibetur pecunia annua pro vestiario.*

*Item pomaria prohibentur.*

*Item pitantiæ particulares.*

abbatis seu Prioris alteriusve Superioris manu capiat. Quod ad mulierum consuetudinem attinet, illud districte præcipimus, atque sub Excommunicationis pœna eo ipso tam illas intromittentibus, quam etiam ingredi permittentibus subeunda mandamus, vt nullius generis mulieres etiam nobiles, vel cōsanguineas, nō modo intra Dormitoria, Refectoria, Cōuentus aulas, aut secretos Religiosorū hortos, verū etiā intra Claustra ipsa admittere post hæc quispiam audeat. siue is Prior siue Abbas, aliusue quicumque sit. Illud tamen exceptum esse declarantes, vt cum Supplicationes ex Ecclesia in proxima Claustra exeunt atque in Ecclesiam mox reuertuntur, eo tantum tempore mulieribus liceat cum reliquo populo Supplicationes sequi. Ne vero facile ambigatur, quibus Monasteriorum locis omnis mulierum ingressus prohibitus esse intelligatur, ea declaramus esse Claustra, septa Monasterij, quæ ingredi mulieribus numquam liceat, per quæ Monachi Religiosive ire ac transire absque violationis Clausuræ periculo liberè possunt. Vt autem omnibus ad quos pertinet, certius constet de Gregorij xiij. Pontificis Maximi Constitutione ad huiusmodi mulierum ingressum interdicendum edita, deque pœnis grauissimis ad illius præscriptum subeundis, eam ipsam de verbo ad verbum exscribi iussimus, tuæque paternitati hisce adiunctam insinuare voluimus; vt illam non tam in tuo, quam in omnibus alijs tui Vicariatus Monasterijs obseruari diligenter cures. Vale in Domino, ac vide ne in his nostris, imò veriùs Apostolicis mandatis exequendis neglig ētem aut tardum præbeas,

Mulierum ingressus prohibetur.

nobis

*uari diligenter cures. Vale in Domino, ac vide ne in his nostris, imo verius Apostolicis mandatis exequendis te negligentem aut tardum prabeas, nobis alioquin præter grauem etiam, quam sine dubio incurres Dei offensam, debitas pœnas daturus. ex Alnensi Cœnobio decimo Calend. April. 586.*

Hinc etiam videre est consuetudinem illam, quandoquidem consuetudo non est, sed corruptela, præscribere non potuisse. Illam cõsuetudinem esse morum corruptelam aduertens Nauar. non tentauit excusare peculium propter consuetudinem, sed tantum propter præsumptam licentiam. Quam quidem licentiam præsumptam apud nos reperiri non posse contendo, tam ex Relictorum, quæ in visitationibus fiunt conclusione, & Capitulorum Generaliũ, quæ licentiam huiusmodi reuocarunt, ordinatione, quam Reuerendissimi Generalis moderni, qui licentiæ illi præsumptæ prohibitionem per totum Belgium, Germaniam, Bohemiam, & Austriam opposuit, vt clarum erit cuilibet Speculum 16. Præludiorũ posteriorum volenti reuoluere. Sed & ipse Nau. cũm hac præsumpta licentia in Monasterio Canonicorum Regularium securus esse non potuit, vt ipse testatur. Quid igitur nos securos esse iubet?

# REGVLA S. AVGVSTINI EPISCOPI HIPPONENSIS.



Nte omnia, fratres charissimi, diligatur Deus, deinde & proximus: quia ista præcepta sunt nobis principaliter data. Operentur fratres à mane vsque ad sextam, & à sexta vsque ad nonam vacent lectioni: & ad nonam reddant codices. Et postquã refecerint se siue in horto, siue vbicunque necesse fuerit: faciant opus vsq. ad horam lucernarij.

Nemo sibi aliquid vendicet proprium, siue in vestimento, siue in quacunque re. Apostolicam enim vitam optamus viuere.

Nemo cum murmure aliquid faciat, vt non simili iudicio murmuratorum pereat. Fideliter obediant, & Patrem suum post Deum honorent. Præposito suo reuerentiam deferant, sicut decet sanctos. Sedentes ad mensam taceant: audientes Lectionem. Si autem aliquo opus fuerit, Præpositus eorum sit sollicitus.

Si opus fuerit ad aliquam necessitatem monasterij mitti: duo eant. Nemo extra monasterium sine præcepto manducet neque bibat. non enim hoc ad disciplinam pertinet Monasterij. Si opera Monasterij mittantur fratres vendere, solicitè caueant, ne quid faciant contra præceptum: scientes quoniam Deum exacerbant in seruis suis. Si aliquid emant ad necessitatem Monasterij, solicite & fideliter vt serui Dei agãt. Otiosum verbum apud illos non sit.

A Mane ad opera sua sedeant, post orationes tertiæ, eant similiter ad opera sua. Non stantes fabulas contexant, nisi forte aliquid sit pro animæ vtilitate. Sedentes ad opera taceant, nisi fortè necessitas operis exigat vt loquatur quis. Si quis autem non omni virtute (adiuuante misericordia Dei) hęc conatus fuerit implere, sed contumaci animo despexerit, semel atque iterum commonitus, si non emendauerit, sciat se subiacere disciplinę Monasterij, sicut oportet: si autem talis fuerit ætas ipsius, etiam vapulabit. Hæc autem in nomine Christi fideliter & pie obseruantes, & vos proficietis, & nobis non parua erit lætitia de vestra salute. Tu autem Domine.

Hæc sunt quæ vt obseruetis præcipimus in monasterio cōstituti. Primum propter quod in vnū estis cōgregati, charitatis vinculum custodiatur, vt vnanimes habitetis in domo, & sit vobis anima vna ac cor vnū in Deo. Et nō dicatis aliquid proprium: sed sint vobis omnia communia. Et distribuatur vnicuique vestrum à Præposito vestro victus & tegumentum. Non æqualiter omnibus, quia non æqualiter valetis omnes, sed potius vnicuique sicut opus fuerit. Sic enim legitis in Actibus Apostolorum, quia erant eis omnia communia, & distribuebatur vnicuique sicut cuique opus erat. Tu autem Domine.

Qui aliquid habebant in seculo quando ingressi sunt monasterium libenter velint illud esse commune. Qui autem non habebant, non ea quærant in monasterijs, quæ nec foris habere potuerunt, sed tamen eorum infirmitati quod opus est tribuatur, etiamsi paupertas eo-

suæ infirmitati, quod opus est tribuatur, etiãsi paupertas eorum talis erat quando foris erant, & nec ipsa necessaria potuerint inuenire. Tamen non ideo se putent esse fœlices, quia inuenerunt victum & tegumentum quale foris inuenire non potuerunt. Nec erigant ceruicem, quia sociantur eis, ad quos foris accedere non audebant: sed sursum cor habeant, & terrena vana non quærant, ne incipiant Monasteria esse diuitibus vtilia, non pauperibus, si diuites illic humiliantur, & pauperes illic inflentur, Tu autem Domine.

Rursus illi etiam qui aliquid esse videbantur in seculo, non habeant fastidio fratres suos qui ad illam sanctam societatem ex paupertate venerunt. Magis autem studeant nõ de parentum diuitum dignitate, sed de pauperum fratrum societate gloriari. Nec extollantur, si communi vitę aliquid de suis facultatibus cõtulerunt, Nec de suis diuitijs magis superbiant, quia eas Monasterio partiuntur, quam si eis in seculo fruerentur. Alia quippe quæcunque iniquitas in malis operibus exercetur vt fiat, superbia vero etiam bonis operibus insidiatur vt pereat: & quid prodest dispergendo dare pauperibus, & pauperem fieri: cum anima misera superbia efficitur diuitias contemnendo, quam fuerat possidendo? Omnes ergo vnanimiter & concorditer viuite, & honorate in vobis Deũ inuicẽ, cuius templa facti estis. Tu autem Domine.

Orationibus instate horis & temporibus cõstitutis. In Oratorio nemo aliquid agat, nisi ad quod factum est, vnde & nomen accepit: vt si forte aliqui etiã præter horas constitutas (si eis vacæ) orare voluerunt, nõ eis sint impedimen

to, qui ibi aliquid agendum putauerint. Psalmis & Hymnis cum oratis Deum, hoc versetur in corde, quod profertur in voce. Et nolite cantare nisi quod legistis esse cantandum: quod autem non ita scriptum est vt cantetur, non cantetur.

### *De Refectione & Ieiunio.*

Carnem vestram domate ieiunijs & abstinē-tia escæ & potus, quantum valetudo permittit. Quando autem aliquis non potest ieiunare, non tamen extra horam prandij aliquid alimentorū sumat nisi cum ægrotat. Cum acceditis ad mensam, donec inde surgatis, quod vobis secundum consuetudinem legitur, sine tumultu & contē-tione audite: Nec solę fauces vobis sumant cibū sed & aures esuriant Dei verbum. Qui infirmi sunt, ex pristina consuetudine, si aliter tractantur in victu, non debet alijs molestum esse, nec iniustum videri quos aliqua consuetudine fecit esse fortiores. Nec illos fœliciores putent quia sumunt quod non sumunt ipsi. Sed sibi potius gratulentur, quia valent quod non valent illi. Et si eis qui venerunt ex moribus delicatioribus ad Monasterium aliquid alimentorum, vestimē-torum, operimentorumve datur quod alijs fortioribus non datur, cogitare debent quibus non datur, quantum de sua seculari vita illi ad istam descenderint, quamuis vsque ad aliorum qui sunt corpore firmiores, frugalitatem peruenire nequiuerint. Nec velle debent omnes, quod paucos vident amplius accipere, non quia honorantur, sed quia tolerantur: ne cōtingat detestanda peruersitas, vt in Monasterio vbi quantum possunt diuites fiunt, fiāt pauperes delicati. Sane quemadmodū ægrotantes necesse habēt minus accipere ne grauentur, ita & post ęgritudinē sic

tractandi sunt vt citius recreentur: etiamsi de humilima seculi paupertate venerunt, tanquam hoc illis contulerit recentior ægritudo quod diuitibus anterior consuetudo. Sed cum vires pristinas reparauerint, redeant ad fœliciorem consuetudinem suam, quę famulos Dei tanto amplius decet, quanto minus indigent: nec cibi eos teneat voluptas iam vegetatos quos necessitas lauerit infirmos. Illos sane existimēt ditiores, qui in sustinenda paupertate fuerint fortiores. Melius enim est minus egere: quam plus habere. Nō sit notabilis habitus vester: nec affectetis vestibus placere, sed moribus. Quū proceditis, simul ambulate: cū veneritis quo itis, simul state. In incessu, statu, habitu, in omnibus motibus vestris nihil fiat quod cuiusquam offendat aspectum, sed quod vestrā deceat sanctitatem. Oculi vestri etsi iaciantur in aliquā fœminarum, figantur in nulla. Neque enim quando proceditis, fœminas videre prohibemini; sed appetere vel ab ipsis appeti velle criminosum est. Nec solo tacito affectu: sed aspectu quoque & affectu appetitur & appetit concupiscentia fœminarum. Nec dicatis vos habere animos pudicos, si habetis oculos impudicos: quia impudicus oculos impudici cordis est indicium. Et cum se inuicem sibimet (etiam tacente lingua) conspectum mutuo corda nunciant impudica, & secundum concupiscentiam carnis alterutro delectantur ardore: etiam intactis ab immunda violatione corporibus, fugit castitas ipsa de moribus. Nec putare debet qui in fœminis fugit oculum, & illius in se diligit fixum, ab aliis se non videri cum hoc facit videtur omnino & à quibus se non videri arbi-

tratur. Sed ecce si lateat & à nemine hominum videatur, quid faciet de illo desuper inspectore, quem latere nihil potest? An ideo putandus est non videre, quia tanto videt patientius quanto sapientius? Illi ergo vir Sanctus timeat displicere, ne velit fœminæ male placere. Illum cogitet omnia videre, ne velit fœminam male videre.

Illius namque & in hac causa commendatus est timor: vbi scriptum est: Abominatio est enim Domino defigens oculum. Quando ergo simul estis in Ecclesia, aut vbicunque fœminæ sunt: inuicem vestram pudicitiam custodite. Deus enim qui habitat in vobis: ipse etiam custodiet vos ex vobis. Et si hanc de qua loquor oculi petulantiam in aliquo vestrum aduerteritis, statim admonete, ne cœpta progrediantur: sed de proximo corrigantur. Si autem & post admonitionem iterum vel alio quocunque die idipsum eum facere videritis: iam velut vulneratum sanãdum prodat quicunque poterit hoc inuenire: prius tamen & alteris vel tertio demonstrandum, vt duorum vel trium possit ore conuinci: & competenti seueritate coerceri. Nec vos iudicetis esse maleuolos quando hoc indicatis. Magis quippe innocentes non estis si fratres vestros quos indicando corrigere potestis, tacendo perire permittitis. Si enim frater tuus vulnus haberet in corpore quod vellet occultari dum timet secari: nonne crudeliter abs te sileretur, & misericorditer indicaretur? Quanto ergo potius debes manifestare, ne perniciosius putrescat in corde? Sed antequam alijs demonstretur, per quos conuincendus est, si negauerit, prius Præposito debet ostẽdi,

si admonitus neglexerit corrigi: ne forte possit secretius correctus non innotescere ceteris. Si autẽ negauerit, tunc neganti alij adhibendi sunt etiam coram omnibus: vt non possit ab vno teste argui, sed à duobus vel tribus conuinci. Conuictus vero secundum Præpositi vel etiam Presbyteri, ad cuius dispensationem pertinet, arbitrium debet emendatoriam sustinere vindictã. Quam si ferre recusauerit: etiamsi ipse non abscesserit de vestra societate proijciatur: non enim & hoc fit crudeliter, sed misericor ne contagione pestifera plurimos perdat. Et hoc quod dixi de oculo non figendo: etiam in ceteris inueniendis, prohibendis, indicandis, conuincendis, vindicandisque peccatis diligenter & fideliter obseruetur, cum dilectione hominum & odio vitiorum. Quicunque autem in tantũ progressus fuerit malum, vt occulte literas ab aliquo vel quodlibet munus accipiat, si hoc vltro confitetur, parcatur illi & oretur pro eo. Si autem depræhenditur atque conuincitur, secundum arbitrium Præpositi vel Presbyteri grauius emendetur.

Vestes vestras in vnum habeatis sub vno custode vel duobus, vel quot possint sufficere ad eas excutiendas, ne à tinea lædantur. Et sicut pascimini ex vno cellario, sic induimini ex vno vestiario. Si fieri potest, ad vos non perueniat quod vobis indumenta pro temporum congruentia proferentur: vtrum hoc recipiat vnusquisque vestrum quod deposuerat, an aliud quod alter habuerat: dum tamen vnicuique prout cuique opus est, non negetur. Si autem hinc inter vos contentiones & murmura oriuntur, & conqueritur aliquis se deterius accepisse,

uisse, quam prius habuerat, & indignum se esse, quod non ita vestiatur sicut alius fratrum eius: hinc vos probate, quantum vobis desit in illo interiore sancto habitu cordis, qui pro habitu corporis litigatis. Tamen si vestra tollatur infirmitas, vt hoc recipiatis quod posueratis in vno tamen loco, sub communibus custodibus habete quod ponitis: ita sane vt nullus sibi aliquid operetur, sed omnia opera vestra in commune fiant, maiori studio & frequentiori alacritate quam si vobis singuli propria faceretis. Charitas enim de qua scriptum est, quod non quærat quæ sua sunt, sic intelligitur, quia communia proprijs non propria communibus anteponit. Et ideo quanto amplius rem communem quam propriam curaueritis, tanto amplius vos proficere noueritis; vt in omnibus quibus vtitur transitoria necessitas, supereminent quæ permanet charitas. Consequens ergo est, vt etiam cum quis filijs suis vel aliqua necessitudine ad se pertinentibus in Monasterio constitutis aliquam contulerit vestem, siue quodlibet aliud inter necessaria deputandum, non occulte accipiatur: sed sit in potestate Præpositi, vt sit in rem communem redactum cui necessarium fuerit præbeatur. Quod si aliquis rem sibi collatam celauerit: furti iudicio condemnetur.

Indumenta vestra secundum arbitrium Præpositi lauentur, siue à vobis siue à fullonibus: ne interioris animæ sordes contrahat mundæ vestis nimius appetitus.

## *De Balneo.*

Lauacrum etiam corporis cum infirmitatis necessitas cogit, minime denegetur. Sed fiat sine murmure de consilio medicinæ, ita vt etiam si nolit, iubente Præposito faciat quod faciendum est pro salute. Si autem velit, & forte non expedit: suę cupiditati non obediatur. Aliquando etiãsi noceat, prodesse creditur quod delectat. Denique si latens est dolor in corpore, famulo Dei dicenti quid sibi doleat, sine dubitatione credatur: sed tamen vtrum sanando illi dolori quod delectat expediat, si non est certum, Medicus consulatur. Neque eant ad balnea siue quocunque ire necesse fuerit; minus quam duo vel tres. Nec ipse qui habet aliquo eundi necessitatem, cum quibus ipse voluerit, sed cũ quibus Præpositus iusserit, ire debebit. AEgrotantium cura, siue post ægritudinẽ reficiendorum siue aliqua imbecillitate, siue etiam febribus laborantium vni alicui debet iniungi: vt ipse de Cellario petat quæ cuique opus esse perspexerit. Siue autem qui Cellario, siue qui vestibus siue qui codicibus præponitur, sine murmure seruiant fratribus suis.

## *De communi studio.*

Codices certa hora singulis diebus petantur, extra horam qui petierit non accipiat. Calciamenta vero & vestimenta quum fuerint indigẽtibus necessaria, dare nõ differant sub quorum custodia sunt quæ poscuntur. Lites nullas habeatis aut quam celerrime finiatis: ne ira crescat in odium, & trabem faciat de festuca, & animam faciat homicidam. sic enim legitis: Qui

odit fratrem suum homicida est. Quicunque conuitio, vel maledicto, vel criminis obiectu alterum læserit, meminerit satisfactione quãtocyus curare quod fecit, & ille qui læsus est sine disceptatione dimittere. Si autem se inuicem lęserint, sibi debita relaxare debebunt propter orationes vestras, quas vtique quanto crebriores habetis, tanto saniores habere debetis. Melior est enim qui quamuis ira sæpe tentetur, tamen impetrare festinat vt sibi dimittat, cui se fecisse agnoscit iniuriam, quam qui tardius irascitur, & ad veniam petendam difficilius inclinatur. Qui autem nunquam vult petere veniam, aut non ex animo petit, sine causa est in Monasterio: etiamsi inde non proijciatur, foris est. Proinde vobis à verbis durioribus parcite, quæ si emissa fuerint ex ore vestro, non pigeat ex ipso ore proferre medicamenta vnde facta sunt vulnera. Quando autem necessitas disciplinæ in moribus coercendis dicere vos dura verba compellit, etiamsi in ipsis modum vos excessisse sentitis, non à vobis exigitur, vt à vobis subditis veniam postuletis: ne apud eos quos oportet esse subiectos, dum nimium seruatur humilitas, regendi frangatur auctoritas: sed tunc venia petenda est ab omnium Domino qui nouit etiam eos quos plus iusto forte corripitis, quanta beneuolentia diligatis.

Non autem carnalis sed spiritualis inter vos debet esse dilectio. Præposito tanquam Patri obediatur: multo magis Presbytero, qui omniũ vestrum curam gerit. Vt ergo cuncta ista seruẽtur, & si quid seruatum minus fuerit, non negligenter prætereatur, sed vt emendandum corrigendumque curetur, ad Præpositum præ-

cipue

cipue pertinebit, ita vt ad Presbyterum, cuius est apud vos maior authoritas, referat, quod modum vel vires eius excedit. Ipse vero qui vobis præest, non existimet potestate dominante, sed charitate seruiente fælicem. Honore coram vobis Prȩlatus sit vobis: timore coram Deo substratus sit pedibus vestris. Circa omnes seipsum bonorum operum præbeat exemplum, corripeat inquietos, consoletur pusillanimes sustineat infirmos, patiens sit ad omnes, Disciplinam libens habeat metuendus imponat, & quamuis vtrumque sit necessarium, tamen plus amari à vobis appetat quam timeri: semper cogitans Deo se pro vobis redditurum esse rationem. vnde vos magis obediendo non solum vestri, sed & ipsius miseremini, qui inter vos quanto loco superiori, tanto in periculo maiori versatur Donet Deus vt obseruetis hæc omnia cum Dilectione, tanquam spiritualis pulchritudinis amatores, & bono Christi odore de bona conuersatione fragrantes, non sicut serui sub lege, sed sicut liberi sub gratia constituti. Vt autem in hoc libello tanquam in speculo possitis inspicere, ne per obliuionem aliquid negligatis, semel in septimana vobis legatur.

Et vbi vos inueneritis ea quȩ scripta sunt facientes, agite gratias Domino bonorum omnium largitori. Vbi autem sibi quicunque vestrũ viderit aliquid deesse, doleat de præterito, caueat de futuro: orans vt sibi & debitum dimittatur, & in tentationem non inducatur.

Finis.

*Duodecim abusiones claustri quibus tota religionis massa corrumpitur.*

Prælatus [illegible]l gens. Discipulus inobediens.

Iuue

Iuuenis ociosus, Senex obstinatus, Monachus curialis, Monachus causidicus. Habitus pretiosus, Cibus exquisitus, Rumor in claustro. Lis in capitulo, Dissolutio in Choro, Irreuerentia circa altare.

*Duodecim abusiones seculi.*

Sanctus Cyprianus in libro quem fecit de duodecim seculi abusionibus per quas iustitia suffocatur sic inquit:

Sapiens sine opibus. Senex sine religione. Adolescēs sine obedientia. Diues sine Eleemosyna. Fœmina sine pudicitia. Dominus sine virtute. Christianus contentiosus. Pauper superbus. Rex iniquus. Episcopus negligens. Plebs sine disciplina. Populus sine lege.





# OPTICA REGVLARIVM AD REGVLAM D. AVGVSTINI.

## REGVLA D. AVGVSTINI.

### *PROOEMIVM REGVLAE.*

Ante omnia, Fratres Chariſſimi, diligatur Deus, deinde proximus, quia iſta præcepta ſunt principaliter nobis data.

*Hæc duo mandata obligant ſub mortali, niſi excuſet ſubreptio, vel inaduertẽtia, vel defectus iudicij, vel leuitas materiæ ſicut excuſant in ſequentibus omnibus mandatis.*

### *SPECVLVM I.*

In quo apparet obligatio horum præceptorum.



RIMA *inſtructio.* Nullus dubitare poteſt hæc præcepta obligare ſub mortali. Sunt enim præcepta, ex quibus vniuerſa lex pendet & prophetæ. Super ea autem, tanquam ſuper firmiſſimam baſim D. Auguſtinus ſuam Regulam

*Matth. 22.*

fundauit; innuens se in Regula sua nihil scripsisse, quod charitati vel Dei, vel proximi aduersetur: vt sic intelligant & sibi persuadeant Religiosi, ea quæ in Regula præcipiuntur, quamuis videantur duriora, ad suam salutem ordinari.

*Quæ excusant a mortali in singulis mandatis.*

*Secunda Instructio.* Excusat à mortali in his præceptis, non minus quam in cæteris, defectus iudicij, deliberationis, subreptio; & leuitas materiæ. Nauar. *cap.* 11. *Manual nu.* 4.

*Quomodo debeamus Deum amare.*

*Tertia Instructio* Vis autem primi præcepti consistit in eo, vt Deum amemus supra omnia, vt nihil pluris æstimemus quam Deum, nec etiam nosipsos. Cum igitur aliquis sic amat aliquid, vt plus velit ipsum, quam Deum, & vellet priuari potius Deo, quam tali re temporali, talis affectus est peccatum mortale. Vt ergo hoc præceptum adimpleamus, debemus Deum, eiusque amorem pluris facere, quam vllam Creaturam, & propter amorem eius, eligere potius mortem oppetere, quam illum vnquam vel corde, vel ore, vel opere offendere. Nauar. in fine. Greg. de Valent. Quod vt melius intelligatur, nota cum Doct. Tolet. nos debere Deum dupliciter diligere. Vno modo quantum ad actum amoris; puta, cum ipsum amamus: altero modo, quantum ad executionem operum, puta, ea quæ ipse vult, faciendo: & hoc posteriori modo omnia peccata sunt contra charitatem. Quod autem ad priorem modum attinet, fit

*Cap.* 11. *Man. nu.* 19. *in fine. In* 2. 2. *disp.* 3. *q.* 4. *puncto* 1. *&* 2. *Lib.* 4. *Instit. Sacerd. cap.* 9.

*Quarta Instructio.* Peccat mortaliter contra hoc Præceptum Charitatis Dei, qui odit Deum, prout castigat vel punit.

*Quinta Instructio.* Qui amat Deũ principaliter

propter aliud; vt propter quid creatum, vel propter beatitudinem. Est enim amandus Deus propter se ipsum, quia bonus est & amore dignus. Vnde mortaliter peccat, qui Deum amat propter aliud, quo sublato Deũ nõ amaret.

*Sexta Instructio.* Qui non amat Deũ quantum debet. Debet autem quisque Deum amare super omnia, vt nihil pluris æstimet quam Deum, nec etiam seipsum; saltem appretiatiue, si non intensiue; quod etiam maxime est optandum, cum dignissimus sit omni amore.

*Septima Instructio.* Qui nõ amat Deũ quando amandus est. Est autem amandus quando quis existens in peccato mortali tenetur habere contritionem, vt in articulo mortis, in Sacramentorum administratione. Tunc tenetur quisque, si criminis mortalis reatu constringitur, conteri & conuerti ad Deum per dilectionem. Sotus. Valent. & alij. *Lib. 2. de Iust. & Iure, q. 3. art. 10.*

Vis autem secundi præcepti in eo consistit, vt nunquam liceat erga proximum, odij actum exercere, sed tãtummodo actum, qui sit amor saltem in animi præparatione. D. Thom. Gregor. de Valent. quod vt manifestius sit, iuuerit sequens Speculum intueri. *Quomodo debeamus proximũ amare. 2. 2. q. 25. art. 1. 8. & 9. in 2. 2. disp. 3. q. 3. punct. 1.*

## SPECVLVM II.

### In quo videntur peccata, quæ committuntur contra Charitatem proximi.



*Rima instructio.* Proximus noster is est, qui nobiscum potest esse particeps eiusdem finis & beatitudinis, cuiusmodi est omnis homo, quãdiu in hoc sæculo degit.

*Secunda Instructio.* Peccat mortaliter contra Charitatem proximi, qui eius est animi, vt nolit in casu necessario ad salutẽ subuenire proximo, quia peccator est, vel quia ab eo læsus fuit. D. Tho. & Caiet. Casus autem necessarios ad salutem habet Toletus, vbi notat, Prælatos teneri cum periculo vitæ etiam extra extremam necessitatem succurrere Subditis, & non solum hoc, sed etiam inquirere eos, qui in suo grege similibus necessitatibus laborant.

*2.2.q.26.art. 8, & 9.*
*ibidem.*
*Lib. 4. Inst. Sacerd. c. 10.*

*Tertia Instructio.* Qui aliquem à participatione suarum orationum communium, vel aliorum beneficiorum communium, præsertim si cum scandalo, excludit.

*Prælatus debet inquirere necessitates Subditorum.*
*Non licet excludere aliquẽ à participatione orationum communium.*

*Quarta Instructio.* Qui cupit vt aliquis mortaliter peccet, vel damnetur; Deum rogat, vt aliquid eorum alicui eueniat, vel procurat ferri excommunicationem contra aliquem, eo animo, vt si ablatum non reddat, animam suam perdat.

*Quinta Instructio.* Qui non impedit mortale crimen alterius, cum possit sine verecundia, incommodo & dedecore. Nauar.

*ca. 14. Manu al. num. 27.*
*ibidem nu. 28*
*Num. 23.*

*Sexta Instructio* Qui alteri dat occasionem suo fauore, ope vel consilio peccandi mortaliter. Nauar. Quis autem vere censeatur occasionem peccandi præbere, vide eundẽ ibidem.

*Septima Instructio.* Qui dicit vel facit aliquid, cum intentione inducendi aliquem ad peccatum mortale, etiamsi illud quod facit, mortale non sit.

*p. tit. 7. c. 4*

*Octaua Instructio.* Qui aliquid agit absque necessitate, vel vtilitate, quod credit inducturum proximum ad peccandum mortaliter,

etsi

etsi inducere ad peccatum, non intendat. D. Antonin.

*Nona Instructio.* Qui tam parui facit salutem proximi, vt absque causa necessaria, vel vtili aliquid faciat, quod scit permultis scandalum generare, vt qui mulieri suspectæ sæpius loquitur, vel eam in domo sua detinet.

*Decima Instructio.* Qui proximum non corripit, aut denuntiat cum debet. Nauar. ibid.

*Vndecima Instructio.* Qui eò quod est iniuria affectus, aliquem odio vel rancore malo prosequitur. Non censetur autem quis rancore malo prosequi aliquem, eo ipso quod appetit eius peccatum per Iudicem puniri, sed tantum quando id ex vindicta appetit. Imò verò læsus tenetur aliquando talem appetitum concipere, & manifestare: videlicet quãdo huiusmodi castigatio, quæ appetitur, saluti læsoris, vel Reipublicæ profutura est, vel Dei obsequium promotura. Nauar. *Cap.* 25. Accedit quod omnes teneantur quidem inimicis iniuriam remittere, quantum ad odium, & voluntatem mali, sed non quantum ad debitam satisfactionem. Imò aliquando præstat non remittere propter bonum læsoris, vel zeli Iustitiæ, vel Reipublicæ, vel honoris Dei. Licet etiam Superioribus negare sua officia ad tempus Inferioribus, in pœnam peccati eorum, sicut potest pater filium inobedientem, vel iniuriosum expellere ad tempus, dummodo absit scandalum vel graue malum animæ.

*Qualem animum possit læsus habere.*

*Cap. 14. Manual. nu. 25.*

## SPECVLVM III.

### In quo videntur incitamenta ad Charitatem.

*Trect. 5. in Epist. Ioann is* *Charitas distinguit inter filios Dei, & filios Diaboli.*

PRrima *Instructio.* Innumera pene sunt quæ ad Charitatem incitare nos possunt. Ex quibus pauca in medium proferam, ne prolixior appaream. Imprimis ille non est exiguus ad charitatem stimulus, de quo D. Augustinus his verbis. *Dilectio sola discernit inter filios Dei & filios Diaboli. signent se omnes signo crucis Christi, respondeant omnes Amen: cantent omnes Alleluia: baptizentur omnes, intrent Ecclesias, faciant parietes Basilicarum; non discernuntur filij Dei à filijs Diaboli, nisi charitate. Qui habent charitatem, nati sunt ex Deo.*

*Initio cap. 2.*

*Secunda Instructio.* Inducit etiam charitatem consideratio illa D. Bernardi in lib. de diligendo Deo, quam menti nostræ hisce verbis ingerit. *Vide quo modo, imò quam sine modo à nobis Deus amari meruit, qui prior ipse dilexit nos tantus, & tantum, & gratis tantillos, & tales.*

*Valor Charitatis.*

*De prophetia idem docet lib. 2. qq. ad. Simplic. q. 1. De Martyrio idem Serm. 53. de Temp.*

*Tertia Instructio.* Ad Charitatis amplexum nos inuitat eiusdem valor ac pretium: quod tantum est vt cætera nullius valoris, & pretij sine ipsa sint, vt post Apostolum agnouit D. Augustinus lib. de Ciuitate Dei. *Tanta est* (inquit) *Charitas virtus, vt etiam Prophetia, & Martyrium sine illa nihil esse credantur.*

*Quarta Instructio.* Incitat nos ad amorem Dei, beneficiorum eius recordatio, quibus vices rependere non possumus nisi per amorem,

vt eleganti inductione manifestat D. Bernardus super illud Psalmi, *Quid retribuam Domino &c. Quando* (inquit) *ignorabam, me instruxit: quando errabam, me reduxit; quando peccabam, me correxit: quando steti, me tenuit: quando cecidi, me erexit: quando iui, me duxit: quando veni ad ipsum, me suscepit: nec pro his omnibus quid rependam habeo, nisi tantum vt diligam. Non enim melius, nec decentius quam per dilectionem rependi potest, quod per dilectionem datū est.*

*Vide eiusdem Serm. 2. de 7. Misericor. & Tract. de diligendo Deo*

*Beneficiorum Dei commemoratio.*

*Quinta Instructio.* Ad superandas vitæ spiritualis syrtes nihil amore melius. Amanti enim nihil est difficile. Nihil durum, nihil amarum, nihil graue, nihil lethale computat amor verus. Ama ergo Deum: ama totus, vt possis omnia sine labore vincere, & delere peccata. Nam vt diserte D. Augustinus ait, amor est, *qui omnia sæua & immania facit facilia, & pene nulla.*

*Charitas facilem reddit viam spiritualem.*

*Serm. 9. de Verbis Dom. Vide & Tract 48. in Ioan. initio.*

*Sexta instructio.* Qui Regnum cœlorum appetit, in Charitatis complexum ruat necesse est. *Non enim* (inquit D. Gregorius) *clarescit anima fulgore æternæ pulcritudinis, nisi prius hic arserit in officina charitatis.*

*Lib. 18. Moral cap. 15.*

## SPECVLVM IV.

## In quo apparent signa charitatis in aliquo residentis.

P*Rima instructio.* Indicium est aliquē amare Deum, quando zelo ducitur animarum. *Ille enim* (vt ait D. Gregor.) *in amore Dei maior est, qui ad eius amorem plurimos trahit.*

*Zelus animarum signum Charitatis.*

Charitatis vi-

*Secunda Instructio.* Aliud indicium est, quando huius mundi lenocinia & blandimenta respuuntur vel nihili fiunt. *Fortis est* (inquit idem sanctus author Homil. 10. in Euang.) *vt mors dilectio, quia videlicet sicut mors corpus interimit, sic ab amore rerum corporalium æternæ vitæ Charitas occidit.*

*Charitas mortificationis parens.*

*Tertia Instructio.* Indicium tertium est carnalium affectuum mortificatio. Effectus enim ignis est, contrarias sibi qualitates expellere: vt argumento est fumus ex viridi stipite in ignem coniecto emissus. Quare si in te ignis Charitatis ardet, fumum vtique emittere debes, id est, reluctantes huic igni affectiones ex cordis recessibus fugare, ac velut euaporare. Vnde sicut ignem fumus consequitur, ita Charitatem, mundanorum affectuum deturbatio. Quod præclare innuit fumus ille montis Synai consequens, vel comcomitans ignem, sub quo Dominus descenderat.

*Exod. 19.*

*Quarta Instructio.* Non est exiguum Charitatis in aliquo argumentum, quando nullis mouetur detrahentium iaculis. *Charitas* (inquit Diuus Augustinus de laude Charitatis) *inter opprobria secura est, inter odia benefica, inter iras placida, in iniquitate gemens, in veritate respirans, in virtute congratulans.*

*Charitas non curat detractiones.*

*Serm. 39 de Temp.*

## CAP. I.

### *REGVLAE D. AVGVSTINI.*

### MANDATVM I.

Operentur Fratres à mane vſque ad Sextam, & à Sexta vſque ad Nonam vacent Lectioni, & ad Nonam reddant codices. Et poſtquam refecerint; ſiue in horto, ſiue vbicumque neceſſe fuerit, faciant opus vſque ad horam lucernarij.

*Hoc Mandatum non obligat, niſi quando accedit præceptum Superioris.*

### *SPECVLVM V.*

In quo videtur, vnde creuerint Monaſteria noſtra, & vnde appellentur filiæ huius vel illius Monaſterij.

P*Rima Inſtructio*. Hoc mandatum non poteſt hodie ad amuſsim, & ad literam obſeruari ab omnibus noſtri Ordinis Religioſis, ſed tantum à Conuerſis, quorum cauſa in primæua Regulæ inſtitutione hoc Mandatum poſitum fuit. Conuerſi enim, vt plurimum idiotæ, labore manuum diſtinebantur Sole illuceſcente, ex Baſil. Epiſ. de vita ſolita. ad Nazian. Nunc vero cum pauci in Monaſterijs reperiantur, qui Choro, & horis Canonicis decantandis non ſint addicti, fit vt labor manuum non ita ſit neceſſarius; cum bona temporis pars in illis Horis decantandis abſumatur.

*Qui hodie in Ordine Præmonſtraten. teneantur ad laborem continuum.*

*Quomodo Conuersi ædificia nostri Ordinis auxerint. Tom. 3.*

*Secunda instructio.* Monasteria Ordinis nostri quoad ædificia, magnum ceperunt augmētum ex labore Religiosorum Conuersorū. Imò verò Conuersi paruas Capellas sibi donatas mirabiliter suo labore auxerunt, & plerumque in ædificia amplissima erexerunt, vt de Monasterio Præmonstratensi legimus apud Surium. Nam D. Norberto fuit tantummodo concessa ab Episcopo Laudunensi Capella quædam D. Ioanni Euangelistæ sacra, quam eleemosynis acceptis & labore Confratrum suorum sic auxit, vt illud esse pulcherrimum totius orbis Monasterium ausim asserere. Monasterium nostrum sanctæ Mariæ ad nemus eodem etiam modo excreuisse mihi penè certū est. Capella enim adhuc extat antiquissima D. Stephano sacra, quæ reputatur ex traditione, prima Monasterij fundatio, & quam Conuersi ad illam, quæ modò extat, structuram euexerunt: vt Maiorum traditione testantur illius regionis incolę, qui tegulas antiquissimas insolitæ magnitudinis, longitudinis & latitudinis, tectum templi etiam nunc cooperientes asseuerant fuisse ab ipsis Conuersis fabricatas. Porro in memorata Capella habetur hoc Epitaphium, certum antiquitatis Monasterij eiusdem argumentum.

*Præmonstratū pulcherrimū totius orbis Monasterium.*

*Origo Monasterii S. Mariæ in nemore.*

*Ci gist li abbes Simons, qi fut Abbes de ceans, & chanones de Premonstré, qui fut mors an lan que limiliar ce corroit. M. C. LXXIIII.*

*Tertia instructio.* Hinc etiam denominatas aliquas huius vel illius Monasterij filias arbitror. Egrediebantur enim nonnunquā Cōuersi cū bona venia, Monasteria sua iā extructa; &

tamdiu

tamdiu, non sine bono conuersationis exẽplo, huc & illuc, zelo Religionis propagandæ ferebantur, donec sibi aliqua exigua loca, dumis & spinis aspera, vel Oratoria donarẽtur; quæ ita suis & labore & industria augebant, vt in Monasteria erigi postea mererentur. Quæ Monasteria erecta, vocabantur filiæ illius Monasterij, ex quo Conuersi illi egressi fuerant, & cuius nomine illa loca, vel Oratoria susceperãt vt D. Ioannes Chesneau sanctæ Crucis Metēsis Abbas, & Prior Belleuallis, vir de me, & toto Ordine benemeritus, factitatũ fuisse aliquid simile de Monasterio suo sanctæ Crucis ab vno Conuerso Monasterij Belleuallis mihi sępius narrauit, & in vetusto codice ostendit: vnde factum est, vt Monasterium sanctæ Crucis Metensis, filia Belleuallis diceretur.

*Origo Monasterij sanctæ Crucis.*

*D. Ioannes Chesneau Abbas sanctæ Crucis laudatur.*

*Quarta Instructio.* Ex plurimorum Monasteriorũ, quæ visitaui, fundationibus didici, Monasteria omnia nostri Ordinis (excepto Præmonstrato, quod cęterorum caput existit) Monasterij alicuius Ordinis eiusdem, filias esse & vocari, vel ob causam memoratam: vel quia fundata sunt & extructa ab illis Monasterijs, quorum dicuntur filiæ: vel quia Abbates & Religiosos assumpserunt, & delegerunt ex ijs Monasterijs, quorum dicuntur filiæ: vel quia Abbatibus Monasteriorum, quorum dicuntur filiæ, oblata fuere illa loca cum redditibus à Principibus vel Episcopis: vel denique quia Abbatum illorum, quorum vocantur filiæ, opera, ex alio Ordine in nostrũ translata sunt, veluti antiquissimum & celeberrimum Monasterium S. Pauli Virdunensis dicitur filia Præmonstrati, quod D. Norbertus

*Vnde Monasteria nostra dicãtur huius vel illius Monasterij filia.*


*Autor historiæ Gallobelgicæ*

Abbas

Abbates Præmonstrati Religiosos Benedictinos in eo commorantes in Præmonstratenses conuerterit, habitu & moribus immutatis.

## SPECVLVM VI

*In quo videtur, an Fratres debeant sese labore manuum exercere. Diabolus dicit:* Ascendam ad terram absque muro, veniam ad quiescentes habitantesque securè.



*Nstructio vnica.* Etsi hoc Mandatum de labore manuum non possit, nec debeat hodie ad amussim seruari, tamen debet à Conuersis, & Choro addictis iuxta cap. 8. *Stat. d.* 1. adimpleri vel ad fugandum otium, vel necessitatem Monasterij subleuandam: circa quod Caput octauum, duo notanda sunt. *Primum est,* Religiosum, etsi nunquam opus manuum exerceat, non peccare, quamdiu Prælatus ei laborem non iniungit; quia Statuta nostra, quæ sunt modificatiua Regulæ, non obligant Religiosum ad hoc opus, nisi quando Prælatus illud iniungit. Quare Religiosus non exercens opus manuum, non peccat, nisi aliter otium vanum, & alterius iniuriam fugere non possit. Nauar. post D. Thom. vbi etiam concludit Religiosum non teneri laborare vltra Statuta Regulæ, vel nisi accedat Superioris præceptum; tunc enim tenetur laborare sub pœna mortalis, vel venialis peccati, iuxta præcepti qualitatem; vel nisi accedat contemptus, secundum Caiet. vbi ostendit quod licet pleræ-

*Conuersi debent continue opus manuum exercere, Choro autem addicti quandoque.*

*Duabus de causis est exercendũ opus manuum.*

*Quando Religiosus teneatur opus manuum exercere sub pœna peccati.*

*Comment. 2. de Regul. nu. 27. Opuscul. 9. cap. 5. &*

que leges, seu Regulæ Religiosorũ nec ex intentione Leg slatorum ad culpam obligent, ex parte tamen operantis, vel ex negligentia, vel ex cupiditate, &c. posset in huiusmodi transgressoribus esse peccatum mortale, vel veniale. Secundum notatu dignum est, Abbatem non posse totaliter & semper de labore dispensare. *Primo* quia Statuta illi facultatem totaliter & semper dispensandi de labore denegant: nam ad fugandum otium habetur cap. 8. ita. *Non tamen Abbas sic Fratres sublevet à labore, quin aliquos ad scribendum, aliquos ad studendum, alios verò ad honesta opera, siue in cameris, siue in hortis, vbi opus fuerit, congruis horis ordinet.* Ad Monasterij vero necessitatem subleuandam habetur eodem loco. *Quod si necessitas Ecclesiæ, & Fratrum exegerit, & Abbas iusserit, tunc in labore is seruabitur modus.* *Secundo*, quia is qui summam habet in Ordine nostro potestatem, Generalis videlicet, illi hanc dispensandi potestatem præripuit, per articulum, quem suis Relictis apponere solet, cuius hic est tenor.

2.2.q.187. art.3.

In.2.2.q.186 art.9.

*Abbas Ordinis Præmonstratensis non potest cum Fratribus dispensare totaliter de labore.*

*Perpetuum studium subis vicem laboris.*

*Franciscus à Longo Prato.*

*Tempus sic à D. Abbate Religiosis distribuatur, vt otio, cogitationum venerearum seminario, vacare non permittantur, sed eos vel scriptione, vel Lectione, vel Oratione detineat. Quod si his perpetuo ratione tadij, quod oriri solet, incumbere nequeant, ad inutiles operas cõuerti (si non suppetunt vtiles) antiquorum Patrum exemplo cogantur.*

*Tertio*, quia Regula id pręcipit hoc loco, & alibi; quæ licet propter sublatam ex parte causam Mandati huius, cesset ex parte, non tamen totaliter, sicut tota causa sublata non est.

est. Periculum enim est, ne Choro addicti, expletis Diuinis officijs, otio pereant. Accedit quod Monasterij necessitas id aliquando etiam nunc requirat, quæ erãt duæ ex causis, ob quas antiquitus Religiosi maximã diei partẽ in labore cõsumebãt, vt patet ex Cassiano de spiritu Acediæ, D Basilio in Regulis fusius disputatis. 42. & in Regul. breuior. & in Epistola de vita solitar. ad Nazian.

*Quartò*, quia Religiosi spiritualibus exercitijs semper dediti esse non possunt. Vnde necessarium est exercitium corporale, vt semper occupentur, & otium fugiant Nam tempus quod post spiritualia exercitia reliquum est, ludis perpetuis terere nõ decet Religiosum, sed Epicurũ. Id tamen communiter fit, nisi Prælatus de honesta occupatione prouideat. Quod quam periculosum sit, in sequenti Speculo videbitur.

## *SPECVLVM VII*

In quo apparet, quam periculosus sit illorum Religiosorum status, qui otio vacant.

*Bernard. Serm. 39. in Cain.*

*Luxuriæ currus quadriga voluitur vitiorum: in gluuie videlicet ventris. libidine coitus, mollitie vestium, otij soporisq́; resolutione. Trahitur equis æque duobus, prosperitate vitæ, & rerum abundantia: & qui his præsident duo, ignauiæ torpor & infida securitas.*

*Matth. 20.*

*Quid hic statis tota die otiosi?*

PRima *Instructio*. In eos hæc Dominica torqueri potest obiurgatio, qui cum Horarum pensum festini percurrerint, eò perducti sunt, vt salua

ſibi omnia arbitrentur, relictis ieiunijs, ſilentio violato, Paupertate cum Obedientia, nec non plerumque Pudicitia, cæterisque Regularibus obſeruantijs è Cœnobio relegatis penitus & exterminatis: In eos (inquam) Dominica hæc obiurgatio torqueri poteſt, qui eò perducti ſunt, vt Monaſticę profeſſioni & Monaſteriorum fundatoribus; imò ipſi Deo ſe feciſſe ſatis glorietur, cum Horarum penſum quoquo modo perſoluerint; exiſtimãtes quod ſupereſt temporis (quod modicũ non eſt, quia in recitandis Horis velociores equis aguntur) ita ſuum eſſe, vt illud ludis, ſomno, iocis, fabulis & compotationibus abſumere ſine vllo ſcelere poſſint: ac ſi Acedia, otium, pigritia, & irreparabilis temporis iactura mortaliũ criminũ albo plerumq; non aſcriberentur, nec iã ſeptẽ, ſed ſex tantũ Capitalia peccata exiſterẽt.

*Poſt tantatas Horas non eſt indulgendum otio.*

Porro quantopere otium in Monaſterijs officiat, ex ſequentibus videamus.

*Secunda Inſtructio.* Principio quidẽ qui otio ſe dedit in Monaſterio, hoſtibus præcipue ad libidinẽ incitantibus ſe exponit. Nam (vt dicit D. Auguſtinus alicubi) *Non facile capitur à tentatore, qui bono vacat exercitio.* B. Hieronym. autem, *Semper aliquid boni operis facito, vt te diabolus inueniat occupatum.* Antiquitus apud quoſdam barba promiſſa prohibebatur, ne per illam ab hoſtibus in conflictu milites apprę henderentur. Barba, qua nos Religioſi ab hoſte apprę hendi, ſuperarique poſſumus, eſt otium. Quare, de eo loquens Apoſtolus, monebat, *Nolite locum dare diabolo.* Sancta occupatio eſt veluti murus noſtræ ciuitatis interioris. Qui otium ſectatur, huiuſmodi

*Otio deditus diabolo animæ ſuæ oſtiũ aperit.*

*Epiſt. ad Ruſticum.*

*Ephes. 4.*

*Locus diaboli eſt anima otioſa.*

murum

murum inuertit, ac propterea aditum pate facit diabolo. Hinc est quod ille occasionem hanc nos inuadendi nunquam negligat. Et nactus occasionem nos inuadendi, vide, quid se facturum iactet. *Ascendam ad terram absque muro, veniam ad quiescentes habitantesque secure.* Nimirum sicut volucres sagittarius telo non traijcit, nisi quiescentes, ita neque nos aduersarius noster nisi sancta occupatione vacuos: à quo Dauid Rex tunc solum ictus est, cum domi otiosus corporis mentisque oculos in Bersabeam intendit.

*Ezech. 38.*

*2. Reg. 11.*

Audiamus quo experimento hac in parte doctus extiterit Isidorus de summo bono. *Plurimos* (inquit) *in seculo aspexi præ solicitudinibus & curis, occupationibusque & vigiliis mundanis proprij corporis insanos motus effugisse: eos ipsos tamen, cum exuti curis omnibus ad Monasticam vitam conuolassent, turpiter atque miserabiliter corporis commotione sordidatos.* Hinc colligere possumus, quantum faciat ad Castitatis custodiam corporis & animi occupatio. Itaque sapienter ille idem hortatur, *Dei seruum sine intermissione, legere, orare, & operari oportet, ne forte in mentem otio deditam spiritus fornicationis subrepat: cedit enim labori voluptas, animum autem vacantem cito præoccupat.*

*Exuti curis exponuntur periculis violandæ Castitatis.*

*Lib. 3. cap 20 de summo bono.*

*Otium Castitati insidiatur*

Tertia *Instructio*. Magnopere officit otium: quia illud est omnium tentationum, cogitationumque malarum sentina. Qui ergo his carere desiderat, nunquam sit otiosus: alioqui *circumdabunt eum salices torrentis*, id est, infructuosę delitiarumque plenę cogitationes. Sicut est impossibile cauere ne vepres, tribulique in agro nascantur, nisi diligenter excolatur; sic

*Otium est omnium tentationum seminarium.*

*Iob. 40.*

factu

factu impoſſibile eſt à malis cogitationibus cauere, niſi bonis occupatus fueris operibus. *Per agrum* (inquit Sapiens) *hominis pigri tranſiui, & per vineam viri ſtulti: & ecce totum repleuerant vrticæ, & operuerant ſuperficiem eius ſpinæ.* Legimus in vitis Patrum, quod tres ſunt virtutes Sathanæ. Prima eſt obliuionis, quia vt in obliuionem inducat, rapit ſemen verbi Dei de corde hominis. Secunda negligentiæ & otij; quia in otioſis zizania ſeminat impudicarum cogitationum. Tertia concupiſcentiæ; quia per concupiſcentiam oculorum multa mala ingerit. Nullus noſtrum eſt, qui non experiatur, ſe multis iactari cogitationum inanium fluctibus, dum in otio eſt. Ea propter (vt dicit Eccleſiaſticus) *mittere oportet ſeruum ſuum* id eſt, corpus noſtrum, *in operationem, ne vacet: multam enim malitiam docuit otioſitas* Hæc enim, veriſſimo Prophetę teſtimonio, *fuit iniquitas Sodomæ: abundantia panis & otium. Sicut enim* (vt bene quodam loco D. Bernardus) *per rimam ſentinæ aqua latenter intrat, & excreſcit, donec nauis per nautarum incuriam demergitur: ita ex otio atque ignauia cogitationes prauæ & concupiſcentiæ multiplicantur, donec nauis cordis eis ſuccumbens, in peccato periclitetur. Et ſicut aqua* (vt ait Beatus Laurentius Iuſtinianus) *quæ caret decurſu, & iacet in foueis, putreſcit, ac humano vſui aliena efficitur, repleturque animalibus venenatis & noxiis: ita etiam corpus otij labe confectum, concupiſcentiarum carnalium parit inſaniam.* Vnde hæc erat in AEgypto ab antiquis Patribus celebrata ſententia: *Operantem Monachum*, videlicet, *Dæmone ab vno pulſari:*

*Prouerb. 24.*

*Tres ſunt virtutes Sathanæ*

*Ezech. 16.*

*Lib. de perfectionis gradibus cap. 9.*

*Otioſus multis eſt ſpiritibus obnoxius.*

*Lib. 10. c. 23.*

*otiosum vero innumeris spiritibus obnoxium esse.* Cassia.

*Religiosus otiosus semper est egenus.* *Prou. 28.*

*Quarta Instructio.* Magnopere nocet otium, quia Religiosus otio vacãs semper est egenus, id est, bonis operibus vacuus. Hoc est quod Sapiens, apertis declarat verbis. *Qui sectatur otium, replebitur egestate,* visibili videlicet vel inuisibili. Videsne Religiosum in virtutibus sterilem, & miraris? Desine mirari, *in promptu causa est, desidiosus erat.*

*Otium generat tædium.* C

*Mos quorundam.*

*Quinta Instructio.* Nocet etiam otium in hoc quod generat tædium. Credite mihi, Fratres, nulla alia assignari potest causa, cur tot Monasticen professi, Religionis onera fastidiãt, quàm quod otiũ sectentur, quàm quod horis Canonicis quomodolibet decantatis, quod reliquum est temporis, otio consumant. Hinc videas eos modò Claustrorum marmora terere, modò coquinam ingredi, modò Dormitorium conscendere, modò ad hortum pergere, modò per cancellos prospicere. Et quid has vicissitudines comitatur? tædium. Et vnde hoc tædium? Ex otio. *Huius ægritudinis* (vt bene annotat Cassianus) eleganter causam expressit Psalmographus hoc versiculo. *Dormitauit anima mea præ tædio,* id est, Acedia. Propriè satis non corpus dixit, sed animam dormitasse, quia quoquo vertatur anima otiosi, semper dormitat, præ tædio: nec eam, quam otio in Claustris quęsiuit requiem, in coquina, vel Dormitorio, vel cancellis, vel horto reperire poterit, sed quamdiu animam otio diffluere permiserit, tamdiu tædiũ tanquã comitem indiuiduũ, obuium habebit. Id probè diuinitus intellexit Antonius ille magnus: nam (vt narrat Sabellius)

*Lib. 19. cap. 4.*

*Psalm. 118.*

*cus) eum aliquando eremi tædium subijt, dubiusque consilij clamasse fertur: Seruari cupio, sed cogitatio aduersatur. Hic mirum accidit, media animi fluctuatione, videre visus est hominem Monastico habitu nunc calathos texentem, nunc orationi intentius vacantem, auditamque supernè vocem: Et tu sic facias. Quod oraculū sequutus, per hæc duo tam constanter perseuerauit, vt omniū Monasticæ disciplinæ sit obseruātissimus iudicatus.*

*Visio Diui Antonij.*

*Sexta instructio.* Has ob causas antiqui Religionis cultores, otium adeo detestati sunt, vt ad inutiles operas, quandò non occurrebant vtiles, se conuerterent. De Paulo Abbate Marul. testatur, quod in Ægypti eremo (cui Porphyrio nomen est) considens, cum sibi ad victum hortulus, quem ipse fecerat, & palmarum ferax regio satis essent; quotidiè tamen aliquot horis palmæ texturæ operam impendebat; ea vero quæ texuerat, annis singulis cōcremabat. Septima enim & eo amplius mansione ab omnibus hominum habitaculis remoto, neque dare illa cuiquam, nec vendere promptum erat. Quotidianus igitur labor, non nisi fugiēdi otij causa insumebatur. Quod si desidiæ, torporique se dedisset, neque in deserto solus permanere, nec ad perfectionem sanctitatis peruenire potuisset: *multam enim malitiam docuit otiositas*. Idem ibidem testatur Monasterij Thebaidis Antistita illa, quæ Euphraxiæ Deo sacratæ virgini, & adhuc puellæ, præter domesticos, id est, communes cum alijs labores hoc iniunxit, vt quotidie magnum lapidum aceruum de loco ad locum transferret, & translatos rursum restitueret. Quamuis enim ieiunijs, vigilijsque

*Ex Caßian. li. 10. ca. 34.*
*Lib. 3. ca. 9.*
*Exercitium S. Pauli Eremit.*

*Eccles 33.*
*Inutiles operæ otii fugiendi causa susceptæ*

haud parum eam fatigare cerneret, timebat tamen, ne si quicquam paulo remissius egisset, aliqua residens iuuenili in corpore turpis cogitationis scintillula, incendium excitaret peccati: eam autem sopiri, vel etiam extingui posse hoc exercitationis addicamento sperabat. Neque ipsam spes fefellit; quandoquidem satis constat Euphraxiam virginem inter sorores, virtute atque integritate præstitisse.


## MANDATVM 2.

Nemo sibi aliquid vendicet proprium siue in vestimento, siue in quacumque re: Apostolica enim vita optamus viuere.

Hoc mandatū obligat sub mortali, nisi leuitas excuset materia.

## SPECVLVM II.

*In quo videtur, quale peccatum committat Religiosus vsurpans sibi rem aliquam Monasterij.*



PRima *instructio.* Hic tantum agemus de Proprietate, quæ scrupulum nó nullis etiam difformatis mouet, non autem de ea, quæ in multis Monasterijs sine scrupulo regnare videtur, de qua Mandato 19. Sit igitur

*Secunda instructio.* Religiosus vsurpás sibi, & detinens rem aliquam Monasterij sine consensu Prælati, committit vitium Proprietatis, & furtum. Ariostis in Enchiridio sub nnem. ...bi de Paupertate. Aluarus de planctu Eccle... ...: quod furtum & proprietatis vitium, quando

Religiosus non pote... ...

quando sit mortale, quando vero veniale, sequens Instructio docebit.

*Tertia Instructio.* Furtum in Religioso, siue in Seculari est mortale, nisi leuitas materiæ excuset. Syluest. *verbo Religio.* Non reputatur autem leuis materia à Gregor. de Valent. 22. si excedat duos vel tres Bizios: à Nauar. si septem, vel decem asses: ab insigni Doctore, & Card. Toleto, si quattuor Iulios. Communis autem sententia est peccatum esse mortale, si excedantur decem asses: quam ego sequendam à nostri Ordinis professoribus existimarem, nisi sententia Toleti propius ad Statutorum nostrorum censuram accederet. Videntur enim illa *cap. 22. dist. 4.* requirere viginti asses ad constituendum furtum mortale; quandoquidem non punitur ibidem pœna furti Religiosus cedens beneficio, qui minus quàm viginti asses asportauerit. Dein. *cap. 11. d. 3.* non incarceratur tanquam fur siue Proprietarius, nisi is qui viginti solidos, vel rem eius valoris surripuit.

*Lib. 2. art. 64 in fine.*

*Quando furtū sit mortale.*

*6, q. 7.*

*Instruct Sace. lib. 5. Cap. 16. vl. edit. Paris 1601.*

*Quarta Instructio.* Eadem quantitas rei malè vsurpatæ, quæ facit furtum in Seculari, sufficit ad vitiū Proprietatis in Religioso. Nauar. *Lib. 3 Concil. titul. de Regul.* Adeo vt iuxta Bullā Clementis Octaui moderni Pontificis peccatum reseruatum committat Religiosus, qui sibi ex rebus Monasterij vendicat, siue detinet inscio Superiore rem suo pretio excedentem viginti asses, & si in hoc Proprietatis vitio moriatur, sepeliendus sit in sterquilinio. Notat verò Nauar. *Concil. citat.* quod Carthusianis peccatum mortale est detentio trium solidodorum, & quod morientes in proprietate

*Quæ sit Proprietas mortalis in Religioso.*

*Concil. 75. n. 28.*

duodecim denariorum Christiana priuantur sepultura.

## MANDATVM 3.


Nemo cum murmurio aliquid faciat, vt non simili iudicio murmuratorum pereat.

*Hoc mandatū obligat sub mortali, vel veniali, pro magno, vel paruo murmurationis pondere, & malitia murmurantis.*

### SPECVLVM IX.

*In quo apparet, quantum sit malum murmuratio.*

*Abusiones Claustri.*



PRima *Instructio*. Duodecim abusiones Claustri ab Hugone *lib. 11. de Animæ Claustro* numerantur, quibus tota Religionis massa corrumpitur. Videlicet Prælatus negligens, Discipulus inobediens, Iuuenis otiosus, Senex obstinatus, Monachus curialis, Monachus causidicus, habitus pretiosus, cibus exquisitus, rumor in Claustro, lis in Capitulo, dissolutio in Choro, & irreuerentia circa Altare. Inter hos abusus non immerito rumor in Claustro, siue murmuratio numeratur. Nihil enim in Claustro communius murmuratione, & vt nihil communius, ita vix aliquid peius: vt ostendemus sequentibus instructionibus.

*Quot modis sumatur murmuratio. Art. 8. vide & art. 80.*

*Secunda instructio*. In Claustro vix est aliquid peius murmuratione, quia quocumque modo sumas murmurationem, semper est peccatum. Tribus autem modis sumitur; primo, prout est coniuncta sub susurratione, inquantum est causa, cur inter aliquos bonum amicitiæ dissoluatur.

ſoluatur. Aluarus *lib. 2. de planctu Eccleſiæ*; & hoc modo ſumpta, prout coincidit in ſuſurrationem, eſtque cauſa cur amicitia diſſoluatur inter Prælatum & Religioſos, eſt peccatum mortale grauius ipſa detractione. D. *Tho. Greg de Valentia, Syluester & Tabiena verbo Suſurratio*. Cum enim ſuſurratio ex eodem Syluest. *post D. Tho. q. cit.* ſit oblocutio mala de proximo facta occultè ad diuidendam amicitiam aliquorum, ſequitur ſuſurrationem eſſe grauiſſimum peccatum, ex eo quod vinculum amicitiæ, quæ inter exteriora bona præeminet, diſrumpere conatur; ac per conſequens murmurationem, prout cum ea coniungitur, eſſe etiam peccatum grauiſſimum. obligarique huiuſmodi murmuratores ad propoſitum reconciliationis, antequam abſoluantur, vel ſaltem ſatisfactionis damnorũ inde ſecutorum, arbitrio boni viri. *Nauar. Iac. de Graphijs.* Secundo ſumitur murmuratio, prout eſt coniuncta cum detractione, vt fere contingit. Nam vt ait Caiet. verbo Detract. *ſecundum rem detrahitur illi contra quem murmuratur, tanquam iniuſte & irrationabiliter ſe habeat vel habuerit.* Et tunc eſt etiam peccatum mortale, ſicut & ipſamet detractio eſt peccatũ mortale ex ſuo genere. *ex Caiet. & Syluest. verbo Detractio.* D. *Tho. Greg. de Valent.* Tertio ſumitur murmuratio, prout cõiuncta eſt cum impatientia; *Holkot citatus à Syluest. verbo Murmuratio.* Definitur autẽ, querela impatiẽs & iniuſta in ijs, quæ deberet homo patiẽter ferre. Sicut Religioſus dicitur murmurare, quãdo cõqueritur de re quapiã iuſta, quã

*Quale peccatũ ſit murmuratio*

*2.2.q.74. ar. 2. in 2.2. Diſp. 5. q.18. punc.1*

*Ad quid murmurator obligetur.*

*Cap.18. Mann. num.13.*

Li. 2 Deciſio. *aure. ca.139.*

*2.2.q.73. art. 2. in 2.2. Diſp 5. q.17. punct. 1. & 2.*

*Religioſus quãdo cenſeatur murmurare.*

passus est à suo Prælato: vel certè de iniuria, sed non debito modo, non vbi, non quando, non quomodo, neque apud eos, quorum est prouidere. Ita Syluest. & Tabina *verbo Murmuratio*. Est autem murmuratio hoc tertio modo sumpta, nunc mortale, nunc veniale peccatũ, iuxta materiæ grauitatem vel leuitatem; nec non scandali, præcepti contra quod fit, & corruptionis Auditorum; & iuxta conditionem personarum apud quas vel de quibus murmuratur, & aliarum circumstantiarum, quæ hoc peccatum aggrauare vel minuere solẽt, quod generali Regula præscribi nequit.

*Murmuratio modo est mortalis, modo venialis.*

*Tertia Instructio.* In Claustro vix est aliquid peius murmuratione, quia opera obedientiæ quantumuis bona commaculat: quantumcũque enim Religiosus bona ex obedientiæ præcepto operetur, si murmurationem admisceat, bona illa ita inficit, vt nullius sint valoris ad gratiam vel gloriam. Murmuratio enim aduersatur ipsi Obedientiæ, sine qua opera nostra nullius sunt ponderis & momenti apud Deum: *& sine qua* (inquit Eucher. Lugdun.) *animarum opera non respiciuntur, ieiunia non audiuntur, & vota non suscipiuntur*, & est quædã rebellionis species, qua subditus se facere aliquid vel pati non libenter, sed vi & metu Superioris conqueritur. Hinc est, quod sanctissimus Pater noster Augustinus, de suorum salute sollicitus, ipso Regulæ suæ, quam eis præscribebat, initio, diligenter inculcarit, vt à murmuratione abstinerent. Nouerat ille bona illa, quę Regulæ obtemperando operari poteramus, nullius fore valoris, si fermento murmurationis, quę totam massam corrũpit,

*Murmuratio opera bona commaculat.*
*Murmuratio aduersatur obedientiæ.*
*Homil. 3. ad Monachos.*

condirentur; propterea inclamat: *Nemo cum murmure aliquid faciat*. Hoc intellexit Diuus Gregorius magnus cum alicubi, *nullum murmurantem regnum cœlorum accepturum asserit*. Et quid mirum; cum is qui murmurat obediẽs esse desinat,& Deus Obedientiæ amator non sit facturus sui copiam ei qui neglexerit Obedientiam? vt ait D. Bernardus *super Cantic.* quodam Sermone. Clara etiam est hæc tertia instructio ex D. Basilio, qui in Regulis fusioribus, Opera murmurantium non solum alicuius esse valoris negat, sed etiam cum cæterorum operibus non esse permiscenda, ne ea inficiant, edocet. Eius hæc sunt verba. *Cæterum si quis murmurasse, aut plus æquo extulisse se animaduersus fuerit, huius opus nequaquã cum illorum commisceri operibus debet, qui humiles sunt spirituque contriti, nec id vllo modo in pietatis veræ cultorum vsus erogari, siquidem quod altum est hominibus id abominabile est apud Deum: eoque magis quod hac de re est præceptum Apostoli, qui quidem sic dicit, Neque murmuraueritis, sicut quidam murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore. Itemque alio in loco: Non ex tristitia, aut ex necessitate. Ingratum est igitur istiusmodi hominum opus, veluti sacrificium immundum, eoque neutiquam fas sit mistum aliorum in scripijs operibus. Si enim qui alienum ignem altari admouerunt, ea re grauem adeo in se Dei iram experti sunt; qui non obsecro periculosum sit, opus quod ab animi affectione Deo inuisa proficiscatur, ad exequenda mandata ipsius admittere? &c.*

Respons. ad Interrog. 29.

Opus murmurãtis nõ debet cum aliis misceri.

1. Cor. 10.

2. Cor. 9.

Leuit. 10.

*Quarta instructio*. In Claustro vix est aliquid peius murmuratione: quia ijs, apud quos murmuratur, offensionis siue scandali ansa sic

Murmuratio est malũ sui diffusiuum.

præbetur, vt ad idem præstandum inuitentur. Malum quippe murmurationis est sui diffusiuum. Sicut (Humberto teste) porco vno grũniente alij grunnire incipiunt, ita murmuratio vnius alios ad murmurandum inducit. Et hoc est quod notatur de Terræ promissionis exploratoribus, qui reuersi cum murmuratione, murmurare fecerunt contra Moysen omnem multitudinem. Ob hanc causam existimo peccatum istud esse maximè Deo odiosum, teste D. Paulo, qui catalogum grauissimorum peccatorum describens, cum ad detractores siue murmuratores peruenit, Deo esse odibiles pronunciauit. Etsi enim omnia peccata Deo sint odiosa, illa tamen peculiari nomine Maiestati Diuinę odiosa dici videntur, quę ita sunt vnius peccata, vt ad plurimos extendantur; sicut peccatũ hæresis, de quo idem Paulus asserit, quod *sermo eorum vt cancer serpit*; atque huiusmodi etiam est peccatum murmuratio. Nam illud quod hic dicit, ex alijs, ab alijs; adeo vt plurimi illa prima peste inficiantur. Quod nobis significare Deus ipse voluit, cum Mariam murmurantem contra fratrem suum Moysen, lepræ potius, quàm alterius morbi lue percuti voluit. Est enim inter morbos lepra maximè contagiosa, quæque alios celerrimè inficit. Quod perpendentes Patres octauæ Synodi, statuerunt, vt qui murmurat, is alienus sit à Fratrum societate, non minus quam leprosus, ab hominum conuersatione, & opus eius, id est, oblatio eius, non minus quam excommunicati abijciatur.

*Num. cap. 14.*

*Epist. ad Rom. cap. 1.*

*Murmuratores Deo odiosi*

*2. ad Tim. 2.*

*Murmuratio inficit auditores.*

*Refertur dist. 90.*

*Murmurator tanquam excommunicatus reijcitur.*

*Quinta Instructio.* In Claustro vix est aliquid murmuratione peius, quia qui murmu-

*Qui murmurat cõtra Præla-*

rat contra Prælatos, contra Deum (cuius tenent locum Prælati) murmurat, & quasi in eum insurgit, quod tales Prælatos dederit, vel quod talia præcepta Prælatorum iussu adimplenda condiderit. Quod Moyses innuere voluit, cum Hebręos contra se murmurantes sic est alloquutus. *Audiui murmur vestrum contra Dominum: nos vero quid sumus, quia mussitastis contra nos? Nec contra nos est murmur vestrum, sed contra Dominum.*

*tos in Deum insurgere videtur.*

*Exod. ca. 16.*

*Sexta Instructio.* Vix est aliquid in Claustro peius murmuratione, quia murmurator nemini, ne quidem Patri suo parcit. Est enim Pręlatus Pater spiritualis, vt docet D. Augustin. agens de honore, quem debent Subditi Prælatis, his verbis. *Præposito suo reuerentiam deferant, Patrem suum post Deum honorent.* Murmuratio autem Religiosorum est communiter contra Prælatos suos, quibus minus parcũt quã Chã patri suo Noe, dũ eius verenda detexit. Adeo verũ est quod dicitur, *Vir Fratri suo non parcit.*

*Murmurator nemini parcit.*

*Cap. 1. suæ Regulæ.*

*Septima Instructio.* Vix est aliquid in Claustro murmuratore peius, quia nullus potest eius sagittas auertere, & linguã cohibere. Quantũcunque enim Prælatus sit iustus & timoratus, paleã habet cũ grano in suæ conuersationis horreo. Nullus est in hac vita perfectus, *si dixerimus quoniam peccatũ non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est.* Murmurator autẽ relicto grano, paleã mordet. Habes pomũ pulchrũ præ manibus, ꝙ tamẽ modicũ putredinis habet, accedẽs musca nõ frusta sana, sed putrefacta, quãtũuis exigua mordebit; sic murmurator licet in Pręlato suo plurimas, easque perpulcras virtutes cõspiciat, ad exiguũ aliquẽ

*Nullus potest sagittas murmurantis detorquere.*

*1. Ioan. 1.*

defe

est. Periculum enim est, ne Choro addicti, expletis Diuinis officijs, otio pereant. Accedit quod Monasterij necessitas id aliquando etiam nunc requirat, quæ erāt duæ ex causis, ob quas antiquitus Religiosi maximā diei partē in labore cōsumebāt, vt patet ex Cassiano de spiritū Acediæ, D Basilio in Regulis fusius disputatis. 42. & in Regul. breuior. & in Epistola de vita solitar. ad Nazian.

*Quartò*, quia Religiosi spiritualibus exercitijs semper dediti esse non possunt. Vnde necessarium est exercitium corporale, vt semper occupentur, & otium fugiant Nam tempus quod post spiritualia exercitia reliquum est, ludis perpetuis terere nō decet Religiosum, sed Epicurū. Id tamen communiter fit, nisi Prælatus de honesta occupatione prouideat. Quod quam periculosum sit, in sequenti Speculo videbitur.

## *SPECVLVM VII*

In quo apparet, quam periculosus sit illorum Religiosorum status, qui otio vacant.

Bernard. Serm. 39. in Cain.

*Luxuriæ currus quadriga voluitur vitiorum: in gluuie videlicet ventris, libidine coitus, mollitie vestium, otij soporisq́; resolutione. Trahitur equis æque duobus, prosperitate vitæ, & rerum abundantia: & qui his præsident duo, ignauiæ torpor & infida securitas.*

Matth. 20.

*Quid hic statis tota die otiosi?*

PRima *Instructio*. In eos hæc Dominica torqueri potest obiurgatio, qui cum Horarum pensum festini percurrerint, eò perducti sunt, vt salua

sibi omnia arbitrentur, relictis ieiunijs, silentio violato, Paupertate cum Obedientia, nec non plerumque Pudicitia, cæterisque Regularibus obseruantijs è Cœnobio relegatis penitus & exterminatis: In eos (inquam) Dominica hæc obiurgatio torqueri potest, qui eò perducti sunt, vt Monasticę professioni & Monasteriorum fundatoribus; imò ipsi Deo se fecisse satis glorietur, cum Horarum pensum quoquo modo persoluerint; existimãtes quod superest temporis (quod modicũ non est, quia in recitandis Horis velociores equis aguntur) ita suum esse, vt illud ludis, somno, iocis, fabulis & compotationibus absumere sine vllo scelere possint: ac si Acedia, otium, pigritia, & irreparabilis temporis iactura mortaliũ criminũ albo plerumq; non ascriberentur, nec iã septẽ, sed sex tãtũ Capitalia peccata existerẽt.

*Post tantatas Horas non est indulgendum otio.*

Porro quantopere otium in Monasterijs officiat, ex sequentibus videamus.

*Secunda Instructio.* Principio quidẽ qui otio se dedit in Monasterio, hostibus præcipue ad libidinẽ incitantibus se exponit. Nam (vt dicit D. Augustinus alicubi) *Non facile capitur à tentatore, qui bono vacat exercitio.* B. Hieronym. autem, *Semper aliquid boni operis facito, vt te diabolus inueniat occupatum.* Antiquitus apud quosdam barba promissa prohibebatur, ne per illam ab hostibus in conflictu milites apprehenderentur. Barba, qua nos Religiosi ab hoste apprehendi, superarique possumus, est otium. Quare, de eo loquens Apostolus, monebat, *Nolite locum dare diabolo.* Sancta occupatio est veluti murus nostræ ciuitatis interioris. Qui otium sectatur, huiusmodi

*Otio deditus diabolo animæ suæ ostiũ aperit.*

*Epist. ad Rusticum.*

*Ephes. 4.*

*Locus Diaboli est anima otiosa.*

murum

murum inuertit, ac propterea aditum pate facit diabolo. Hinc est quod ille occasionem hanc nos inuadendi nunquam negligat. Et nactus occasionem nos inuadendi, vide, quid se facturum iactet. *Ascendam ad terram absque muro, veniam ad quiescentes habitantesque secure.* Nimirum sicut volucres sagittarius telo non traijcit, nisi quiescentes, ita neque nos aduersarius noster nisi sancta occupatione vacuos: à quo Dauid Rex tunc solum ictus est, cum domi otiosus corporis mentisque oculos in Bersabeam intendit.

*Ezech. 38.*

*2. Reg. 11.*

Audiamus quo experimento hac in parte doctus extiterit Isidorus de summo bono. *Plurimos* (inquit) *in seculo aspexi præ solicitudinibus & curis, occupationibusque & vigiliis mundanis proprij corporis insanos motus effugisse: eos ipsos tamen, cum exuti curis omnibus ad Monasticam vitam conuolassent, turpiter atque mirabiliter corporis commotione sordidatos.* Hinc colligere possumus, quantum faciat ad Castitatis custodiam corporis & animi occupatio. Itaque sapienter ille idem hortatur, *Dei seruum sine intermissione, legere, orare, & operari oportet, ne forte in mentem otio deditam spiritus fornicationis subrepat: cedit enim labori voluptas, animum autem vacantem cito praeoccupat.*

*Exuti curis exponuntur periculis violandæ Castitatis.*

*Lib. 3. cap 20 de summo bono.*

*Otium Castitati insidiatur*

*Tertia Instructio.* Magnopere officit otium: quia illud est omnium tentationum, cogitationumque malarum sentina. Qui ergo his carere desiderat, nunquam sit otiosus: alioqui *circumdabunt eum salices torrentis*, id est, infructuosę delitiarumque plenę cogitationes. Sicut est impossibile cauere ne vepres, tribulique in agro nascantur, nisi diligenter excolatur; sic

*Otium est omnium tentationum seminarium.*

*Iob. 40.*

factu impossibile est à malis cogitationibus cauere, nisi bonis occupatus fueris operibus. *Per agrum* (inquit Sapiens) *hominis pigri transiui, & per vineam viri stulti: & ecce totum repleuerant vrticæ, & operuerant superficiem eius spinæ.* Legimus in vitis Patrum, quod tres sunt virtutes Sathanæ. Prima est obliuionis, quia vt in obliuionem inducat, rapit semen verbi Dei de corde hominis. Secunda negligentiæ & otij; quia in otiosis zizania seminat impudicarum cogitationum. Tertia concupiscentiæ; quia per concupiscentiam oculorum multa mala ingerit. Nullus nostrum est, qui non experiatur, se multis iactari cogitationum inanium fluctibus, dum in otio est. Ea propter (vt dicit Ecclesiasticus) *mittere oportet seruum suum* id est, corpus nostrum, *in operationem, ne vacet: multam enim malitiam docuit otiositas* Hæc enim verissimo Prophetę testimonio, *fuit iniquitas Sodomæ: abundantia panis & otium. Sicut enim* (vt bene quodam loco D. Bernardus) *per rimam sentinæ aqua latenter intrat, & excrescit, donec nauis per nautarum incuriam demergitur: ita ex otio atque ignauia cogitationes prauæ & concupiscentiæ multiplicantur, donec nauis cordis eis succumbens, in peccato periclitetur. Et sicut aqua* (vt ait Beatus Laurentius Iustinianus) *quæ caret decursu, & iacet in foueis, putrescit, ac humano vsui aliena efficitur, repleturque animalibus venenatis & noxiis: ita etiam corpus otij labe confectum, concupiscentiarum carnalium parit infamiam.* Vnde hæc erat in ÆEgypto ab antiquis Patribus celebrata sententia: *Operantem Monachum*, videlicet, *Dæmone ab vno pulsari:*

Prouerb. 24.

*Tres sunt virtutes Sathanæ*

Ezech. 16.

*Lib. de perfectionis gradibus cap. 9.*

*Otiosus multis est spiritibus obnoxius.*

Lib. 10. c. 23.

*otiosum vero innumeris spiritibus obnoxium esse.* Cassia.

Religiosus otiosus semper est egenus. Prou. 28.

*Quarta Instructio.* Magnopere nocet otium, quia Religiosus otio vacās semper est egenus, id est, bonis operibus vacuus. Hoc est quod Sapiens, apertis declarat verbis. *Qui sectatur otium, replebitur egestate*, visibili videlicet vel inuisibili. Videsne Religiosum in virtutibus sterilem, & miraris? Desine mirari, *in promptu causa est, desidiosus erat.*

Otium generat tædium. C

Mos quorundam.

*Quinta Instructio.* Nocet etiam otium in hoc quod generat tædium. Credite mihi, Fratres, nulla alia assignari potest causa, cur tot Monasticen professi, Religionis onera fastidiāt, quàm quod otiū sectentur, quàm quod horis Canonicis quomodolibet decantatis, quod reliquum est temporis, otio consumant. Hinc videas eos modò Claustrorum marmora terere, modò coquinam ingredi, modô Dormitorium conscendere, modò ad hortum pergere, modò per cancellos prospicere. Et quid has vicissitudines comitatur? tædium. Et vnde hoc tædium? Ex otio. *Huius ægritudinis* (vt bene annotat Cassianus) eleganter causam expressit Psalmographus hoc versiculo. *Dormitauit anima mea præ tædio*, id est, Acedia. Propriè satis non corpus dixit, sed animam dormitasse, quia quoquo vertatur anima otiosi, semper dormitat, præ tædio: nec eam, quam otio in Claustris quęsiuit requiem, in coquina, vel Dormitorio, vel cancellis, vel horto reperire poterit, sed quamdiu animam otio diffluere permiserit, tamdiu tædiū tanquā comitem indiuiduū, obuium habebit. Id probè diuinitus intellexit Antonius ille magnus: nam (vt narrat Sabellius)

Lib. 19. cap. 4.

Psalm. 118.

*cus) eum aliquando eremi tædium subijt, dubiusque consilij clamasse fertur: Seruari cupio, sed cogitatio aduersatur. Hic mirum accidit, media animi fluctuatione, videre visus est hominem Monastico habitu nunc calathos texentem, nunc orationi intentius vacantem, auditamque supernè vocem: Et tu sic facias. Quod oraculũ sequutus, per hæc duo tam constanter perseuerauit, vt omniũ Monasticæ disciplinæ sit obseruãtissimus iudicatus.*

*Visio Diui Antonij.*

*Sexta instructio.* Has ob causas antiqui Religionis cultores, otium adeo detestati sunt, vt ad inutiles operas, quando non occurrebant vtiles, se conuerterent. De Paulo Abbate Marul. testatur, quod in AEgypti eremo (cui Porphyrio nomen est) consideus, cum sibi ad victum hortulus, quem ipse fecerat, & palmarum ferax regio satis essent; quotidie tamen aliquot horis palmæ texturæ operam impendebat; ea vero quæ texuerat, annis singulis cõcremabat. Septima enim & eo amplius mansione ab omnibus hominum habitaculis remoto, neque dare illa cuiquam, nec vendere promptum erat. Quotidianus igitur labor, non nisi fugiẽdi otij causa insumebatur. Quod si desidię, torporique se dedisset, neque in deserto solus permanere, nec ad perfectionem sanctitatis peruenire potuisset: *multam enim malitiam docuit otiositas*. Idem ibidem testatur Monasterij Thebaidis Antistita illa, quæ Euphraxiæ Deo sacratæ virgini, & adhuc puellæ, præter domesticos, id est, communes cum alijs labores hoc iniunxit, vt quotidie magnum lapidum aceruum de loco ad locum transferret, & translatos rursum restitueret. Quamuis enim ieiunijs, vigilijsque

*Ex Caßian. li. 10. ca. 34.*
*Lib. 3. ca. 9.*
*Exercitium S. Pauli Eremit.*

*Ecclef 33.*
*Inutiles operæ otii fugiendi causa susceptæ*

haud parum eam fatigare cerneret, timebat tamen, ne si quicquam paulo remissius egisset, aliqua residens iuuenili in corpore turpis cogitationis scintillula, incendium excitaret peccati: eam autem sopiri, vel etiam extingui posse hoc exercitationis additamento sperabat. Neque ipsam spes fefellit; quandoquidem satis constat Euphraxiam virginem inter sorores, virtute atque integritate præstitisse.

## MANDATVM 2.

*Hoc mandatũ obligat sub mortali, nisi leuitas excuset materiæ.*

Nemo sibi aliquid vendicet proprium siue in vestimento, siue in quacumque re: Apostolica enim vita optamus viuere.

## *SPECVLVM II.*

*In quo videtur, quale peccatum committat Religiosus vsurpans sibi rem aliquam Monasterij.*

P*rima instructio.* Hic tantùm agemus de Proprietate, quæ scrupulum nõ nullis, etiam difformatis mouet, non autem de ea, quæ in multis Monasterijs sine scrupulo regnare videtur; de qua Mandato 19. Sit igitur

*Religiosus non potest vsurpare res Monasterij sine peccato.*

*Secunda instructio.* Religiosus vsurpãs sibi, & detinens rem aliquam Monasterij sine consensu Prælati, committit vitium Proprietatis, & furtum. Ariostis in Enchiridio sub finem, vbi de Paupertate. Aluarus de planctu Ecclesiæ: quod furtum & proprietatis vitium,

quando sit mortale, quando vero veniale, sequens Instructio docebit. *Lib.2.art.64 in fine.*

*Tertia Instructio.* Furtum in Religioso, siue in Seculari est mortale, nisi leuitas materiæ excuset. Syluest. *verbo Religio.* Non reputatur autem leuis materia à Gregor. de Valent. 22. si excedat duos vel tres Bizios: à Nauar. si septem, vel decem asses: ab insigni Doctore, & Card. Toleto, si quattuor Iulios. Communis autem sententia est peccatum esse mortale, si excedantur decem asses: quam ego sequendam à nostri Ordinis professoribus existimarem, nisi sententia Toleti propius ad Statutorum nostrorum censuram accederet. Videntur enim illa *cap.22. dist.4.* requirere viginti asses ad constituendum furtum mortale; quandoquidem non punitur ibidem pœna furti Religiosus cedens beneficio, qui minus quàm viginti asses asportauerit. Dein. *cap. 11.d.3.* non incarceratur tanquam fur siue Proprietarius, nisi is qui viginti solidos, vel rem eius valoris surripuit. *Quando furtũ sit mortale. 6. q. 7. Instruct Sace. lib.5.Cap.16. vl.edit.Paris 1601.*

*Quarta Instructio.* Eadem quantitas rei malè vsurpatæ, quæ facit furtum in Seculari, sufficit ad vitiũ Proprietatis in Religioso. Nauar. *lib. 3 Concil.titul.de Regul.* Adeo vt iuxta Bullã Clementis Octaui moderni Pontificis peccatum reseruatum committat Religiosus, qui sibi ex rebus Monasterij vendicat, siue detinet inscio Superiore rem suo pretio excedentem viginti asses, & si in hoc Proprietatis vitio moriatur, sepeliendus sit in sterquilinio. Notat verò Nauar. *Concil. citat.* quod Carthusianis peccatum mortale est detentio trium solidorum, & quod morientes in proprietate *Quæ sit Proprietas mortalis in Religioso. Concil. 75. n. 18.*

duodecim denariorum Christiana priuantur sepultura.

## MANDATVM 3.

Nemo cum murmurio aliquid faciat, vt non simili iudicio murmuratorum pereat.

*Hoc mandatũ obligat sub mortali, vel veniali, pro magno, vel paruo murmurationis pondere, & malitia murmurantis.*

### *SPECVLVM IX.*

*In quo apparet, quantum sit malum murmuratio.*



*Rima Instructio.* Duodecim abusiones Claustri ab Hugone *lib. 11. de Animæ Claustro* numerantur, quibus tota Religionis massa corrumpitur. Videlicet Prælatus negligens, Discipulus inobediens, Iuuenis otiosus, Senex obstinatus, Monachus curialis, Monachus causidicus, habitus pretiosus, cibus exquisitus, rumor in Claustro, lis in Capitulo, dissolutio in Choro, & irreuerentia circa Altare. Inter hos abusus non immerito rumor in Claustro, siue murmuratio numeratur. Nihil enim in Claustro communius murmuratione, & vt nihil communius, ita vix aliquid peius: vt ostendemus sequentibus instructionibus.

*Abusiones Claustri.*

*Secunda instructio.* In Claustro vix est aliquid peius murmuratione, quia quocumque modo sumas murmurationem, semper est peccatum. Tribus autem modis sumitur; primo, prout est coniuncta sub susurratione, inquantum est causa, cur inter aliquos bonum amicitiæ dis-

*Quot modis sumatur murmuratio. Art. 8. vide & art. 80.*

soluatur.

soluatur. Aluarus *lib. 2. de planctu Ecclesiæ;* & hoc modo sumpta, prout coincidit in susurrationem, estque causa cur amicitia dissoluatur inter Prælatum & Religiosos, est peccatum mortale grauius ipsa detractione. D. *Tho. Greg. de Valentia, Syluester & Tabiena verbo Susurratio.* Cum enim susurratio ex eodem Sylueſt. *post D. Tho. q. cit.* sit oblocutio mala de proximo facta occultè ad diuidendam amicitiam aliquorum, sequitur susurrationem esse grauissimum peccatum, ex eo quod vinculum amicitiæ, quæ inter exteriora bona præeminet, disrumpere conatur; ac per consequens murmurationem, prout cum ea coniungitur, esse etiam peccatum grauissimum. obligarique huiusmodi murmuratores ad propositum reconciliationis, antequam absoluantur, vel saltem satisfactionis damnorũ inde secutorum, arbitrio boni viri. *Nauar. Iac. de Graphijs.* Secundo sumitur murmuratio, prout est coniuncta cum detractione, vt fere contingit. Nam vt ait Caiet. verbo Detract. *secundum rem detrahitur illi contra quem murmuratur, tanquam iniuste & irrationabiliter se habeat vel habuerit.* Et tunc est etiam peccatum mortale, sicut & ipsamet detractio est peccatũ mortale ex suo genere. *ex Caiet. & Sylueſt. verbo Detractio.* D. *Tho. Greg. de Valent.* Tertio sumitur murmuratio, prout cõiuncta est cum impatientia; *Holkot citatus à Sylueſt. verbo Murmuratio.* Definitur autẽ, querela impatiẽs & iniusta in ijs, quæ deberet homo patiẽter ferre. Sicut Religiosus dicitur murmurare, quãdo cõqueritur de re quapiã iusta, quã

*Quale peccatũ sit murmuratio*
2.2.q.74.ar.2. in 2.2. Disp. 5.q.18.punc.1

*Ad quid murmurator obligetur.*

*Cap.18. Man. num.13.*
Li.2. Decisio. aure. ca.139.

2.2.q.73.art.2. in 2.2. Disp. 5.q.17.punct.1. & 2.
*Religiosus quando censeatur murmurare.*

passus est à suo Prælato: vel certè de iniuria, sed non debito modo, non vbi, non quando, non quomodo, neque apud eos, quorum est prouidere. Ita Syluest. & Tabina *verbo Murmuratio*. Est autem murmuratio hoc tertio modo sumpta, nunc mortale, nunc veniale peccatũ, iuxta materiæ grauitatem vel leuitatem; nec non scandali, præcepti contra quod fit, & corruptionis Auditorum; & iuxta conditionem personarum apud quas vel de quibus murmuratur, & aliarum circumstantiarum, quæ hoc peccatum aggrauare vel minuere solẽt, quod generali Regula præscribi nequit.

*Murmuratio modo est mortalis, modo venialis.*

*Tertia Instructio.* In Claustro vix est aliquid peius murmuratione, quia opera obedientiæ quantumuis bona commaculat: quantumcũque enim Religiosus bona ex obedientiæ præcepto operetur, si murmurationem admisceat, bona illa ita inficit, vt nullius sint valoris ad gratiam vel gloriam. Murmuratio enim aduersatur ipsi Obedientiæ, sine qua opera nostra nullius sunt ponderis & momenti apud Deum: *& sine qua* (inquit Eucher. Lugdun.) *animarum opera non respiciuntur, ieiunia non audiuntur, & vota non suscipiuntur*, & est quædã rebellionis species, qua subditus se facere aliquid vel pati non libenter, sed vi & metu Superioris conqueritur. Hinc est, quod sanctissimus Pater noster Augustinus, de suorum salute sollicitus, ipso Regulæ suæ, quam eis præscribebat, initio, diligenter inculcarit, vt à murmuratione abstinerent. Nouerat ille bona illa, quę Regulæ obtemperando operari poteramus, nullius fore valoris, si fermento murmurationis, quę totam massam corrũpit,

*Murmuratio opera bona commaculat.*

*Murmuratio aduersatur Obedientiæ.*

*Homil. 3. ad Monachos.*

con-

conderentur; propterea inclamat: *Nemo cum murmure aliquid faciat*. Hoc intellexit Diuus Gregorius magnus cum alicubi, *nullum murmurantem regnum cœlorum accepturum asseruit*. Et quid mirum; cum is qui murmurat obediēs esse desinat, & Deus Obedientiæ amator non sit facturus sui copiam ei qui neglexerit Obedientiam? vt ait D. Bernardus *super Cantic.* quodam Sermone. Clara etiam est hæc tertia instructio ex D. Basilio, qui in Regulis fusioribus, Opera murmurantium non solum alicuius esse valoris negat, sed etiam cum cæterorum operibus non esse permiscenda, ne ea inficiant, edocet. Eius hæc sunt verba. *Cæterum si quis murmurasse, aut plus æquo extulisse se animaduersus fuerit, huius opus nequaquā cum illorum commisceri operibus debet, qui humiles sunt spirituque contriti, nec id vllo modo in pietatis veræ cultorum vsus erogari, siquidem quod altum est hominibus id abominabile est apud Deum: eoque magis, quod hac de re est præceptum Apostoli, qui quidem sic dicit, Neque murmuraueritis: sicut quidam murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore. Itemque alio in loco: Non ex tristitia, aut ex necessitate. Ingratum est igitur istiusmodi hominum opus, veluti sacrificium immundum, eoque neutiquam fas sit mistum aliorum in seripijs operibus. Si enim qui alienum ignem altari admouerunt, ea re grauem adeo in se Dei iram experti sunt; qui non obsecro periculosum sit, opus quod ab animi affectione Deo inuisa proficiscatur, ad exequenda mandata ipsius admittere?* &c.

Respons. ad Interrog. 29.

Opus murmurātis nō debet cum aliis misceri.

1. Cor. 10.

2. Cor. 9.

Leuit. 10.

*Quarta instructio*. In Claustro vix est aliquid peius murmuratione: quia ijs, apud quos murmuratur, offensionis siue scandali causa sit

*Murmuratio est malū sui diffusiuum.*

præbetur, vt ad idem præstandum inuitentur. Malum quippe murmurationis est sui diffusiuum. Sicut (Humberto teste) porco vno grunniente alij grunnire incipiunt, ita murmuratio vnius alios ad murmurandum inducit. Et hoc est quod notatur de Terræ promissionis exploratoribus, qui reuersi cum murmuratione, murmurare fecerunt contra Moysen omnem multitudinem. Ob hanc causam existimo peccatum istud esse maximè Deo odiosum, teste D. Paulo, qui catalogum grauissimorum peccatorum describens, cum ad detractores siue murmuratores peruenit, Deo esse odibiles pronunciauit. Etsi enim omnia peccata Deo sint odiosa, illa tamen peculiari nomine Maiestati Diuinę odiosa dici videntur, quę ita sunt vnius peccata, vt ad plurimos extendantur; sicut peccatũ hæresis, de quo idem Paulus asserit, quod *sermo eorum vt cancer serpit*; atque huiusmodi etiam est peccatum murmuratio. Nam illud quod hic dicit, tu alijs, ab alijs; adeo vt plurimi illa prima peste inficiantur. Quod nobis significare Deus ipse voluit, cum Mariam murmurantem contra fratrem suum Moysen, lepræ potius, quàm alterius morbi lue percuti voluit. Est enim inter morbos lepra maximè contagiosa, quæque alios celerrimè inficit. Quod perpendentes Patres octauæ Synodi, statuerunt, vt qui murmurat, is alienus sit à Fratrum societate, non minus quam leprosus, ab hominum conuersatione, & opus eius, id est, oblatio eius, non minus quam excommunicati abijciatur.

*Num. cap. 14.*

*Epist. ad Rom. cap. 1.*

*Murmuratores Deo odiosi*

*2. ad Tim. 2.*

*Murmuratio inficit auditores.*

*Refertur dist. 90.*

*Murmurator tanquam excommunicatus reijcitur.*

*Quinta Instructio.* In Claustro vix est aliquid murmuratione peius, quia qui murmu-

*Qui murmurat cõtra Præla-*

rat contra Prælatos, contra Deum ( cuius tenent locum Prælati ) murmurat, & quasi in eum insurgit, quod tales Prælatos dederit, vel quod talia præcepta Prælatorum iussu adimplenda condiderit. Quod Moyses innuere voluit, cum Hebręos contra se murmurantes sic est alloquutus. *Audiui murmur vestrum contra Dominum: nos vero quid sumus, quia mussitastis contra nos? Nec contra nos est murmur vestrum, sed contra Dominum.*

*tos in Deum insurgere videtur.*

*Exod. ca. 16.*

*Sexta Instructio.* Vix est aliquid in Claustro peius murmuratione, quia murmurator nemini, ne quidem Patri suo parcit. Est enim Pręlatus Pater spiritualis, vt docet D. Augustin. agens de honore, quem debent Subditi Prælatis, his verbis. *Præposito suo reuerentiam deferant, Patrem suum post Deum honorent.* Murmuratio autem Religiosorum est communiter contra Prælatos suos, quibus minus parcũt quã Chã patri suo Noe, dũ eius verenda detexit. Adeo verũ est quod dicitur, *Vir Fratri suo non parcit.*

*Murmurator nemini parcit.*

*Cap. 1. suæ Regulæ.*

*Septima Instructio.* Vix est aliquid in Claustro murmuratore peius, quia nullus potest eius sagittas auertere, & linguã cohibere. Quantũcunque enim Prælatus sit iustus & timoratus, paleã habet cũ grano in suæ conuersationis horreo. Nullus est in hac vita perfectus, *si dixerimus quoniam peccatũ non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est.* Murmurator autẽ relicto grano, paleã mordet. Habes pomũ pulchrũ præ manibus, ꝙ tamẽ modicũ putredinis habet, accedẽs musca nõ frusta sana, sed putrefacta, quãtũuis exigua mordebit; sic murmurator licet in Prȩlato suo plurimas, easque perpulcras virtutes cõspiciat, ad exiguũ aliquẽ

*Nullus potest sagittas murmurantis detorquere.*

*1. Ioan. 1.*

defe

defectum, linguæ suæ venenatę spicula conuertit, sicque non minus quàm vultur cadaueribus, depascitur. In hoc coruis, alijsque huius generis auibus persimilis, quæ eminus putrefactas fœtidasque carnes persentiunt, integras verò & viuas ne leuiter quidem olfaciunt. Sues nimirum imitantur, quæ neglectis mundis, selectisque locis, turpissimo cœno delectantur, despectisque ciborum delitijs, duris sese glandibus opplent. Imitātur etiam Ciconiam, cui vsus consuetudoque virulentis solum bestiunculis vesci dedit. Multas enim præclarasque Prælatorum suorum virtutes fastidiunt, & ipsorum solis defectibus, quantumuis exiguis delectantur, ipsisque solis, vt murmurationibus suis pabulum præbeant, vescuntur. In illa statua quam vidit Nabuchodonozor erat aurum, argentum, & æs. In pedibus vero partem habebat fictilem: & abscissus, seu cadens de monte lapis non aurum, neque argentum, aut æs percussit, sed ad fictilem partem accedens, illam contriuit, & ita tota statua comminuta est. Sic Prælatis accidere solet, qui licet diuersis virtutum metallis sint exornati, habeant aurum Charitatis, argentum Sapientiæ, æs optimæ famæ, si aliquam partem, vt homines sunt, habeant fictilem, id est, defectum aliquem exiguum, cadit murmurator, quasi lapis, nec vero virtutes attingit, sed paru ū illud luti, illud cōfringit, de illo loquitur, ac murmurat, vt pulcherrimā illā imaginē deijciat ac prosternat. Hinc est quod Prælati iure cū Psalmographo hisce querimonijs cœlū pulsare possint *O Domine libera animā meā à labijs iniquis & à lingua dolosa. Heu mihi quia*

*incola*

Assimilatur Ciconiæ.

Natura murmuratorum. Daniel. 2.

Psal. 119.

*incolatus meus prolongatus est.* quantumcumque enim mores ad Regulæ, quam professi sunt, perpendiculum componant, semper experi untur sagittas murmurantis acutas. Adeo est Prælatorum status detractionũ & obmurmura tionũ ventis ac procellis obnoxius, & nihilo minus ad omnibus pene Prælationis culmen appetitur, quia discrimen ignoratur.

*Octaua. Instructio.* Vix est in Claustro aliquid peius murmuratione, quia semper pene habet adiunctā impœnitentiam, peccatum in Spiri tum sanctum, quod neque in hoc seculo, ne que in futuro remittitur. Murmurationis enim vitium adeo est familiare, vt vix aliquis ani maduertat quando murmuret, ac propterea vix possit resipiscere, ac de peccato dolere. Testis huius rei locupletissimus est D. Augu stinus, seu quisquis est auctor Sermonum ad Fratres in Eremo, qui sic eos in quodam Serm. alloquitur. *Nescio quid dicam de hac murmuratione, nisi quod omnibus ac singulis quibusque optimè consideratis minus malum esse ducerem, sitè adulterum quam murmuratorem perspicerē: ab adulterio enim citò te cohiberes, culpamque tuam agnosceres; sed ab hoc malo difficillime poteris resipiscere: vix enim quisquam reperitur, qui se murmuratorem esse cognoscat; vix potest debitam satisfactionem reddere, nec intelligere quantum alterius famam læserit, auditoribusque offecerit, qui postea malum multiplicant, quod ipse seminauit, cuiusque causa ipse fuit reuelans.*

*Murmuratio solet cũ impœnitentia coniungi.*

*In Ser. 26. & 45. Multa sunt de murmuratione & detractione.*

*Murmuratio peior est adulterio.*

*Nona Instructio.* Vix est in Claustro aliquid peius murmuratione, quia authoritatem Prælati sic eleuat, vt cæteris ansām contemnend.

*Murmuratio viam facit rebellioni.*

hanc

hanc potestatem, quæ à Deo est, & præceptis ab ea emanantibus resistendi præbeat, quod est rebellionis viam Confratribus sternere.

*Murmurator tenetur ad restitutionem*

*Decima instructio.* Vix est peccatum in Claustro, quod authorem suum magis excruciet; quam murmuratio, quia ipso per cõfessionem dimisso, manet restitutionis obligatio. Cum enim obmurmuratione Prælati fama lædatur, & authoritas eleuetur, murmurator nõ minus quàm detractor ad famæ, honoris, & authoritatis restitutionem tenetur. Quod volens fortassis innuere Gregor. magnus, vt nonnulli obseruarũt, detractores ac murmuratores cũ Dracone, de quo in Apocal. fit mentio, contulit. Draco autem in illo Apocal. loco dicitur habere caudam trahentem tertiam partẽ stellarum cœli, quod nihil aliud est quàm ad restitutionem obligare. Peccata enim caudam habentia, sunt ea, quæ restitutioni sunt obnoxia, & quæ non remittuntur nisi ablata reddãtur. Contendite ergo Fratres ab huius Draconis anhelitu vos temperare, & si aliquando vos ab eo colligari senseritis, damno, ad quod ratione obmurmurationis tenemini, satisfacere quam citissime curate: ne vos cauda illa ad æternam damnationem pertrahat.

*Cap. 12.*

*Murmurator damnationem iã inchoare videtur.*

*Vndecima Instructio.* Vix est peccatum in Claustro authori suo perniciosius murmuratione, quia murmurantes damnationem suam in hoc seculo inchoare videntur, cùm in conscientia perpetuis pene torqueantur obmurmurationibus (quod est proprium damnatorum) nihilque magis ex suis murmurationibus, quam damnati, reportent. Hanc pœnam videtur innuere D. Augustinus hic, cum ait;

vt non

*vt non simili iudicio murmuratorum pereat.* Iudicium enim murmuratorum tale fuit, vt apertis terræ visceribus Deus Dathan & Abiron, contra Moysen Prælatum obmurmurantes, prius inferno, quam morti addixerit. *Descenderunt enim*, ipsius Scripturæ testimonio, *viui in infernum, operti humo.* O stupendũ Dei iudicium! O pœnam murmurationis formidandam! & ex qua discere debemus, quàm odiosum Deo sit murmurationis contra Prælatos flagitium. Quod probè Doctor Gentium Paulus animaduertens, suos, vt ab hoc vitio caueant, hortatur. *Neque murmurauerìtis, sicut quidam eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore.* Murmuratori enim solet idem accidere quod papilioni. Ille circum lucernam volitans, eam omnibus modis conatur extinguere; sed nihil efficit, nisi quod adustis alis sibiipsi mortem consciscat: sic murmurator Prælati sui vitã ac mores perpetuò circuit, vt nominis eius flammam extinguat, sed ipse adustis nominis sui alis obruitur, & æternæ flammæ, nisi resipiscat, addicitur.

*Num. cap. 16. Murmuratores prius ab inferno absorbentur, quam moriantur.*

*1. Corinth. 10. Murmurator similis papilioni.*

## *SPECVLVM X.*

***In quo apparent remedia Prælatorum, & Subditorum contra murmuratores.***



*Rima instructio.* Hic ponitur duplex antidotum. Primum vtile est ad obturandum os murmuratoris. Secundum ad patienter ferendam murmuratoris linguam.

Quod

*Prælatus quomodo poterit murmuratorũ linguas effugere.*
*Cap. 1. Dist. 2 Ca. 11. Regul.*

Quod ad primum attinet. Prælati vt murmurantium ora concludant, debent sedulò vota sua Deo reddere, sic suos mores componere, vt Regulæ D. Augustini & Sanctus Ordinis plenè satisfaciant: quod fiet si iuxta Statutorum Decreta, *in Templo cum Fratribus Horarum pensum persoluant, in dormitorio iaceant, in Refectorio comedant, in Claustro Subditos verbo & exemplo pascant:* & vt [illegible] scribit D. Augustinus, *Si circa omnes, seipsos bonorum operum præbeant exemplum, corripiant inquietos, consolentur pusillanimes, suscipiant infirmos, patientes sint ad omnes: disciplinam libentes habeant, metuendi imponant. Denique si omnibus, quantum Monasterii facultates patiuntur, de necessariis prouideant. & se non existiment potestate dominante, sed Charitate seruiente felices.*

*Cap. 6. & 9. Dist. 3. Murmurantiũ pœna. Habetur Dist. 90. Decreti Grat.*

*Secunda Instructio.* His peractis, si nondum ora murmurantium, quibus nunquam est satisfactum, concluserunt, ad exhortationes, quibus peccati murmurationis grauitatem & incommoda ostenduntur, sese conuertant. Si neque his aliquoties repetitis, murmuratoris linguam domare possunt, addant pœnas in Statutis nostris contra infamatores & discordiarum seminatores positas; quas si ferre recuset, de Societate tanquam incorrigibilis ex decreto Regulæ nostræ proijciatur; si vero pœnam subit, sed pœna vitam nõ mutat; iuxta Decretum octauæ Synodi, alienus sit à Fratrũ vnitate, colloquium cum cęteris ei denegetur, & conuersatio cum cæteris, tam in Templo, quam Claustro, & Refectorio prohibeatur, & oblatio eius abijciatur, id est, tanquam excom-

municatus Sacramentorum vsu priuetur tamdiu, quamdiu linguam mutare se velle manifestis pœnitentiæ indicijs docuerit. Idque iuxta Dist. cit. 90. cuius verba sunt. *Si quis Monachus habetur, qui contentiosus aut murmurans extiterit, secundum arbitrium Prioris tamdiu pœniteat, quamdiu culpæ qualitas extat.* *Neque id* (vt ait D. Augustinus ibidem) *fit crudeliter, sed misericorditer, ne contagione pestifera plurimos perdat.* Et hæc sint remedia quibus vti debet Prælatus ad murmurationis linguam amputandam. Hoc remedium agnouit D. Basil. in Regul. breui, vbi sic ait. *Cum Apostolus dixerit, omnia facite sine murmurationibus & hæsitationibus; abalienatus est etiam qui murmurat, à coiunctione Fratrum, & similiter opus eius ab vsu illorum. Planeque qui huiusmodi est, hunc & diffidentiæ, & circa spem ambiguitatis morbo apparet laborare.* Idem autem author. *Exterminandi* (inquit) *à reliquorum societate detractor & detractoris auscultator. Detrahentem enim secretò proximo suo hunc persequebar.* & alibi: *Detrahentem nolito libenter audire ne sustollaris.* Et in Regulis fusioribus instruit pereleganter Prelatum, quo modo debeat se gerere erga contumacem & querulum, his verbis. *Quod si qui diutius in contumacia hæserint aduersus Antistitem clam queruli, nec in apertum voluerint sui mœroris causam prodere: hi perinde ac disceptationis inter Fratres exortæ autores, aut qui certissimam auctoritatem colliserint, & labefactarint eius, quæ Maiorum debetur præceptis, Obedientiæ, ac velut rebellionis & inobedientiæ magistri, prorsus à reliqua Fratrum familia exiguntor. Eijce enim è consilio pestilentem, inquit, &*

*Responsi ad Interrog 39.*
*Philippens. 2.*
*Detractor & auscultator sunt proiicien di è societate.*
*Responsi. ad Interrog. 26.*
*Psal. 100.*
*Responsi. ad Interrog. 47.*

*exibit cum eo iurgium.*

*Quomodo Religiosus debeat Confratris murmurationem compescere.*

*Tertia Instructio.* Inter remedia, quibus murmurationis morbum Subditus curare debet; hoc vnum est præcipuum, correctio fraterna, de qua agitur ca. 7. Regulæ nostræ. In hac autem correctione ostendatur, quantum sit peccatum murmurare contra Prælatos, quàm contagiosum, quàm periculosum, quam damnabile, quantis pœnis obnoxium, quàm Religioso, cuius esse est obedire, indignum; quod ex ipso Pythagora obseruatum à nonnullis est, cuius illud fuerit ad discipulum quendam suum egregiè dictum, *Noli adversus quempiā murmurare; est enim hoc abiectorum hominum.* Idem docens non recipiendas sub tecto hirundines, negabat obtrectatores, & murmuratores debere nobis esse familiares.

*Murmurare est abiectorum hominum.*

*Ex Plutar. qq. Conuiual. l. 8. c. 7.*

*Modus compescendi detractorem.*

*Quarta Instructio.* Quod si his se nihil efficere depræhendat, tristem ac verecundam faciem murmuranti ostendat. Documentum est D. Hieronymi, qui murmurantium contra se aculeos expertus, hoc vtendum remedio ad Rusticum Monachum scribens, hac similitudine declarauit. *Sicut sagitta si mittatur contrà duram materiam, nonnunquam in mittentem reuertitur, & vulnerat vulnerantem: illudque Psalmi completur. facti sunt mihi in arcum prauum: & illud. Eccles. Qui mittit in altum lapidem, recidet super caput eius: ita detractor cum tristem faciem viderit audientis, imo ne audientis quidem, sed obturantis aures suas, ne audiat iudicium sanguinis, illico conticescit, pallet vultus, hærent labia, lingua siccatur.*

*Psal. 77.*

*Eccl. 27.*

Et certè magna præbetur ei, apud quem fit murmuratio; occasio tristitiæ. Imprimis mur-

*Fit iniuria ei, apud quem*

mu

murator sinistram habet de audiente opinionem. Si enim non existimaret eum sui similē, & hoc vitio contaminatum, coram eo peccatū hoc committere erubesceret. Veluti blasphemus, si planè perditus non est, coram eo qui benedicere Deum solet, blasphemię linguam continebit; Fornicator, si quid adhuc habet verecundię, corā eo, quem pudicum existimat, impuritati suæ frena laxare formidabit: Sed si quis ganeo vel impurus helluo occurrat, apud eum quicquid mens impudicitiæ somniabit, lingua effutire gestiet. Secundò. Murmurator insurgit in patrem auditoris, cum insurgit in Prælatum: Prælatum enim Patrem appellandum Regula nostra docuit; & quis nisi nebulo patris mores conuitijs vel detractionibus proscindentem audiat? Quis non tristetur? Quis tristitiam vultu prodere abstineat? Tertiò. *Si quis te prætereunte stercus commoueat* (inquit D. Chrysost.) *hoc facientem non contumelia & conuicio afficias? Hoc fac & circa detractores & murmuratores. Non enim sic commodum stercus illum fœtorem suscipientem cartilaginem percellit, sicut aliena peccata excussa, audientium animos contristare & perturbare solent.* Quare mallē ego cum homine cœnum edente, quàm cum murmuratore, mensæ accumbere. Ille enim fœtorem tantum ingerit sensibus, hic animæ; ille excrementa tantum corporis accumbentibus offert, hic verò animæ cum suę, tum alienæ excrementa obtrudit imprudenter. Vitia enim, animæ sunt excrementa; & qui murmurat, imprimis suo, deinde alio animas auditorum suorum pascit peccato.

*murmuratur.*

*Quas occasiones tristitiæ præbeat murmurator auditoribus.*

*Prælatus appellatur Pater Cap. 1.*

*Homil. 3. ad Pop. Antioch.*

Quos fructus carpere debea Prælatus ex murmuratione

*Quinta Instructio*. Quod attinet ad secundum, plurimum proderit Prælatis, ad ferēdas patienter murmuratorum linguas, aduertere an meritò, an immeritò murmurent; si enim meritò, est quod resipiscant & murmurandi ansam tollant; sic fiet, vt murmuratio quæ vulnerauit, sanet. *Vt enim lasciuia simiarum febrim excutit leoni* (Teste Plinio) ita Subditi conuitium vel murmuratio nos excussa desidia ad officij vices obeundas acuere debet. Fungatur igitur murmuratio in Prælatum emissa, vice cotis, *acutum reddere quæ ferrum valet, exors ipsa secandi*. Accidet procul dubio, vt quemadmodum ille Thessalus Prometheum volens occidere, gladio dissecuit tuber, ac sanauit; sic Subditi obmurmurationibus intendētes Prælatum perturbare, aliquod animi vitium, vel ignotum, vel neglectum sanent. Vt igitur Prælatus commodum aliquod ex Subditorum murmurationibus eliciat, Telephum imitetur. Ille nō respexit hostem, cuius erat hasta, sed salutem, quam afferebat. Ita Prælatus non murmuratoris animum, sed murmurationis causam attendat, & si eam in se reperiat, citissimè amputet.

Histor. Natur. Lib. 8. ca. 10. vel 16.

Plutar. Opusc. de vtil. ex Inimicis capiēda

Murmur non sanat percutiendo.

Plut. ibid.

*Sexta Instructio*. Si vero nullam in se huius murmurationis causam inuenire possit, non est quod anxium nimis gestet animum, sed gaudeat potius, cum Apostolorum Principe Petro, se cum innocentissimo Christo Crucem portare. Tulit ille quamuis innocentissimus Pharisæorum obmurmurationes. *Quare cum Publicanis manducat Magister vester, &c. Quare discipuli tui transgrediuntur præcepta seniorum? Et, Quidam dicebant, quia bonus est; alij*

Consolatio Prælatorum.

Mat. 9. & 15.


Ioan. 7.

autem

*autem dicebant, non, sed seducit turbas*. Si de Christi Domini nostri vita diuersæ fereban-tur sententiæ, quid mirum si de Prælatis, viris alioqui vilissimis? Non est seruus supra Dominum. Imo verò seruus, qui eodem quo Dominus, cibo pascitur, magno honore afficitur.

## SPECVLVM XI.

*In quo videtur, quomodo Religiosus, cui non sufficienter prouidetur, possit conqueri sine murmuratione.*



INstructio vnica. Sed quæritur, an Religioso nunquã liceat murmurare. Respondeo, non licere. Sed quid si esca necessaria denegetur? In libello Beati Basilij *de Institutis Monachorum*, Ruffino interprete, penultima interrogatio sic habet. *Si vero etiam quis murmuret propter escam, quæ erga eum sententia seruabitur?* Responsio vero sic. *Ea quæ circa eos qui murmurauerunt in deserto. Dicit enim Apostolus, neque murmurauerītis, sicut quidam eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore.* Cap. 50. 1. Cor. 10.

Quid ergo, quomodo se gerere debet ille cui non sufficienter prouidetur? Superiorem adire, & ei necessitatem suam aperire tenetur. Si non audet, alteri indicet, qui Superiorem moneat. Et si his nihil proficit, de Prælati sui negligentia apud Generalem suum Abbatem conqueratur, & necessitates suas cum querimonia apud eum deponat. Neque hoc est mur- *Quomodo conqueri possit Religiosus sine murmuratione.*

 murmurare;

murare; quandoquidem vbi, quomodo, & quando seruantur seruanda, & querimonia apud eos, quorum intereſt, & qui neceſſitatibus occurrere poſſunt deponitur, vt colligitur ex Syluest. *verbo Murmuratio.*

## MANDATVM 4.


### Fideliter Obediant.

### *SPECVLVM XII.*

*In quo apparet natura Obedientiæ.*

*Hoc mandatũ obligat ſub mortali, quando Superior tota vi præcipit, niſi ſubreptio, vel leuitas materiæ excuſet.*

*Obedientiæ votũ primas tenet inter vota, & cur ita.*



*Rima Inſtructio.* Inter vota, Obedientiæ votum primas tenet. Per illud enim offerimus Deo excellẽtius bonum, ideſt, voluntatem. Dein quia ſuo ambitu ſiue centro continet quodammodo Paupertatis & Caſtitatis vota, quatenus videlicet eorum materia poteſt ſub Obedientiam cadere. Accedit quod proximius ducat Religioſum ad finem ſui ſtatus, cum per illam dirigatur à Superiore ad perfectionem adipiſcendam. Ex hac doctrina inſtruuntur Religioſi ad complendum hoc mandatum Regulæ( (*fideliter obediant*) quandoquidem Obedientiæ bonum eſſe tam excellens dignoſcitur. Imò vero eſt bonum in Religione neceſſarium; quia in Religione, eſt diſciplina & obligatio tendendi ad perfectionem; ad cuius diſciplinæ & obligationis exercitium, neceſſarius eſt dux ſiue magiſter, qui dirigat in his, quæ ad Regularem ſtatum, & conuer-

sationem pertinent, & cui subijci per Obedientiam necesse sit.

*Secunda* Instructio. Fideliter obedire est res sibi præceptas, & demandatas, quia præceptę sunt & demandatę, perficere. In hoc enim consistere rationem formalem Obedientiæ docent D. Thom. Gregor. de Valent. & alij communiter. Hinc instruitur Religiosus, eum fideliter non obedire, qui etsi res sibi iniūctas exequatur, non tamen quia iniunctæ sunt, sed quia vel illi arrident, vel ratione alicuius humani respectus.

*Quis fideliter obediat.*

*2.2 q. 104. ar. 1. ad 2. & art. 2. In 2. 2 Disp. 7 q. 3. punct. 1.*

*Tertia* Instructio Obedientia est duplex, Generalis & specialis. Generalis comprehendit omnes omnium virtutum actus, quibus fit, quod iubetur; siue faciendo, siue omittendo. Sicut inobedientia prout est vitium generale, comprehendit omnes actus omnium vitiorum, quibus non fit quod iubetur; siue faciendo siue omittendo. Obedientia vero prout est specialis virtus, est virtus inclinans ad faciendum quod iubetur, eo principaliter quod iubetur. Et ècontra, Inobedientia prout est speciale vitium, est vitium inclinans ad non faciendū quod iubetur, eo principaliter quod iubetur. Sic D. Thom. & Nauar. Hinc instruitur Religiosus, quod quotiescumque Obedientiam generalem exercet, virtuosè operatur, quando vero præceptum Superioris, quia est præceptum, exequitur, Obedientiæ voto satisfacit.

*Duplex obedientia, & Inobedientia.*

*Quid sit proprie Obedientia.*

*2.2. q. 104. ar. 2. Cap. 23. Manu. num. 35*

*Quarta* Instructio. Ratio Obedientiæ maxime attenditur in ijs, qui secundum se non sunt volita, sed voluntati repugnant: tunc

*Ratio Obedientiæ in quo consistat maxime.*

enim

enim clarum est quod nō impletur, nisi propter præceptum. Quare instruitur Religiosus, quod maximè optare debeat, vt sibi aliquid voluntati contrarium, & repugnans præcipiatur. Etsi enim mereatur, quoties aliquid voluntati suæ conforme exequitur, quia præcipitur; *Obedientia enim* (vt ait Fumus verbo Obedientia) *potest etiā esse circa ea quæ libenter volumus, si in ea propter præceptum principaliter ferimur*, tamen eluceret magis meritū, si quod præcipitur, voluntati aduersaretur. Basil. *in Regulis breuioribus*. D. Thom. *loco citat. ad 3.* & hoc est quod voluit D. Greg. *lib. vlt. moral.* quando dixit, Obedientiam quæ habet aliquid de suo, vt in prosperis, esse vel nullam vel minorem; nullam, si in proprium volitum tantummodo tendat; minorem verò, si æquè principaliter in volitum atque in præceptum tendat. Hinc D. Bernard. *Qui vel aperte vel occultè satagit, vt quod vult ipse, hoc ei Prælatus iniungat, ipse se seducit & frustra sibi blanditur de Obedientia: non enim in ea reipse Prælato, sed magis ei Prælatus obedit.*

*Num. 13.*

*In Respons. ad Interrog. 96. seu 35. cap. 10*

*Sermone de tribus Ordin. Eccles. ad Patres in Capit.*

*Quinta Instructio.* Contra Obedientiam nūquàm currit præscriptio, quia semper interuenit mala fides, *ex Syluest. verbo Obedientia.* Hinc colligas Religiosum decipi, qui vult sibi ad placitum præcipi, sub hoc prætextu, quod corruptela illa à multis annis in Monasterio locum obtinuit.

*L. 1. C. de Ser. fugi. & L. fin. de Regul. Iuris. §. 4.*

*Sexta Instructio.* Obedientia, inquantum est virtus specialis, est triplex, *ex D. Thom.* Vna sufficiens ad salutem, quæ obedit in ijs, ad quæ obligatur. Alia perfecta, quę obedit in omnibus licitis. Alia indiscreta, quæ etiam in illici-

*Obedientia est triplex.*

*2. 2. q. 104. ar. 5. ad 3.*

illicitis obtemperat. Ex hac Obedientiæ diuisione instruitur Religiosus, quod non teneatur in omnibus obedire Superiori. Prima enim tantũ est obligationis; secunda vero supererogationis aut perfectionis, & tertia non obseruationis. Quæ vt melius intelligantur, sequentia Specula consulantur.

## *SPECVLVM XIII.*

*In quo videt Religiosus, in quibus debeat Prælato obedire.*



*Nstructio vnica.* Religiosus tenetur obedire Superiori in his tantum, in quibus est Superior, vel in quibus est ei commissa dispensatio. Tolet. *Lib. de septem peccat. mort.* & Syluester *verbo Religio*. Vnde cum certum sit Prælatum esse Superiorem in eis, quæ sunt votorum, Regulæ, & Statutorum siue explicitè siue implicitè, sequitur nos Superiori in ijs obtemperare debere. Est enim ei commissa dispensatio circa ea; sicut & circa ea, sine quibus vita Regularis consistere nequit: & in his obedire non solum perfectionis est, sed etiam necessitatis, vt ait Syluest. *ibidem*, quia ad Regulam pertinent, nõ solum quæ in ea exprimuntur, sed etiam quæ ad eam necessariò reducuntur, vt obsequia fraternæ conuersationis, & pœnæ pro diuersitate trãsgredientium infligendæ D. *Thom Quodlibet. 10. ex Syluest. ibidem.*

*Cap. 16. §. 6.* *Prælato præcipienti secundum vota, Regulas, & Statuta obtẽperandum.*

*Art. 10.*

## SPECVLVM XIV.

*In quo apparet, quando Religiosus peccet mortaliter contra Obedientiam.*

*Lib.12.ca.12. q.2.*

PRima *Instructio*. Religiosus peccat mortaliter contra Obedientiam, quotiescumque omittit, quod Regula vel Constitutiones præcipiunt verbis præceptiuis, aut eandem virtutem habentibus. *Azor. Institut. Moral.* vt qui non vult omnia habere communia, & sibi distribui à Præposito victum & tegumentum: hic enim renuit obseruare id quod Regula videtur absolutè præcipere. Potest autem hic committi peccatum negligentiæ & non Inobedientiæ. Nam si Religiosus non omittit, quæ Regula præcipit ex intentione non obediendi, sed ex negligentia, non astringitur peccato Inobedientiæ, sed negligentiæ, quæ modo est mortalis, modo venialis, secundum materiam circa quam versatur. *Syluestr. verbo Inobedientia.*

*Quando Prælatus possit venialia sub mortali præcipere.* Indiciũ eorum *quæ præcipiuntur sub mortali.*

*Secunda instructio.* Peccat mortaliter contra Obedientiam, qui non facit id quod ei Prælatus ex votorum, Regularum, & Statutorum dictamine iniungit sub peccato mortali. Potest enim Prælatus ea quæ natura sua venialia sunt, sub mortali iniungere, vt silentium seruare, quando iudicat id propter aliquem casum ad Regularis vitę obseruationem necessarium. Ea autem iudicantur esse iniuncta sub pœna peccati mortalis, vt notat Caiet. quę pręcipiuntur in virtute salutaris Obedientię, sub pœna excommunicationis,

*2.2.q.186.ar.9.* Decis.*aur. li.2.c.56.n.2.*

sub

ub comminatione grauissimæ pœnæ, vel alijs verbis propriè præceptiuis, vt etiam testatur Iacobus de Graffijs.

*Tertia Instructio.* Peccat mortaliter contra Obedientiæ votum, qui non obtemperat Prælato, in ijs sine quibus vita Regularis cohærere nequit, vel disciplina Regularis seruari; vt sunt Obedientiæ nominatæ, quæ præter eas quę in Dist. *Stat. 2. nostrorum* continentur, necessariæ esse possent alicuius Monasterij regimini, vt mundare Claustrum, Dormitorium Refectorium, & similia exercere. *Ariostis Cap. de Obedientia. Aluarus lib. 2.* *De planctu Ecclesiæ ar. 69 & 70. ac seq.*

*Quarta Instructio.* Peccat mortaliter contra votum Obedientię, qui excludit ab animo suo intentionem proficiendi siue tendendi ad perfectionem. Etsi enim Religiosi non teneantur esse perfecti, tamen quia Status Religionis est quidam status, & quoddam exercitium perueniendi ad perfectionem, ad quam diuersis vijs venitur, tenentur intentionem habere tendendi ad perfectionem. D. Thom, Syluester verbo Religio 2. *Sicut enim* (inquit) *qui scholas ingreditur, non profitetur se scientem, sed studentem ad scientiam, sic etiam Religiosi suam professionem non transgrediuntur si non sint perfecti, sed solum si contemnant ad perfectionem tendere.* *Status Religionis est status perueniēdi ad perfectionem. 2.2. q. 184. & 186. art. 2. Num. seu §. 3.*

Porro Religiosus non tenetur ad omnia, quibus ad perfectionem venitur, sed ad ea solum, quę à Regula vel Constitutionibus suis ordinata sunt. D. Thom. Hinc est quod Religiosus Pręmonstratensis omittens ea pręstare, quę pręstant Carthusiani, vt tendant ad perfectionem, non peccet; sed tantummo- *2.2. q. 184. ar. 2.*

do si

tio si Regulam suam, vel Constitutiones, quæ sunt illi datæ, tanquam viæ ad perfectionem, negligat, & profiteatur se nolle sequi; tunc enim censetur quodammodo statui suo tendendi ad perfectionem renunciare, eumque contemnere, nec velle progredi, sed retrogredi. *In via* enim *vitæ* (teste D. Bernardo) *non progredi, regredi est*. Accedit quod contemnens huiusmodi vias tendendi ad perfectionem, contemnat vitam Regularem, quæ in subiectione ad Regulam consistit. *Gregor. de Valent.* ac propterea censeatur etiam quodammodo iugum omne Religionis excutere; aut saltem illud ipsum contemnere, quod est maximè Religioni substantiale, & quod sine magno peccati mortalis reatu esse nequit.

*Quando censeatur Religiosus non tendere ad perfectionem.*

*Serm. 2. in festo Purificat. B. Mariæ.*

*In 2. 2.* Disp. *10. q. 4. pun. 5*

*Quinta Instructio* Peccat mortaliter Religiosus, qui renuit subire pœnam, à Superiore secundum Regulam, vel Constitutiones, vel rectam rationem inflictam; quia tenetur obedire Prælato secundum Regulam, & illi accessoria præcipienti, vt habetur cap. *Quorumdam.* & cap. *Si Religiosus*, *de Elect. in 6.* Vnde colligitur cum Nauar. Religiosum perpetuo carceri legitima de causa, & potestate addictum, non posse sine peccato mortali carcerem effringere & fugere; si autem fugiat, debere redire, vt in conscientia sit securus. Excipio tamen gratiam, quam posset ex legitima causa, Prælatus ei facere.

*Religiosus tenetur sub mortali subire pœnam à Prælato inflictam.*

*Comment. 4. de Regul. n. 63.*

SPECV

## SPECVLVM XV.

*In quo apparent Casus, in quibus Religiosus non potest Prælato suo sine peccato obedire.*

PRima Instructio. Religiosus Prælato præcipienti aliquod, etsi veniale peccatum, obtemperare non potest cap. Literas de Rest. spolia. & 11. q. 3. can. Quid ergo. Quod intelligitur de eo quod certo scit esse veniale, nam si dubitet, vtrum quod ei iniungit Prælatus, sit peccatum, tenetur obedire. Panormita. in cap. Inquisitioni. de sent. Excom. Alioqui faceret iniuriam Prælato, cui debet in dubijs credere, & cuius ius Prælationis hoc requirit.

Dubium an quod præcipitur sit veniale, debet obedire.

32. q. 1. Can. Quid culpatur

Secunda instructio. Religiosus Prælato præcipienti aliquid ex quo sequeretur totalis perturbatio boni status Monasterij, vel aliud malum, vel scandalum, non potest sine peccato obedire, si malum illud, vel scandalum præuideat: etiamsi id Prælatus sub pœna peccati, vel excommunicationis præciperet: quandoquidem excommunicatio male lata non officit. Panor supra. Syluest. verbo Obedientia Quod etiam intelligendum est, dummodo Religiosus de hoc malo futuro sit certus. Alioqui si dubius est, non potest sine peccato mortali non obedire, si Prælatus tota sua vi præcipit, vel materia sit mortalis. Nauar. Gregor. de Valent. Syluest. Prælatus enim habet ius præcipiendi, cui dubium Subditi non debet derogare. Hæc est igitur Regula generalis ex D. Thom. citat. à Syluest. verbo Obedientia, quod quoties Religiosus

Præcipienti malum non est obtemperandum.

§ 5

Dubium Subditi non debet derogare iuri Prælati.

Cap. 23. Manu. num. 37.

In 2. 2. Disp. 10. q. 4. p. 4. 4. Verbo Religio 6. §. 6.

§. 2. *sus conueniēti inquisitione certus esse nō poteſt, an quod Superior præcipit, sit malum, vel obligatorium, ratione professionis tenetur obedire; & excusatur ab omni peccato, etiamsi obediendo agat contra aliquid alias prohibitum*: dummodo tamen agat bona fide, & non agat contra ea, in quibus ignorantia non excusat, puta contra Articulos fidei, Præcepta Dei, & generale ſtatutum Ecclesię.

*§. 1. ff. De re indicata. 11. q. 3. Abbati præcipienti contra præceptum sui Generalis non est obediendum. 2. 2. q. 104. ar. 5.*

*Tertia Instructio.* Religiosus non poteſt ſine peccato obedire Pręlato inferiori pręcipiēti contra pręceptum Superioris. L. contra Pupillum, & Can. Si Dominus, Can. Iulianus. Exempli gratia, obedire Abbati præcipienti contra Deum, vt resignare ſuum beneficium indigno, vel contra præceptum Summi Pontificis, vt miniſtrare in Paſchate Euchariſtiam ſine licentia Parochi, vel contra præceptum Generalis Abbatis, & Viſitatoris, vt à Confeſſione iniuncta à Viſitatore ſemel in hebdomada abſtinere ſine iuſta cauſa. *Panormit. cap. Inquisitioni. de sentent. Excomm. post D. Thom.*

*Quarta Instructio.* Si aliquod vanum præcipiat Pręlatus, non tenetur Religiosus obedire, vt leuare feſtucam, vel huiuſmodi, ſine vlla vtilitate. Obedire tamen in his conſulerem, quia actus humilitatis & mortificationis cum Obedientia perfecta exercetur.

## SPECVLVM XVI.

### *In quo apparent Casus, in quibus Religiosus non tenetur obedire.*

PRima Instructio. Multi sunt Casus, in quibus Religiosus etsi possit sine peccato obedire, non tamen tenetur, quia Casus illi non sunt de alicuius vitæ Regularis; vel saltem de illius vitæ Regularis quã professus est; necessitate, vt clarum erit ex sequẽtibus instructionibus.

*Secunda Instructio.* Religiosus non tenetur Prĕlato obedire absolutè, in illis quĕsunt corpori necessaria, vt nunquã comedere, dormire, &c. sed tantũ secundũ quid, i. inquantũ sibi ea per votũ ademit; aut se ijs per professionẽ priuauit: imò verò etiãsi vellet in ijs obedire, non posset; quia actus illi sunt ita necessarij, vt homo sine ijs viuere naturaliter nõ possit. Nõ solũ autẽ potest, sed & debet Religiosus Prælato obedire, quãdo quædã ieiunia vel abstinẽtias iniungit in pœna, vel ad refrenandã carnis petulantiã, quia etsi illud sit naturale; Religiosus tamẽ illud sibi per votũ ademisse censetur. Fumus verbo Obediẽtia, vbi ait quod etsi Prĕlat[9] nõ possit auferre necessaria corporis absolutè, vt cibũ, & vestimenta & huiusmodi, potest tamẽ eũ determinare de tẽpore, qualitate, & quãtitate horũ, in quib. Subditus tenetur obedire.

*Religiosus nõ tenetur obedire in necessariis corpori.*

*Num. 2. & 3.*

*Tertia Instructio* Religiosus nõ tenetur Prælato obedire in actib. purè interioribus, videlicet intellectus & voluntatis; & si obedit, actũ perfectionis obedientialis, non obligationis facit. S. Thom. vt si Prælatus præcipiat credere aliquam opinionẽ de stellarum numero, Religiosus credere non tenetur; quia anima ratio-

*Nec in actib. purè internis*

*2. 2. q. 104. ar. 5.*

rationalis soli Deo subijcitur. Dixi (pure interioribus) quia, vt ait Syluest *verbo Excom* si actus interiores coniungantur cum exterioribus, potest Religiosus obligari ad parendum Prælato in interioribus, ratione exteriorum, cum quibus miscentur. Exempli gratia, quia quando præcipitur Religioso, vt aliquid faciat, præcipitur pariter, vt velit absolute facere, tenetur indirecte actum illum voluntatis subijcere Obedientiæ. Ita etiam quando præcipitur deuote Horas cantari, præcipitur consequenter attentio, quæ est actus interior. *Fumus verbo Obedientia.*

*§.4. Quomodo interiores actus subijciantur Obedientiæ.*

*Num 2. Neque in ijs, in quibus Superior non est*

*Quarta Instructio.* Religiosus non tenetur obedire Prælato in ijs, in quibus non est Superior, quia non tenetur obedire, nisi in ijs, in quibus est inferior, vel ratione quorum est Subditus, vt seruus non tenetur obedire hero in rebus ciuilibus, quia in ijs non est herus Superior, nec seruus inferior, sed tantum in seruilibus, ratione quorum est Subditus. *Innocent. in Cap. Inquisition: de Sent. Excom.* Hinc est quod si Prælatus præcipiat Canonico Premonstratensi, vt aliquid supra Regulam faciat, vt nudis pedibus ambulare, obedire non teneatur: quia in ijs tantum, quæ sunt Regulæ, vel Constitutionum, est inferior, nisi forte illud præcipiat Prælatus in pœnam peccati, vt notat Hugo *in Cap. præsens*, si autem non præcipiat in pœnam peccati, & illi hac in parte obediatur, Obedientia perfectionis, non obligationis adimpletur, quæ maxime est laudabilis, per Glossam *in Can Quid ergo.*

*In pœnam peccati potest præcipi aliquid supra Regulam 23. q. 3. 11. q. 3*

*In tribus tenetur obedire Religiosus.*

*Quinta Instructio.* Religiosus non tenetur obedire Prælato, in ijs quæ sunt supra perfe-

ctionem

ctionem suæ Religionis, sed tantum, vt annotauimus supra, in ijs quæ in Regula compræhenduntur: & in ijs, sine quibus comprę hensa in Regula obseruari nequeunt, & in pœnis inflictis propter illorum negligentem obseruationem. Sunt enim illa tria, in quibus quis obedire tenetur sub peccato; sic D. Thom. *in 2. Sent.* In alijs autem maioris perfectionis, vt ieiunijs, vigilijs, & huiusmodi, quæ vita Regularis nostri Ordinis non continet, vel ad quæ vota non extenduntur, obedire perfectionis esset, non obligationis. De hac Obedientia supererogationis pulchra habet D. Bernardus. *Perfecta Obedientia* (inquit) *legem nescit, terminis non arctatur: nec contenta angustijs professionis, largiori voluntate fertur in latitudinem charitatis.*

*Dist. 44. q. 2. ar. 3.*

*Lib. de præcepto & dispens. cap. 9.*

*Sexta Instructio.* Nullus Religiosus tenetur obedire in ijs, in quibus Prælatus voluntatem suam tacitè & expressè exterius non manifestauit, etsi aliunde voluntatem eius cognoscat. *D. Thom. & Syluester verbo Obedientia.* Non quod velim dicere Religiosum malefacere, quoties voluntatem Superioris exequitur, antequam ei manifestetur, sed quod ad id non teneatur, nisi præuia voluntatis declaratione; & si prius exequitur, facit opus perfectionis, non obligationis.

*q. 23. de Verit ar. vlt. §. vl.*

*Septima Instructio.* Etsi Religiosus non teneatur obedire in ijs, quæ sunt supra vota, Regulam, & Constitutiones Regulares; & in quibusdam alijs, de quibus egimus, tamen nô debet Prælatorum mandata discutere. Nam vt dicit D. Gregor. *vera Obedientia nec Præpositorum intentionem discutit, nec præcepta discernit;*

*Non licet Prælatorum man*

nescit

data discutere. *nescit iudicare quisquis perfecte didicit obedire.* Idem docet D. Hieronym. his verbis. *Credas salutare, quicquid Præpositus præceperit, nec de Maiorum sententia iudices.* D. vero Bernard. *Imperfecti* (ait) *cordis & infirmæ prorsus voluntatis indicium est. statuta Seniorum studiosius discutere, hærere ad singula quæ iniunguntur, exigere de quibusque rationem, & male suspicari de omni præcepto cuius causa latuerit; nec vnquam libenter obedire, nisi cum audire contigerit quod forte libuerit, aut quod non aliter licere seu expedire monstrauerit vel aperta ratio, vel indubitata authoritas.*

*Lib. 2. in 1 Reg. Cap. 4.*
*Epist. ad Rusticum.*
*Li. de Præcep. & dispens. Cap. 13.*

## *SPECVLVM XVII.*

*In quo videntur incitamenta ad Obedientiam.*

*Lib. de bono statu Religio. 2. 2. q. 186. ar. 5. ad 5.*

*Obediētia actiones nostras minimas, & ex se indifferentes reddit meritorias.*

PRima *Instructio.* Incitat ad Obedientiam vtilitas, pulchritudo, & præstantia Obedientię; de quibus Platus satis luculenter. Mihi solum hic dicendum videtur ex D. Tho. actiones, etiam parui momenti, si ex voto Obedientiæ fiant, magni esse apud Deum valoris & meriti, & superare etiam aliquas alias per se ipsas excellentiores, sed sine voto Obedientię editas, *quia* (vt inquit) *nihil maius potest homo Deo dare, quam quod propriam voluntatem propter ipsum voluntati alterius subijciat.* Hinc est etiam quod actiones, quæ ex se sunt indifferentes, vt ambulare, dormire, si imperentur à Maioribus, & ad Dei gloriam acceptentur à nobis, Obedientiæ vi rationem virtutis induant. Qua in re felicem se maximè

Reli-

Religiosus reputare debet, vtpote qui naturalia queq; exercendo, vitam æternam promereri queat.

*Secunda Instructio.* Incitatur ad Obediendum Religiosus, quando cogitat præcepto Superioris inesse sui probationem. *Optimus* (ait Climacus) *atque præclarus ad prompte obtemperandum modus est, si semper ita tecum reputes, Tentat me Pater.* *Stimulus ad obediendum. Grad. 4.*

*Tertia Instructio.* Incitatur, ac mouetur ad Obedientiam Religiosus, cum perpendit diligenter se suum non esse, sed Dei. Cum enim quiuis homo, etiam nullis votis astrictus, suus non sit, sed Dei, ratione creationis, & finis in quem conditus est, iuxta Ezechielis oraculum, *Ecce omnes animæ meæ sunt*; à fortiori Religiosus suus non est, sed Dei, cui se totum in Professione per vota mancipauit, & cui peculiare voluntatis suę dominium per Obedientiæ votum contulit. Quemadmodum enim inter homines carnales, rerum dominium ac proprietas, ab vno sæpe in alterum legitimè transfertur, sic existimandum est inter nos fieri, ac Deum; vt nostrę voluntatis consensu, nostri ipsorum dominium à nobis ipsis abdicetur, & in Deum transfundatur. Si Religiosus suus non est, sed Dei, quid voluntatem suam sequitur, & non Dei? Non est serui propriam, sed sui heri quęrere voluntatem, ac propterea voluntatis heri sui interpreti & nuntio parere. Nos voluntatem nostram in Professione exuimus, & Dei voluntatem induimus, nostram in eius manibus resignãtes, coram Superiore, tanquam huius contractus mediatore, ac Diuinæ voluntatis interprete; *Religiosus suus nõ est, sed Dei. Ezech. 18.*

 quid

quid igitur assumpto à nobis Diuinæ voluntatis interpreti non obtemperamus? Herus seruum suum regendum cui vult, tradit: herus noster Deus est; ille voluntates nostras Superioribus regendas tradit: quid igitur eas nō subijcimus, quid reluctamur? Qui Proregi non obtemperat, regis non exsequitur voluntatem; sic qui Superiori Dei vices obeunti non paret, Deo reluctari censetur. Non paret Regi, qui voluntatis eius interpreti non paret; sic Deum non audit, qui Superiorem Diuinæ voluntatis interpretem ac præconem non audit. Dati nobis sunt Superiores, imò eos in Professione assumpsimus, vt per eos, tanquam per Legatos, Regis gloriæ voluntatem intelligeremus, intellectam amplecteremur. Sic igitur sentiendum prorsus, ac nobiscum statuendum, cum Domini simus, nos Superioribus vices eius obeuntibus, eius Legatis, eiusque interpretibus obtemperare ad nutum debere. Ipsorum est tenere manum dextram nostram; & in voluntate sua secundum Diuinum beneplacitum nos deducere; nostrum vero est fieri vt iumenta, ante illos. Quemadmodum enim illud bonum reputari solet iumentum, quòd nihil impetu suo facit, sed ad solum sessoris arbitrium agitur ac mouetur; ita Religiosus in cunctis actionibus suis à Superiore pendere, eius nutu religari, & tāquam domesticum animal, Obedientiæ loris vinciri debet. Alioqui Obedientiæ promissæ exhibitor non est: nam vt bene Bernard. *Obedientia quæ maioribus debetur, Deo exhibetur. Quamobrem quicquid vice Dei præcepit homo, quod non sit tamen certum displicere Deo, haud secus omnino ac-*

*Religiosus debet imitari iumentum.*

*De dispensat. & præcept. cap. 12.*

*cipien*

*cipiendum est. quasi præcipiat Deus*; cum voluntatis suæ nuntium & interpretem Prælatum constituerit. Ex quo efficitur vt verissimè Decretum pronunciarit, Monachum plus subesse Abbati, quàm vxorem viro; imo vero eum omnibus Ecclesiæ votis ad Pontificis Summi dignitatem, sine Superioris nutu euectum, debere Claustrum repetere, ipse Canon innuit.

*Quarta Instructio*. Tandem excitatur ad Obedientiam Religiosus, quando attentè perpédit, quòd, vt ait D. Augustinus, *citius exauditur vna obedientis oratio, quàm decem millia contemptoris*, & quod gloriosus Hieronym. in Epist. *Tantum* (inquit) *virtuti adiicies quātum propria voluntati detraxeris*.

*Lib. de opere Monachorum. Cap. 17.*

*Quinta Instructio*. Indicia veræ Obedientiæ sunt animi simplicitas, siue humilitas, promptitudo, & hilaritas in exequendo mandato, & silentium in accipiendo. Quibus addi possunt duo; primum est, quando aliquis permittit se volui & agi, quemadmodum corpus exanime. *Tolle* (inquit S. Franciscus apud sanctum Bonauenturam) *corpus exanime & vbi placuerit, pone. Videbis non repugnare motum, non murmurare situm, non reclamare dimissum. Quod si statuatur in cathedra, non alta sed ima respiciet: si collocetur in purpura, duplo pallescet. Sic verus obediens est, qui cur moueatur non diiudicat, vbi locetur non curat, vbi transmutetur non instat. Euectus ad officium, solitam tenet humilitatē, plus honoratus, plus reputat se indignum*. Secundum est, quando ex consuetudine Monasterij, & Regulæ instituto, aliquis quotidianas contumelias, quibus sibi imperatur, lubenter sustinet, & eas quasi in delitijs habet. Huiusmodi

*Indicia veri obedientis.*

*Religiosus similis corpori exanimi.*

*In eius vita, Cap. 6.*

modi institutum habetur apud Climacum, *Grad. 4.*

## MANDATVM 5.

Patrem suum post Deum honorent, Præposito suo reuerentiam deferant, sicut decet Sanctos.

### SPECVLVM XVIII

*In quo apparet honor Prælatis debitus.*

*obligat sub mortali, nisi excusat inaduertentia, vel animi indeliberatio, vel paruitas contemptus.*

*Discrimen inter Patrem & Præpositum.*

*Lib. 2. cap. 21.*

*In principio Ordinis nostr Prælati vocabantur Præpositi.*

PRima Instructio. Quando Sanctissimus Pater Augustinus Regulam suam condidit, Pater distinguebatur à Præposito. Pater enim qui & Presbyter cap. 11. Regulæ nostræ vocatur, erat Episcopus, qui erat loco Abbatis, respectu suorum Clericorum, qui vitam agebant Apostolicam, & quibus erant omnia communia, & vna mēsa cum Episcopo, vt manifestum est ex Concil. Colonienſ. *sub Carolo V. Imperatore celebrato, anno 1536. Titul. de Metropol. Cathedral. & Collegiat. Ecclesiis, Cap. 4. & Concil. Aquisgran. 1. Cap. 15.* Id etiam patet ex Speculo Ioannis Langhecrucij, qui id ex professo docet. Præpositus vero erat loco Prioris, quo mediante, vel tanquam cooperatore, Clericos suos regebat Episcopus. Hinc factū auguror, vt in exordio nostri Ordinis Prælati nō Abbates, sed Præpositi vocarentur, vt in Visitationū mearum cursu cognoui ex antiquissimis picturis & codicibus. Extat etiā pri-

uilegium Eugenij III. quo conceditur vt Prælati nostri Ordinis in Abbates benedicantur. Tenor priuilegij reperti in Monasterio Osterhouiensi in Bauaria hic est.

*Eugenius Episcopus, Seruus seruorum Dei, Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, & Episcopis, ad quos literæ istæ peruenerint, salutem & Apostolicam benedictionem. Religiosi Fratres Præmonstratensis Ordinis per Dei gratiam in Religione proficiunt, & suæ bonæ conuersationis exemplo, præsentis seculi multos voluptatibus & carnalibus concupiscentijs deditos ad bene viuendum conuertunt. Vnde dignum est vt boni Ecclesiarum Prælati eos iuuare, & in tam sancto proposito studeant confouere, vt in suis opportunitatibus opem eis & consiliũ præbeant. Ipsi quidem, sicut accepimus, non causa elationis, sed ad maiorem Religionis obseruantiam, communi consilio statuerunt, vt locorum suorum Abbates constituant. Ideoquè vobis per Apostolica scripta mandamus, quatenus cum per Abbatem Præmonstratensem, vel per literas suas & Fratres, quibus præesse debebunt, vobis oblati fuerint, Spiritus sancti gratia inuocata eos in Abbates benedicatis. Data Sutrij. 15. kal. Ianuarij.*

Imò verò plurima adhuc extãt insignia Monasteria nostri Ordinis in Germania, Austria, Bohemia, & alibi, quorũ Præfecti nomen Præpositi adhuc retinẽt, & nihilominus plerique ijs, quibus Abbates, gaudent priuilegijs: quod non parũ miratus sum, dum in illis regionibus Visitationis ergo agerem.

*Secunda Instructio.* Prælati appellantur Patres in Concil. Colonien. in Catechismo, & meritò. Nam quod debent Patres carnales suis filijs; id debent Prælati suis Religiosis, & contra.

*Prælati appellantur Patres.*

*Tertia Instructio.* Iacobus de Graffijs ponit differentiam inter honorem & reuerentiam cum D. Thom. sed quia differentiæ illius cognitio parum facit ad conscientiæ instructionem, & profectum, nolui illa chartã nostram opplere.

Dec. ſ aurear. Lib. 2. ca. 56 nu. 2.
2.2. q. 103. ar. 1.

*Quarta Instructio.* Honor est reuerentia adhibita alicui, in testimonium alicuius excellentiæ ipsius, & maxime virtutum. Excellentia autem est duplex, propria, & aliena, sicut & virtus. Vnde *qui bene præsunt* (vt ait Diuus Paulus) *duplici honore digni sunt*. Primò, propter propriam excellẽtiam siue virtutem, si boni sunt. Secundo, propter excellentiam siue virtutem alienam, id est Dei, cuius vices gerunt. Sunt enim eius locũ tenentes. Quemadmodum ergo locum tenens Regis honoratur propter Regem, sic Prælati etiam dyscoli propter Dei excellentiam, cuius locum tenẽt. Et hoc voluit insinuare Diuus Augustinus his verbis Regulæ, *Patrem suum post Deum honorent*; quasi dicat, quod sicuti locum Regis tenens, honoratur post Regem, propter Regem: sic Prælati honorari debent post Deum, propter Deum. D. *Thom.* Debetur etiam honor Prælatis propter curam quam habent de nobis. *Ipsi enim peruigilant*, vt ait Paulus, *quasi rationem pro animabus nostris reddituri*. Deinde propter excellentiam communitatis, cuius sunt partes potissimæ, nempe capita; quo modo

*1. ad Tim. 4.*
*Honor exhibetur duabus de causis.*
*Causæ ob quas honorandus sit Prælatus.*

2.2 q. 63. ar. 3

*Ad Hebr. 13.*

modo honoratur Diues, non propter suas diuitias, sed propter communitatem siue Rempublicam, cuius est pars potissima. D. Thom. ibidem. Tertiò, quia Deus in illis vult sanctificari. Hinc in lamina illa aurea summi Sacerdotis scriptum erat, *Sanctum Domino*. Et Sapiens ait: *In omni virtute tua dilige Deum, qui te fecit, & ministros eius non derelinquas.*

*Exod. 28.*
*Eccles. 7.*

*Quinta Instructio.* Honor debitus Prælatis consistit in amando, obediendo, & honorando, ore, verbo, & corde. *Nauar.*

*In quo cōsistat honor Prælatis debitus.*

*Sexta Instructio.* Signa honoris & reuerentiæ sunt plurima, vt poplitem flectere, genu ponere, caput demittere, sese deijcere ad pedes alterius, osculari manum, vel pedes; assurgere venienti, caput aperire, loco & via cedere, sequi, deducere, reducere, silentium quoad audientiam dare, loqui paucis, & cum submissione, caput vel manū inclinare, quod est Canonicis nostri Ordinis frequens ex Statutorum Decreto.

*Cap. 14. Manu num. 4.*
*Signa honoris & reuerētiæ.*

*Septima Instructio.* Verba & facta grauia, virilia, constantia, ad vtilitatem animæ tendentia, sublimia sine vanitate & arrogantia, Prælati reuerentiam tuentur. Et contra minuunt verba & facta puerilia, muliebria, scurrilia, lasciua, vana, inconstantia, leuia, iactabunda, iracunda, minacia: & ratio est, quia huiusmodi ab excellentia, cui honor debetur, sunt aliena. Hinc instruitur Prælatus, vt cum amore Maiestatem in vna sede collocet, procul debere à se facere blanditias, cachinnos, nugas, ineptias, & deiectiones nimias inter suos; cum hæc tollere soleant

*Quomodo se gerere debeat Prælatus, vt non contemnatur.*

contemnunt Superiorem, & ei honorem notabilem & debitum denegant. Nauar. ca. 14. Manu. nu. 22. & 23.

*Secunda Instructio*. Peccant mortaliter contra hoc præceptum Religiosi, qui Prælatis inferunt iniuriam, detrahunt, verberant, & huiusmodi. *Caiet. in Summa, verbo, Filij peccata. Nauar.* Nam & isti censentur Filij spirituales suorum Prælatorum.

*Detractores & verberatores Prælatorũ. cap. cit. nu. 11.*

*Tertia Instructio*. Peccant mortaliter contra hoc præceptum Religiosi, qui etsi diligãt Prelatos, nunquam tamen vel rarò illis signa amoris ostendunt; imò ita asperè eos alloquuntur, ac si eos odio prosequerentur. Id colligitur ex eodem Nauar. & Syluest. & ratio est, quia filius Religiosus tenetur patrem suum Prælatum non minus verbo, & opere, quam corde reuereri.

*Asperi verbis in Prælatos. ibidem.*

*Verbo Filii. q. 22.*

*Quarta Instructio*. Peccat venialiter Religiosus, qui licet interius honoret & diligat Prælatum, aliquid ei honoris externi denegat; vt si non ita profundè ei inclinaret, vel non debitè assurgeret ex quadam negligentia, inaduertentia, vel animi indeliberatione. Imò vero existimarim in ijs aliquando nullum esse peccatum, præcipuè si absit omnis contemptus, & scandalum.

MAMDA-

## MANDATVM 6.

Sedentes ad mensam taceant, audientes lectionem.

## SPECVLVM XX.

In quo videtur, quæ sit disciplina seruanda ante Conuentualem sumptionem cibi.

*Obligat sub veniali tantum, nisi silentium soluatur ex cõtemtu, vel ex intentione tollẽdi finem, ad quem tacere iniungitur.*

*Vlulate omnes, qui bibitis vinum in dulcedine: quoniam periit ab ore vestro.*

*Ioel. Cap. 1.*

PRima Instructio. In omni mensa Religiose est seruanda disciplina; neque enim debent Religiosi suas mensas in modum Aulicorum iocis, cachinnis, confabulationibus & huiusmodi onerare. *Debet quisque* (docet Hugo à sancto Victore) *inter epulas conseruare disciplinam in semetipso, videlicet vt linguam suam à loquacitate restringat, & oculos suos à circũspectione cohibeat, & vt cætera mẽbra omnia cum modestia & quiete contineat.*

*Tract. de Inst. Nouitio. c. 18.*

*Ad quid scamna lapidea in Claustro iuxta Refectorium.*

Secunda Instructio. In ædificijs antiquis nostri Ordinis notaui in Claustro scamna lapidea iuncta parieti Refectorij exterius; quorum vsum fuisse intellexi, primò, vt illis insidentes Conuersi ante Capitulum, Vesperas & Completorium, Stationes suas ab ordine indictas complerent: quod ego à condiscipulo & Confratre meo D. Ioanne le Page viro non minus docto, quam pio, in alma nostra

Parisien.

Parisien. Facultate Baccalaureo Theologo dedici anno 1601. vnà cum illo in Claustro Cœnobij Præmonstratensis obambulans, & de Ordinis nostri disciplina restituenda sermonem faciens. Secundo, vt illis insidentes omnes Religiosi, videlicet tam Choro addicti, quàm Conuersi, Stationes, iuxta Caput 10. *Dist. 1. Statut.* peragerent ante sumptionem cibi; ibidemque quis illos pascat, de quorum bonis comedant, & ad quam mensam accedant; meditarentur: sicque ad gratias Deo omnium largitori agendàs, preces pro Fundatoribus fundendas, & disciplinam in mensâ Crucifixi seruandam excitarentur. Quod à Prædecessore meo viro sanctissimo, & ob vitæ Norbertinæ restaurationem vitâ functo, & ab aliquot alijs vitæ Religiosæ professoribus tenacissimis accepi; & ne rem planè nouam reputes, consule Cap. 10. citat. *ex Stat* vbi hæc verba habentur. *Ablutis verò manibus & detersis sedeant ante Refectorium, ibiq; modestè cum silentio se habeant, donec Prior nolam percutiat.* Consule etiam insignem illum Canonicum Regularem Thomam de Kempis. *Ante refectionis horam* (inquit) *non negligas pro Benefactoribus & amicis defunctis orare hoc enim pium est & valdè salubre. Ad hoc teneris ex debito fraternæ charitatis, & iure Diuino, pro beneficiis tibi impensis.* Paulò vero inferius hæc subiungit: *Attende sacræ lectioni magis, quàm epulis sumendis: & ne appetitus gulæ alliciat nimis, & increscat, amarum fel Christi, & acetum in cruce potatum, tuis poculis intermisce. Ante sumptionem cibi leuatis oculis mētis in cœlū, ora cum Propheta: Cibabis nos Domine pane lachrymâ*

Daniel Piccart.

Opusc. Exercitiorum spirit. seu Lib. 2. de Disciplina claustralium. Cap. 6.

Psalm. 79.

*chrymarum, & potum dabis in lachrymis in mensura.* Modestè & cum timore Dei comedendum *est, quia eleemosynæ fidelium sunt, & labores egenorum.* Qua in re vt instruatur Religiosus, cõsiderationes sequentes in Claustro sanctæ Mariæ ad nemus parieti ante Refectorium posito affixas hic lubens (non quod ad eas teneatur Canonicus Præmonstratensis, sed quod in illis Stationibus ante cibi sumptionem, vti huiusmodi considerationibus sit vtilissimum) apposui.

*Considerationes ante sumptionem cibi.*

## Die Dominico in Statione ante sumptionem cibi.

*ADuerte te accedere ad mensam Dei; cum bona Monasteriorum sint bona Dei crucifixi: ac propterea tibi maximè cauẽdum esse, ne in ea eum offendas. Qui enim est in mensa Regis, ita se suosque gestus componit, vt ei displicere non poßit.*

## Die Lunæ.

*Cogita te pauperem esse, & in Paupertatis loco tanquam in Hospitali quodam degere: ac propterea consequens esse, vt parum velis expendere, & pro Fundatoribus, à quibus nutriris, & vestiris, preces fundere.*

## Die Martis.

*Cogita corpus tuum vas esse, in quò corrumpitur quicquid ingeritur: ac propterea stolidum esse curiosè delicata ac pretiosa, quibus oppleatur quærere.*

## Die Mercurij.

*Cogita*

*Cogita multos esse pauperes Dei filios & Confratres tuos, qui inter magnas collocarēt delitias ea, quæ soles fastidire.*

Die Iouis.

*Cogita cum sanctissimo Patre Augustino, sumenda esse alimenta sicut medicamenta; quæ non sumuntur extra necessitatem.* Lib. 10. Confess. cap. 31.

Die Veneris.

*Cogita quod Deus non inuenitur in terra suauiter viuentium, sed in corde crucem suam portantium.* Iob 28.

Die Sabbathi.

*Cogita eum, qui ventri deditus est hostem contra se armare, & corporis animæque morbos sibi procurare.*

## SPECVLVM XXI.

In quo apparet quæ disciplina sit seruanda in mensa.

*Præoccupatum secularibus desideriis animum delectatio sancta declinat: nec misceri poterūt vera vanis, æterna caducis, spiritualia corporalibus, &c.* D. Bern Serm. 6. de Ascens. Domini, vbi in hanc sent: mitā plura, & Serm. etiam. 3.

PRima Instructio. Præter ea quę de disciplina seruāda in mensa habentur apud Humbertum *Lib. 2. de erudit. Religiosorū*, & Antoniū de Gueuara, *in Oratorio Religiosorum*, D. Augustin. duo hic nobis iniungit, videlicet tacere & audire lectionem. Quod attinet ad primum, debet Religiosus silentium seruare in mensa, primo Part. 3 cap. 6. Cap. 34. *Religiosus in mensa debet tacere, & audire lectionem.*

quia

quia id præcipit Regula hic: secundo, quia id etiam Statuta nostra præscribunt; tertio, quia lingua est periculosior in mensa, quam alibi, vt testatur Hugo à sancto Victore, his verbis. *Taciturnitas in mensa necessaria est idcirco: quoniam lingua quæ omni tempore prona est ad peccatum, labitur periculosius cum per crapulam inflammata fuerit, si ad loquendum relaxetur.* Quarto, quia Religiosus existens in Monasterio, est in schola mortificationis; vnde non debet cibum sumere recreationis ergo, sed tantum necessitatis causa, & sæpe cum Regio vate dicere: *De necessitatibus meis erue me.* Hinc ait D. Bernard. *Ipsa necessitas non sæculariter, non carnaliter expleatur, sed sicut conuenit seruo Dei.* Quinto, quia ex mensa pauperum. Quis vero nisi perfrictę frontis audeat pauperum eleemosynas ostiatim, & cum tanto labore emendicatas, cum garrulitate comedere? quin potius dicendum est cum Dauide: *Propitius sit mihi Dominus, ne faciam hoc: num sanguinem hominum istorum, qui profecti sunt, & animarũ periculum bibam?* Sexto, quia est mensa Domini Iesu Crucifixi, cui assidere cum garrulitate, summę esset impudentię; cum ne Aulici quidem coram mensa Regia audeant sine Regis nutu mutire. Septimò, quia loquacitas in mensa generat multa Religioso indigna, vt compotationes, comessationes, detractiones, obmurmurationes, turpiloquia, scurrilitatem & multiloquia, quæ sine peccato esse non possunt.

Tract. de Inst. Nouit. ca. 18.

Psalm. 24.

Lib. de vita solitar.

2. Reg. 23.

*Secunda Instructio* Loqui in mensa non est peccatum mortale, nisi id fiat ex contemptu, vel ex intentione tollendi finem; ob quem ta-

Loqui in mẽsa quando sit mortale.

cere iniungitur, vt ad turbandam disciplinam, vel impediendum lectorem, ne à cæteris audiatur.

*Tertia Instructio.* De secundo à nobis per Regulæ decretum obseruando, dicemus in sequenti Speculo.

## SPECVLVM XXI.

### In quo videtur, an lectio in mensa fieri debeat.

*Cum manducas, nequaquam solus manduces, sed corpore tuo suam refectionem procurante, mens suam non negligat: sed de memoria suauitatis Domini, vel Scripturarum aliquid, quod eam pascat meditando, vel saltem memorando secum ruminet, & digerat.*

*Bernard. li. de vita solitaria.*

*Religiosus impediens totaliter restitutionē lectoris in mensa, peccat mortaliter.*

PRima Instructio. Religiosus simplex eo ipso quod nulla fit lectio in mēsa, non peccat, quia eius non est lectionem omissam restituere: nisi fortè procuret, vt lectio omissa non restituatur; tunc enim peccaret saltem venialiter, quia procuraret Regulam ex parte non obseruari: si vero impedit planè vt non restituatur, peccat mortaliter, quia impedit bonum communitatis, & est causa multarum detractionum, comessationum, compotationum, obmurmurationum & dissensionum, & se opponit Superioribus suis, id ex hypothesi præcipiētibus, & Regulæ suæ.

*Prælatus dispēsans de lectio*

*Secunda Instructio.* Prælatus semel in Hebdomada vel circiter, recreationis inter Reli-

giosos ergo, lectionem in mensa omitti iubens, non peccat; cum Legislatoris mens in tali casu peccatum intendisse non videatur. Dominicus Bannes *in 2. 2. D. Thom.* Quod aduertit Capitulum Parcen. anno 1572. vt manifestum est ex eius Decreto, quod sic habet. *Tempore prandij, vel cœnæ continua fiat lectio, siue carnibus siue piscibus vescantur Religiosi, nisi à Superiore recreationes concedantur.*

*ne aliquoties, non peccat. q. 33. ar. 3. du. 3. Capit. Parc.*

*Tertia Instructio.* Prælatus qui custos est cæremoniarum, & obseruantiæ Regularis, tenetur, quantum in se est, consuetudinem legendi in mensa restituere, vbi adhuc viget; peccatque mortaliter, si secus faciat; quia ex violatione & trangressione huius Regulę Status Religiosus perturbatur. Sotus *relectione de tegendo & detegendo Secreto.* & Bannes *in 2. 2. D. Thom.* vbi aiunt peccare mortaliter Prælatos, qui non impediunt & corrigunt peccata publica, licet in singulis sint venialia, quando perturbant communitatem; qualis sanè videtur esse omissio ordinaria lectionis tempore refectionis apud Religiosos. Imò vero Bannes asserit communem esse sententiam peccare mortaliter Prælatos, qui negligunt receptas cęremonias in Ordine, quę alias sub mortali non obligabant, si eorum culpa eant in dissuetudinem.

*Non restituere lectionem in mensa, quale peccatum. Memb. 2. q. 5. q. 33. ar. 3. du. 3.*

*q. cit. art. 3. dub. 3.*

*Negligere receptas cæremonias, quale peccatum.*

*Quarta Instructio.* Etsi nullum præceptum in Regula nostra haberetur de lectione tempore refectionis, tamen eam tenetur Prælatus restituere. Primò, quia lectio ad mensam præcipitur tum omnibus Clericis *Distin. 44.* pro reuerentia; ex Concil. Tolet. *4. cap. 7.* vt animæ ædificentur ad bonum, & fabulæ

*Causæ, ob quas Prælatus debeat lectionem mensæ restituere.*

non

non necessariè prohibeantur, tum maximè Canonicis Regularibus, vt explicat Gloss. *Cap. In omnibus, de Consecrat. Distinct. 5.* vbi dicitur, vt ad mensam lectionem audiant. Secundo, quia id consueuerat Legislator noster etiam existens Episcopus, vt testatur Possidonius in eius vita. Tertiò, quia plurimi viri sancti id factitarunt. Testis est Surius in multis locis, præcipuè in vita sancti Domnoli familiaris valde sanctissimo viro Germano Episcopo Parisien. vbi de eodem ait. *Nihil in eius actionibus cernebatur, quod ad Deum non pertineret: nihil in sermonibus eius otiosum percipiebatur. Ad altare rarò sine lacbrymis; ad mensam nunquam sine lectione, nunquam sine conuiuis Pauperibus accessit.* Et in vita sancti Antonini Archiepiscopi Florentini, de quo ait. *Cùm discumberet, lectorem habuit; in quem cùm esitare crederes, ita vtramque aurem surrigebat, vt vel minimùm labentem, emendationis statim baculo castigaret.* Et in vita sancti Germani Episcopi Parisiensis fratris sancti Pauli Patroni Monasterij cuiusdam Virdunensis, in quo ego indignus professionem emisi, de quo ait. *Cùm vero venit ad mensam, confestim recitans adfuit minister Diuina collo quia, vt inter cibi fercula animi pastus alimento plus saturaretur conuiua; nullūque tempus interpolans, quo non aut aliis prodesset, aut nō ipse proficeret.* Quartò, quia nō solum id Ecclesia, sed etiā Reges aliqui præstarunt, testis est Crantius *Lib. 2. histor. de Carolo Magno*, qui D. Augustinū sibi in mensa curabat legi. Apud ipsos etiam Ethnicos idem vsurpatum est. Refert enim Cornelius Nepos *in vita Pomponij Attici*,

*Tom. 3. ad 22. Maij. Mensa sancti Domnoli.*

*3. Maij. Mensa sancti Antonini.*

*18. Maij. Mensa sancti Germani. Cap. 79 Eius vita.*

*Mensa Caroli Magni*

nunquam apud Atticum sine lectione cœnatum esse: vt non minus animo quam ventre Conuiuç delectarentur. Quintò, quia id etiam nunc plurimi Episcopi, licet multorum hospitum frequentia pene obruti, obseruant. Inter quos non vltimas tenet Reuerēdissimus ac Illustrissimus Princeps Erricus à Lotharingia Episcopus Virdunensis; cuius mensam nō solum Principis, sed & D. Benedicti, vel Augustini esse existimes; quippe quæ semper Diuinorum eloquiorū lectione sit condita. Quod etiam in mensa Reuerendissimi D. Christophori à Valle Episcopi mei Tullensis, viri omnium virtutum ac litterarum floribus exornatissimi, notaui, dum eidem mensæ indignus accuberem. Sextò, quia id apud omnes Religionum Ordines consuetudo laudabilis obtinuit, & apud laudabiles perdurat. Septimò, quia rationi consentaneum est totum hominem simul refici, ne dum fouetur corpus, animus deficiat: & hæc est causa, cur D. Augustinus lectionem continuam tempore mensæ apud nos fieri voluit, his verbis. *Cùm accedițis ad mensam, donec inde surgatis, quod vobis secundum consuetudinem legitur, sine tumultu & contentionibus audite; ne solæ vobis fauces sumant cibum, sed & aures esuriant Dei verbum.* Alij legunt *audiant*. Octauò, vt mens tota nō sit in patinis. Hinc D. Basil. in Regul. breuioribus, *Maiore (inquit) multo cum delectatione nobis accumbentibus ad mensam audienda sunt quæ leguntur, quàm sumenda quæ apponuntur. Idque vt appareat, mentem nequaquam distrahi ad corporis voluptates, sed maiorem in modum se in verbis Domini oblectare, cum eo qui dixit:*

*Mensa sancti Principis Errici à Lotharingia Episcopi Virdunensis.*

*Mensa Reuerend. D. Christophori à Valle Episcopi Tullensis, Sacrique Imp. Principis.*

*Cap. 4. suæ Regulæ.*

*Responsio ad interrog. 180.*

Dulci

*Dulciora super mel & fauum.* Diuus Bernardus. *Dum prandes, fiat lectio, vt totus non comedas.* Nono, quia lectio mensæ exulare facit comessationes & compotationes, rixas & dissensiones, turpiloquia, multiloquia, & detractiones. Cassian. ait, *institutam fuisse in mensa Religiosorum lectionem non tam spiritualis exercitationis causa, quam compescendæ superfluæ otiosæque confabulationis gratia, & maximè contentionum, quæ plerumque solent in cōuiuiis generari.* Hinc est quòd Reuerendissimus Generalis nostri Ordinis cursum Visitationum suarum, me collaborante, peragens, hunc Articulum suis Relictis, id est, Ordinationibus inseruerit. *Lectio toto prandij cœnæque tempore fiat, idque vt Regulæ satisfiat, quæ ait, Sedentes ad mensam taceant, audientes lectionem.* Et *Cum* acceditis ad mensam, *donec inde surgatis, quod vobis, secundum consuetudinem legitur, sine tumultu & contentionibus audite; ne solæ vobis fauces sumant cibum sed & aures audiant Dei verbum. Proderit etiam hæc continua lectio ad comessationes, compotationes, rixas, detractiones vitandas, & ad redimendum tempus illud, quod comessationibus in multas horas productis consumi solet.* Hæc Reuerendissimus Generalis.

*Lectio in mēsa est compotationum & detractionum dissipatrix.*

*Lib. 4. de instit. Renunciantium Ca. 17.*

*Ordinatio Reuerend. Francisci à Longo Prato.*

*Cap. 1.*
*Cap. 4.*

---

## *SPECVLVM XXIII.*

### In quo apparet, an in mensa Abbatis debeat fieri lectio.

*Nobis conuenientibus in vnum, vt verbis Apostoli vtar, iam non est Dominicam cœnam*

*S. Bernard. in Apologia ad*

*manducare: panem quippe cœlestem nemo est qui requirat, nemo qui tribuat.*

*Guilel. Abbat*
*1. Cor. 11.*

PRima Instructio. Etsi credam lectionem illam, quę pręcipitur in mensa, intelligi de mensa Conuentuali; non ausim tamen Abbates Regulares mensas suas à Religiosis separatas habentes ab omnimoda lectione eximere; tum quia Glossa *cit. ca. de consecrat.* & Concil. Tolet. *citat.* videntur id de omni mensa iniungere; tum quia Statuta nostra eos excusare non videntur. Dicitur enim Cap. 1. *Distin. 2. Debet Abbas, quandocumque in Abbatia comederit, in prandio, & in cœna lectionem audire, nisi comederit in Infirmitorio, vel post Completorium, vel in hora dormitionis.*

*Abbatũ mensa debet esse in Refectorio.*

*Secunda Instructio.* Prælatus non debet mẽsam à Fratrum suorum mensa separatam habere. Etsi enim possit pro hospitum accedentium dignitate à Refectorio abesse, tamen id passim fieri non debet. Non enim adsunt semper hospites tales, qui Prælati præsentiam requirant. Dein hęc mensa separata multarũ dissolutionum, quæ præsente Prælato non fierent, est causa. Tertiò. Pręlati tenentur suos pascere verbo & exemplo; & quomodo suos temperantiæ & sobrietatis exemplo pascent, qui nunquam vel rarissimè illis in mensa Conuentuali adsunt? Quartò, debent Prælati suis Religiosis compati, & prouidere, si illis cibus aliquis malus, vel potus amarus porrigitur; & quomodo bene compatiẽtur, si nunquã cibum vel potũ illũ cum ipsis gustent? Quintò, quia maiori cum fructu in Refectorio come-

litur. Thomas à Kempis Canonicus Regularis. *Semper ad commune Refectorium vadas, quia ibi maior animæ fructus. & puriori inde conscientia, cum gratiarum actione prandio facto resurges: ibi cum debita mensura, & maiori disciplina necessitas sumitur naturæ, & superflua resecantur: ibi susurra nulla audiuntur, sed verbum Dei sine murmure cum silentio pertractatur. Qui autem in priuato libenter comedunt, infirmitate non cogēte, aut disciplinam fugitant, aut gula vincuntur.* Sexto, quia Statuta nostra Prælatum in Refectorio comedere volunt. *cap. 1. dist. 2.* vbi sic habetur. *Abbas debet in dormitorio iacere, in Refectorio comedere, & in medio maioris mensæ sedere, nisi prædicta pro frigore, pluuia, debilitate, hospite superueniente vel alia causa ratiotabili nequiuerit adimplere.* Septimo, quia decet Prælatum Christi Vicarium in medio Religiosorum suorū comedere, exemplo Christi Domini. Hinc Prçlatum sic erudit Thomas de Kempis. *Sit Prælatus tuus in medio Fratrum tanquam verus Vicarius Christi; reliqui Fratres conuescentes sicut Apostoli sancti. Ordo quippe tuæ professionis ex Apostolica vita sumpsit exordium.* Octauo, quia decet Prælatum cum suis cōuersari: nam oculus domini pascit equū. Quare in suis visitationibus Reuerendissimus Generalis hunc solet Articulum edere. *Reuerendus D. Abbas cum Religiosis suis sæpe in Claustro, capitulo, Templo, & Refectorio conuersetur, vt sic eis verbo & exemplo praeesse queat.*

*Mensa Refectorii fructuosior est cæteris.*

*Opusc 7. Exercitiorū spir. seu lib. 2. de Discip. Claust cap. 6.*

*Loco cit.*

*Tertia Instructio.* Prælatus habens perpetuo mensam à Religiosis separatam, & opiparam; multaque hospitum vocatorum frequē̄ta quotidie stipatam, proprietarius, ac pro-

*Prælatus in mensa prodigus & proprietarius.*

digus esse conuincitur; peccatque mortaliter, præcipue si id fiat cum scandalo, vel Religiosorum penuria, vel cultus Diuini detrimento, ob Religiosorum exiguum numerum; quem, illam opiparam mensam conseruans, augere non potest; vel cum impotentia soluendi debita; sic Cardinal. Tolet. Probatur verò eum esse proprietarium, quia proprietarius ille Prælatus censetur, vt postea ostendemus, qui bona Monasterij inutiliter expendit. Contra huiusmodi opiparas mensas, multa & præclara habet D Basi. *in Regulis fusioribus.*

*Lib. seu Tract. de 7. pec. mortal. Cap. 25. Responsio. ad Interrog. 20.*

*Quarta Instructio.* Nociuum est disciplinæ Monasticæ, hospites in mensa Conuentuali tractare; neque id nisi rarissime, permittere debet Prælatus. Turbatur enim plerumque ordo communis ipsorum causa, lectio interrmittitur, refectio anticipatur vel differtur, mensa vltra tempus producitur, & expensæ maiores fiunt. Vt enim hospes lautius excipiatur, totus Conuentus lautius tractari debet. Accedit quod hospites Religiosorum animas mundi vanitatibus ac nugis pascere; nec non eos ad nimium potum plerumque excitare soleant; quę omnia disciplinam Monasticam labefactant. Quod agnoscens Capitulum Parcen. anno 1572. celebratum, hoc Decretum edidit. *Hospites non recipiantur nec tractentur in Conuentu, sed alio in loco ab Abbate ad hoc ordinato, aduocatis Sacerdotibus, quorum gratia venerūt; qui vocabuntur iuxta Abbatis discretionem. Iuuenes autem non vocentur.* Est etiam hæc instructio Statutis nostri Ordinis conformis. Habetur enim Cap. 10. Dist. 1. *In refectorio*

*Cur hospites non debeant hoc tempore excipi in mēsa Conuentuali.*

*Capitulum Parcense.*

*Secu*

*Seculares non comedant, nisi personæ honestæ, eminentes dignitate, aut vita.*

## MANDATVM 7.

Si autem aliquo opus fuerit, Præpositus eorum sit sollicitus.

*Obligat sub veniali, vel mortali, pro quantitate penuriæ Religiosorum.*

### *SPECVLVM XXIV.*

In quo apparet, quod Prælati teneantur ad necessaria Religiosis sub ministranda.

*Si quis suorum, maxime domesticorum curam non habet, infideli est deterior.* *2. Ad Tim. 5.*

PRima *Instructio*. Hoc mandatum potest particulariter & generaliter intelligi, videlicet de prouidentia, quam debet habere Prelatus in mensa, ne aliquid desit Religiosis comedentibus, & sic cogantur silentium soluere; vel de prouidentia, quam debet habere omni in loco, ne Religiosis aliquid in Choro, Claustro, Refectorio, Dormitorio, Infirmitorio, & alibi desit. Quod attinet ad primum sensum, Debet diligenter aduertere Prelatus in medio Religiosorum suorum comedentium existens, ne quid necessarium, ministrorum negligentia, vel obliuione desideretur; debetque proponere mensis ministros diligentes, & prouidos in ijs, quæ requiri possent, exequendis. *Si enim aliquo opus fuerit, Præpositus eorum debet esse sollicitus.*

*Vigilantia Prælati in mensa.*

Quod attinet ad secundum sensum, secunderi

Instructione manifestabitur.

*Obligatio Prælati in prouidendis necessariis corpori.*

*Secunda Instructio.* Prælati peccant mortaliter, si notabiliter negligentes sint in prouidendo Religiosis de rebus ad corpus necessariis. Probatur imprimis ex Clement. *Exiui. de verbor. signif.* vbi Summus Pontifex declarat inter alia obligatoria Regulæ sancti Francisci esse, *vt Superiores curam gerant de necessitatibus infirmorum, & de Fratribus induendis.* Docetque Ariostis, obligationem istam esse peccati mortalis. Idem autem, argumento à maiori, debet esse iudicium de Prælatis redditū habentibus. Accedit authoritas D. Antonini, vbi inter alia munera Prælatorum recenset, *curam necessitatum corporalium.* Tenentur igitur Prælati, quantum possunt, prouidere Religiosis, iuxta Statum Religionis, & Monasterij facultates, de rebus necessarijs corpori, cū bonorū Monasterij administrationem in eum finem acceperint. Alias faciunt contra leges boni dispensatoris, & contra iustitiam, iuxta illud D. Pauli. *Si quis suorum, & maximè domesticorum curam non habet, fidem & fidelitatē negauit, estque infideli deterior.* Quem locum Carthusianus ibi, & Glossa exponunt de cura rerum temporalium. Vnde D. Basil. *in Regul. breuiorib.* respondens illi quæstioni, quomodo peccet is qui Fratribus necessaria non distribuit, dicit. *Perspicuum est hoc iudicium ex verbis Domini, cum dixit, discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Esuriui enim, & non dedistis mihi manducare. Sitiui, & non dedistis mihi potum, &c. Et quoniam maledictus est, qui facit opus Domini negligenter.*

*3. p. cap. de Prælatis.*
*1. p. tit. 9. cap. 5 § 3.*
*1. ad Tim. 5.*
*Interrog. 150.*
*Matth. 25.*
*Hierem. 48. iuxta versi. 70 Interpretum.*
*Obligatio Prælati ad prouidendū spiritua*

Tertia

*Tertia Instructio.* Prælati peccāt mortaliter qui spiritualibus Fratrum necessitatibus notabiliter non cōpatiuntur, videlicet qui eis non prouident de locis ad exercendam disciplinā idoneis, de Confessario, Magistro Nouitiorū, Priore sufficientibus, Portario fideli, exhortationibus necessarijs, & similibus. Item qui Nouitios de Regulæ & votorum obligatione ante Professionem non monent, solis contenti cæremoniis exterioribus; qui bonorum vexatores non coercent, & similia. Ariostis. Item qui in Visitatione, correctione & similibus sunt negligentes notabiliter, quia illa necessaria Religiosis suis denegant, vt postea docebimus ex Syluestro & alijs passim, cum de correctione agemus.

*libus necessitatibus Religiosorum.*

*Spirituales necessitatis Religiosorum.*

*3 part. vbi de Prælatis. & cap. præced.*

*Quarta Instructio.* Prælati qui aliter quàm in vsum Religiosorum vel Monasterij, bona sibi commissa exponunt, sunt proprietarij. Maior. Censetur autem Prælatus in vsum Monasterij vti bonis eiusdē, quando necessarijs Religiosorū subministratis, mutuat charitatis ergo, vel facit eleemosynā pauperibus, secundū Panor. *in cap. 2. de Sol.* quia bona Ecclesiæ superflua sunt Pauperum; ideo si eis dentur, nullū malū, imo bonum committitur. Quid vero nomine eleemosynæ intelligatur, aliàs docebimus.

*Visitatio & correctio sunt necessitates Religionis.*

*In 4. sent. dist. 38. q. 9.*

*Quinta Instructio.* Etsi Prælati teneantur necessaria iuxta Statum Religiosæ vitæ Religiosis suppeditare, non tamen debent omnibus placere, vel despondere animum, quando aliquos nequeunt satiare. Tenentur enim tantum necessaria iuxta arbitrium boni viri, vel Visitatoris, vel Statutorum Decreta porrigere. Statuta autem communi-

*Bona Ecclesiæ superflua sunt pauperum.*

*Bonus vir, vel visitator, vel Statuta determinant ea quæ sunt Religiosis necessaria.*

ter aiunt Religiosis prouidendum, iuxta Monasterij facultates. Imò Prælati non possunt omnibus placere, & quanto iustiores sunt, tanto minus possunt. *Panorm. in Ca. Qualiter, & Quando, relect. 2 de Accusa.*

*Sexta Instructio.* Etsi Statuta decernunt esse suppeditanda Religiosis necessaria tantummodo iuxta Monasterij facultates, non potest tamen Prælatus, quantumuis pauperis & exigui Monasterij possessor, eos absque necessarijs relinquere; etiamsi non teneatur eos ita largè enutrire, vel vestire. Verbi gratia, si non potest candelam studij causa suppeditare, curet eis oleum ministrari: & sic de cæteris. Et hoc est (iuxta praxim, quam in plurimis Ordinis nostri Monasterij notaui) eis necessaria secundum Monasterij facultates porrigere.

## MANDATVM 8. SEV POTIVS CONSILIVM.

*Nulla est hic obligatio.*

Sabbato & Dominica, sicut consuetudo est, qui volunt, vinum accipiant.

## SPECVLVM XXV.

*In quo apparet, qualis debeat esse vsus vini in Monasteriis.*



*Rima Instructio.* Hic aliud non est nisi consilium. Imò vero neque consiliũ, cum non consulat vinum non accipere, sed vnicuique liberum relinquat accipere, vel non accipere.

Solum igitur hic insinuat, fuisse suo tempore consuetudinem dandi vinum in Monasterio diebus Sabbati & Dominica, Religiosis bibere vinum volentibus.

*Secunda Instructio*. Hinc patet, quod Religiosi tempore D. Augustini non solebant communiter bibere vinum: non quod prohiberentur semper; dicit enim, *Sabbato & Dominica qui volunt, vinum accipiant*, sed quod tantæ essent abstinentię, vt vinum bibere non solerent, nisi propter morbum, vel stomachi debilitatem, iuxta consilium Apostoli, *Modico vino vtere propter stomachum*. Id quod factitabant propter mortificationem carnis, & ne arma carni in spiritum insurgenti ministrarent. Certò sibi persuadebant illud Ethnici esse verissimum; *sine Cerere & Baccho friget Venus*. Et in vino, teste Apostolo, esse luxuriam.

1. ad Timot. 5.

Terent. in Eunuch.

Ad Ephes. 5.

*Tertia Instructio*. Religioso in mensa Conuentuali comedenti non consulerem abstinere à vino, ne singularis videatur: sed consulerem modico vti propter stomachum, ne nimium debilitetur, & propter castitatem, ne perdatur. *Quemadmodum* enim (ait Ethnicus author Plinius) *modico vini vsu nihil humano corpori vtilius est; ita nihil est corpori pariter atque animo perniciosius, si vini modus absit*. Modus autem quo Religiosus vino vti debet, est vt non merum, sed aqua multa permistum bibat. Hoc antiqui ænigmate quodam nobis insinuarunt, fabulando educatrices Bacchi fuisse Nymphas aquarum Deas. Huic Fabulæ conforme est quod narrat Athenæus, consuetudinem fuisse apud Veteres aram Nymphis ponere iuxta Bacchum: quo are situ significabatur,

*In mensa communi non est abstinendum à vino; nisi propter pœnitentiam iniunctam.*

Lib. 14. Natural. Histor.

*Vinum est diluendum.*

vinum propinaturos, permiſcendæ aquæ memores eſſe debere. Recitat idem Author cõmendatam fuiſſe à Veteribus eam vini & aquę mixtionem, in qua tanto plus aquæ eſſet quàm vini, quantò quinque excedunt duo: atque inde habuiſſe originem Adagium, *Bibe quinque, & duo*; vel, vt alij interpretantur, pro duobus ſciphis vini exhauriendos eſſe quinq; ſciphos aquæ. Commendat etiam Palamedem tanquam Augurem & vatem inſignem, quod vaticinatus ſit feliciter nauigaturo, ex Græcis illos, qui tres aquæ ſciphos cum vno vini propinaſſent. Sic ego crediderim Religioſos eos, ſuperatis carnis Syrtibus, ad fœlicem Caſtitatis promiſſę portum peruenturos, qui Vinum, *in quo eſt luxuria*, niſi ſit aquæ miſtum, bibere non audent. *Luxurioſa enim res eſt vinum*, ipſo Salomone teſte. Propterea qui vult caſtè viuere, debet vinum parcè bibere. Quod probè intelligens Sanctiſſimus Pater noſter Auguſtinus, ſic virgines ſuas alloquitur. *Ruſticanum quidem, ſed ſanum dictum aduertite. Vinum potatum moderatè, eſt medicamentũ; plùs iuſto ſumptum, venenum eſſe cognoſcitur.*

*Ca.8. Eiuſdem Lib.*

*In vino eſt luxuria.*

*Ad Ephe. 5. Prou. 20. Cap.*

*Tract. ſeu lib. de Sobriet. & Caſtit. To m.9*

*Quarta Inſtructio* Prælati qui Religioſorum ſuorum quotidianas compotationes non refrenant, & ebrietatum occaſiones non tollũt, peccant mortaliter, quoties ad ebrietatem perueniũtur; negligentia enim in puniendo delinquentes mortaliter, eſt mortalis, cum ſanguis eorum de manibus Prælati requiratur. *Cap. Irrefraga.* & eo ipſo quod tacet, videtur conſentire, & punitur de negligentia, ac ſi faceret. *Can. Quid enim. Can conſentire, Diſt.* 83. Accedit quod compotationes & comeſ-

*Prælati ebrietatum occaſiones non tollentes vt peccant*

*Extra de Offi. Iudic. Ordina*

fationes in Monasterijs sunt totius disciplinę Regularis labefactatrices. Non in vna sede locantur compotatio & pudicitia. Imò ( vt ait Plinius ) *prooemium ebrietatis libido portentosa, ac iucundum nefas.* Non solent in eodem reperiri subiecto compotatio & Obedientia: facere enim voluntatem Superioris, eorum cibus esse nequit, quorum Deus venter est. Dum enim illis aliquid præcipitur; rixantur potius quam obsequuntur, vt sapientissimus hominum Salomon aduertit. *Cui væ? Cui rixæ? nonne iis qui commorantur in vino, & student calcibus epotandis?* Non possunt in eodem Monasterio Paupertas Euangelica & compotatio commorari. Paupertas enim Euangelica, Pauperibus voluntarijs frugaliter ac parcè saturatis, colligit quæ superauerunt fragmenta; & ne comessationibus, compotationibusve pereant, pauperibus ostiatim stipem mẽdicantibus distribuit. Denique nunquam sibi cohabitant compotatio & Sapientia. sic enim loquitur ipse Sapiens: *Qui amat vinum & pinguia, non ditabitur,* thesauro Sapientiæ; siue, vt apud alios citatum, & obseruatum lego, non erit Sapiens. Quare videtur quod Prælati nõ tollentes huiusmodi compotationes, quoad possunt, mortaliter peccant.

*Dist. 43. can. Sit Rector.*

*Compotatiões, & comessationes sunt disciplinæ Regularis labefactatrices.*

*Li. 14. ca. 22.*

*Prouer. 23.*

*Paupertas voluntaria & compotatio nõ reperiuntur in eodem Monasterio.*

*Compotatio et Sapientia non morantur sub eodem tecto.*

*Quinta Instructio.* Prælati qui permittunt quotidianas illas compotationes, & comessationes, quibus disciplina Regularis mensæ labefactatur funditus, in continuo sunt peccato mortali: quandoquidẽ illud continuè permittunt. Sotus *Relectione de tegendo & detegendo secreto, membr. 2. q. 3. citatus à Domin Bannes;*

*Prouer. 21.*

vbi

*Prælatus permittens compotationes quotidianas est in perpetuò peccato mortali.*

vbi ait peccare mortaliter Prælatos, qui non impediunt & corrigunt peccata publica, licet in singulis sint venialia; quando perturbant pacem communitatis, qualis, vt minimum, videtur esse compotatio & comessatio apud Religiosos. *Cui enim rixæ? nonne iis qui commorantur in vino?* quemadmodum ex Sapiente annotatum est superius.

*In 2. 2. q. 33. ar 2. dub. 2.*

*Prouer. 23.*

*Ebrietatis mala.*

*Epist. ad eam scripta.*

*Sexta Instructio.* Vt autem Prælati intelligant, quę mala permittant, dum suos Religiosos in ebrietatis poculis hærere permittunt; Audiant Castitatis Religiosæ amatorem gloriosum Hieronym. Furiam suam sic docentē. *Non AEtnæi ignes, non Vulcania tellus, non Veseuus & Olympus tantis ardoribus æstuant, vt iuueniles medullæ vino plenæ, & dapibus inflammatæ.* O igitur præclaros Pudicitiæ Religiosorum suorum custodes Prȩlatos eos, qui vinum quando libet, & per loculos licet, Religiosis ministrari permittunt! Attendant, quæso, ad Legislatoris ac Patris sui sacras virgines exhortantis verba. *Ebrietas est flagitiorum omnium mater, culparumq; materia; radix criminum, origo vitiorum, turbatio capitis, subuersio sensus, tempestas linguæ, procella corporis, naufragium Castitatis, amissio temporis, insania voluntaria, ignominiosus languor turpitudo morum, dedecus vitæ, honestatis infamia, animæ corruptela.* Attendant, quæso, ad ista ij, qui cum aduertunt suos esse ebrios, rident, gestiunt, lætantur, imò vero eos ad potandum inuitant, & ad ebrietatis crapulam cogunt. An nesciunt, ex eodem Patre, *ebrietatem blandum esse dæmonem, dulce venenum, suaue peccatum; quam qui habet, seipsum non habet: quam qui*

*Loco sup. cit. seu L. de Sob. & Castit. 19. 9*

*facit, peccatum non facit, sed ipse totus est peccatum?*

*Septima* *Instructio*. Nihil ita hominem indignum Monasterio reddit, sicut compotatio, & comessatio. Monasterium enim pœnitentiæ, sobrietatis & austeritatis receptaculum, in voluptatum, delitiarumque voraginem commutat. Atque mihi videtur talis esse eatenus similis Mathematicis, quatenus vt illi centro, ac spatio, ita iste omnes suas actiones ventre circumscribit; sicque habet caput in pectus compressum, vt nihil nisi cibum & potum meditari, vel loqui queat; & quicquid de disciplina vitæ Regularis dicas, si ad ventrem directè, vel indirectè non vergat, ab eo non recipiatur. Nec mirum. *Vt enim miles ignauus ad sonitum buccinæ prœliũ indicantis exhorrescit, sic homo gulosus sermone ad ieiunium & temperantiam contremiscit.*

*Compotatio et comessatio hominem redbũt indignum Monasterio.*

*S. Nilus in Orat. prima ad uersus vitia.*

*Octaua Instructio*. Ex magnitudine pœnæ ebrijs Ecclesiasticis à Canone pœnitentiali iniunctę, patet ebrietatem magnum esse in homine Religioso malum. Canonis autem illius hic est tenor. *Sacerdos quilibet si inebrietur per ignorantiam, septem dies pœniteat in pane & aqua, si per negligentiam, quindecim dies; si per contemptum, quadraginta dies. Diaconus & reliqui Clerici & ministri iuxta ordinem suum iudicio Sacerdotis pœniteant. Si quis verò eorum ebriosus sit, tribus mensibus in pane & aqua pœniteat. Si autem Presbyter aut Diaconus per ebrietatem vomitum fecerit, quadraginta dies pœniteat; Si Monachus triginta; si Clericus, viginti. Si quis vero per nequitiam alium inebriat, quadraginta dies pœniteat. Quod si in consuetu*

*Pœna Canonica Ebriorum. can. Pœnit. 38 clericorum ebriorum.*

*Vide Iuonem loco infecit i qui à cap. 68. habet multa contra comessationes cleric. Burch. li. 14 decret. cap.*

 *dine*

*dine habuerit, communione priuetur, donec dignè pœniteat, & emendationem promittat. Qui verò cogit hominem, vt inebrietur humanitatis gratia, acerrimè corripiatur, & septem dies pœniteat. Nullus enim Christianus alium Christianum plus bibere quam natura sufficit, cogere potest.*

& 9. & Iuo. Carno. 13. part Decr. c. 76. & 77. 81. 82. 83. Compellentis alium ad ebrietatem pœna. Burch. lib. 14. Decret. ca. 8. 13. & 15. & Iuo. cit. par. 13 ca. 73. & 74. & Can. Episc. Dist. 35. Iuo. par. cit. ca. 79 & Can. Ante omnia dist. 35.

In Canonibus vero Apostolorum constitutum legitur Can 42. & 43 quòd *Episcopus, Presbyter, aut Diaconus aleæ atque ebrietati deseruiens, aut desinat, aut certè damnetur; Subdiaconus. aut Lector, aut Cantor, similia faciens, aut desinat, aut cõmunione priuetur. Si quis vero Episcopus aut aliquis ordinatus, in consuetudine ebriosus fuerit, aut desinat, aut deponatur.*

In Consilio vero Agathensi *cap. 41.* constitutum fuit, *eum, quem ebrium fuisse constiterit (vt ordo patitur) aut triginta dierum spatio à communione submouendum esse, aut corporali dandum supplicio.*


## MANDATVM 9.

Si opus fuerit ad aliquam necessitatem Monasterij mitti, duo eant.

## *SPECVLVM XXVI.*

*In quo apparet, quando & quomodo fieri debeat Religioso facultas egrediendi Monasterium.*

*Obligat sub mortali vel veniali, prout Prælati suos maiori vel minori periculo peccandi exponunt*



*Rima Instructio.* Hinc satis manifestum est, non consueuisse tempore D. Augustini Canonicos Regulares egredi Monasterium, nisi ratione

tione alicuius necessitatis Monasterij: cum egressus Monasterij nullam faciat mentionem, nisi cum vrget Monasterij necessitas. Hinc colligi potest.

*Quomodo peccent Prælati, qui Religiosis suis facultatē faciunt euagandi.*

*Secunda Instructio.* Prælati qui passim Religiosis suis faciunt facultatem vagandi per vrbes vel campos, conuiuiorum, nundinarum, nuptiarum, & similium causa, peccant mortaliter, vel venialiter, prout exponunt suos Religiosos periculo peccandi, & scandalum generandi Sæcularibus. Quòd peccent quotiescumque hanc facultatem sine causa legitima faciunt, patet ex eo quòd disciplinæ Claustrali, quæ vagari non permittit, non satisfaciunt. Deinde, quia Capitulis Generalibus, quæ id seuerè prohibent, non obtemperant. Tertiò, Ordinationi, quàm in suis Relictis Reuerendissimus Generalis contra huiusmodi diuagationes edere solet, non obediunt. Cuius Ordinationis tenor hic est;

*Ordinatio Reuerend. Generalis contra euagationes.*

*Nullus per pagos vel vrbes nundinarum, conuiuiorum publicorum, festorum vel infantium suscipiendorum causa vagari permittatur; ne is, qui indesinenter circuit quærens quem deuoret, Castitati virtutum omnium pulcherrimæ insidias præparet; & quem in Monasterio, tanquam in Castello munitum, debellare non potuerat, suis iam iaculis obuium, & nudum interimat.* Similis est Ordinatio Capituli Parcensis anno 1572 *Non licet* ( inquit) *Religiosis adire nuptias, dedicationes, nundinas, publica conuiuia, vel processiones ( processionum autem nomine intelligunt festa alicuius vrbis vel pagi) neque proles è sacro fonte suscipere.*

*1. Petr. 5*

*Ordinatio capit. Parcens. Et habetur de Consecr. D. 4. C. Nō licet. & C. Monachi.*

Quarto, Quia disciplinam Claustralem huiusmodi facultatibus passim factis labefactãt: quod in Prælato mortale est Bannes. Quinto, Quia suos exponunt periculo peccandi. Denique quia exponunt eos periculo generandi scandalum Secularibus, & quando ducunt choreas, verba lasciua proferunt, & huiusmodi, quæ frequentissima sunt Religioso conuiua publica, nundinas, & festa pagorum frequentanti.

*In 2.2.q. 33. cit.*

*Tertia Instructio.* Prælati qui Religiosos ad peragenda Monasterij negotia solos egredi patiuntur, sine iusta causa, infringunt hoc Mandatum: & peccant mortaliter vel venialiter, prout suos magno vel paruo peccandi periculo exponunt; nisi tales sint qui soli exeunt, vt inde nullum eis periculum, vel alijs scandalũ immineat. Cui autẽ negotia externa cõcedere, & quẽ ad ea mittere debeant, amplè docet D. Basil. *in Regulis fusioribus*, his verbis: *Peregrinandi quidem potestatem ei permitto, qui in peregrinatione sine animæ suæ detrimento, & cum vtilitate eorum, quibus cum congredietur, posit versari Quando n si idoneus aliquis affuerit, longè est præstabilius summam rerum omniũ necessariarũ penuriam perpeti, atque egestatem; etiamsi propterea subeunda mors sit quam subleuandæ necessitatis corporis causa, perspicuum & omnibus confessum animæ detrimentum negligere. Bonum est enim* (inquit Apostolus) *mihi magis mori, quam vt gloriam meam quis euacuet. Et si hoc in ijs, quæ liberè vnicuique licet omittere, quanto igitur impensius in ijs, de quibus præcisè*

*Quando Religiosus posit solus mitti ad negotia.*

*Cui debeant negotia monasterii cõmitti.*

*Responsio. ad Interrog. 44.*

*2. Corint. 9.*

*extat*

*extat mandatum? Quanquam huic ipsi etiam incommodo medetur lex charitatis. Si enim inciderit aliquando, vt in Conuentu aliquo desit, qui tutò commodeve foras poßit amandari, neceßitati huiuscemodi satisfacient ij, qui loco proximi erūt, cùm & communia itinera faciant, & absentes à domo, vicißim alij ab alijs nunquam separentur, vt tam qui animi, quam qui corporis etiam viribus imbecilles sunt, ij hoc modo cum valentioribus coniuncti incolumes, ac vegetiores conseruētur. Quod quidem multo ante prouidere debet is, cui procuratio necessariorum concredita est; ne in ipso postea neceßitatis articulo, rebus iam in summas angustias adductis, remedium ipsi ex tempore quærendum sit. Cæterum vbi qui emissus fuerit, domum iam se ex peregrinatione receperit, eum diligenter percontator, quid absens interim egerit, in quorum hominum congressus inciderit, cum illis quos sermones contulerit, in huius mundi ne secum ipse cogitationibus sit versatus, num aßiduè diu noctuque in Dei timore permanserit, an à recta semita interdum aberrarit, & à communi Decreto aliquid innouarit, idque terrore perculsus externarum calamitatum, an propria socordia lapsus. Et quod rectè ab eo factum audierit, approbatione confirmato: quod autem contra, vitiosè, leui cura prudentiq; admonitione corrigito. Ita enim & attentiores esse assuescent, qui itineribus se dabunt, si de reddenda ratione solliciti sint; & nos, quamdiu abiuncti illi à nobis permanent, neutiquam videbimur il-*

*Quomodo examinandum is qui redit.*

*lorum vitæ curam negligere. Porro huiuscemodi etiam, de qua loquimur, consuetudinem ex Actorum historia accepimus solitam fuisse à veteribus sanctis viris vsurpari. Siquidem ex ea docemur, quemadmodum & Petrus, cùm se Hierosolymam recepisset, ijs qui tunc in ea ciuitate erant, rationem reddiderit eius societatis, quæ sibi cum Gentibus fuisset. Similiterque, quemadmodum Paulus & Barnabas reuersi ex peregrinatione, cōgregata ab ipsis Ecclesia renunciauerint omnia, quæcunque Deus fecisset cum illis. Et alio in loco, quēadmodum siluit omnis multitudo, & audiebant Barnabam & Paulum narrantes quæcumque fecisset per illos Deus. Illud tamen ex hoc loco intelligendum est, nundinationes & quæstus illos omnes, qui caupones attingunt, Fratrum Conuentus longißimè fugere debere.* Idem sanctus Doctor docet alibi, qua de causa visitationes Parentum, vel amicorum suscipiendæ sunt, his verbis. *Omnino visitandi officium vnum est ex ijs quæ grata sunt Deo Verumtamen qui eo fungitur, is ad intelligendum esse sagax debet, & ad respondendum prudens. & illud facere quod dictū est: Sit sermo vester semper in gratia sale conditus, vt sciatis, quomodo oporteat vos vnicuique respondere. Illud autem, quempiam visere vel consanguinitatis, vel amicitiæ causa, alienum est à nostra professione.* De eadem re multa adhuc & preclara scribit in Constitut. Monast.

Actor. 11. ca.
Actor. 14. ca.
Actor. 15. ca.
Responsio. ad Interrog. 311.
Qua de causa visitationes parentū concedi debeant.
Ad Colo. 4. ca.
Cap. 8. & 21.

*Quarta Instructio.* Religiosi qui procurant vt foris egrediātur, peccāt vt minimū venialiter, quia hoc Mandatum Regulæ infringunt. Peccant vero mortaliter, quando ob finem mortaliter malum procurant illum egressum. De ijs autem, qui non impetrata facultate vel

temerè vagantur extra Monasterium, sic puniendos asserit D. Basil. in Animaduersionibus aduersus Canonicos delinquentes constitutis. *Si quis praterquam vbi necessarii vsus postulat, extra egrediatur, ac temerè diuagetur, qui huiusmodi est segregator, vt quiescant aomi pedes eius, sicut scriptum est.*

*Habentur post Regulas breuiores. Animaduer. 9*

*Quinta instructio.* Probo magnopere consuetudinem Prælatorum nostri Ordinis in Germania & Bohemia, qui hoc Mandatum sic obseruant, vt ne Religiosos quidem Beneficiarios, in Parochijs solos manere patiantur. Nam præterquam quod sic se gerentes Regulæ satisfaciunt, insuper Oecumenica adimplent. Præcipitur enim in Concilio Lateranensi sub Alexandro tertio, & ne soli Religiosi per villas & oppida per quascunque parochiales ponantur Ecclesias; &, ne soli inter Sæculares homines spiritualium hostium conflictum expectent: quia periculum est, ne cum ceciderint, subleuantes se non reperiant. Idem habetur extra de Capellis Monachorum, & Clement. *Ne in agro. de Statu Monachor.* §. *ad hac*, & extra. Cap. Quod Dei timorem, *eodem titulo.* Vbi etsi constituatur hoc discrimen inter Monachos & Canonicos Regulares, quod illi strictiori, hi verò laxiori Regulæ subijciantur; præcipit tamen ibi Innocentius tertius, vt si commodè fieri potest, qui ex ipsis Canonicis Regularibus Beneficiorum administrationem habent, vnum Canonicum Regularem secum teneant; ad maiorem cautelam. Imò vero Iacobus de Graffijs asserit, Sixtum quintũ Bullam condidisse, in qua sub graui pœna, prohi-

*Bohemi & Germani non patiuntur Religiosum esse sine comite in Parochia. ca. 3*

*Cap. Ex parte tua, & cap. ad audientiam.*

*Discrimen inter Monachos & Canonicos Regulares.*

betur Religiosis, ne sine socio in Parochijs habitent.

*Sexta Instructio.* Malè se gerunt Prælati, qui passim facultatem faciunt Religiosis visitandi Parentes. Audiant D. Basil. *in Regul. breuiorib.* sic differentem. *Si hoc propter ædificationem fidei fit, qui adire hoc modo potest, is data venia mittitor. Si vero propter officium humanum, audiat quid illi responderit Dominus, qui dixerat, Permitte mihi ire, & renunciare his, qui domi sunt; Ait enim: Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno Dei. Quod si de eo, qui renunciare tantum voluerat, tale iudicium est, quid de hoc dicendum est.*

*In Respons. ad Interrog. 189.*

*Luc. 9.*

## SPECVLVM XXVII.

*In quo videtur, quando Religiosus teneatur egredi Monasterium ad subueniendum Parenti.*



*Rima Instructio.* Religiosus in necessitate extrema Patris vel Matris, si potest subuenire, debet veniam egrediendi Monasterium petere, & etiam ea non obtenta egredi: si verò necessitas non est extrema, sed est adeo vrgēs, vt possit filium in sæculo adhuc morantem, obligare ad subueniendum, tenetur etiam egredi, si necessitas illa præcessit professionem; obligat enim talis necessitas ad non intrandum, & non obstante professione ad ex-

*Necessitas duplex.*

eundum

eundum; non autem ſi ſubſequatur; etiamſi in hoc etiam caſu poſſit concedi; & concedatur ſæpe poteſtas exeundi ad ſubueniendum, vt colligimus ex doctrina vtriuſque Thomæ. ex Doctor. Nauar. 2.2.q.101. art. 4. Commẽt.3. de Regul,nu.48.

*Secunda Inſtructio*. Facultatem exeundi ad ſubueniendum Patri vel Matri in neceſſitate quaſi extrema non ſolum poteſt Summus Pontifex concedere, ſed etiam Prælatus inferior, præſertim Generalis vel eius Vicarius. Poteſt enim, vt oſtendit Nauar. *in Can. Non dicatis* Prælatus ordinarius facere Regulari poteſtatẽ manendi foris iuſta de cauſa, qualis eſt iſta. *Facultas exeundi ad ſubueniendũ Parẽti poteſt fieri à Prælato ordinario. Seu Comm. de Regular. 2.*

*Tertia Inſtructio*. Hæc facultas exeundi non debet à Summo Pontifice, vel Prælato concedi de ordinaria poteſtate habitu relicto, niſi ſubuentio impediretur tali habitu. Nec eſt quod aliquis obijciat ſcandalum, quod ſolent huiuſmodi licentiati facere. Ordini ſuo, dum vitam malè inſtituunt; ſi enim conſtat probabiliter Prælato huiuſmodi Religioſum petentem licentiam ad exeundum pro neceſſitate Parentum, victurum cum animæ proprie detrimento, & cæterorum ſcandalo, debet omnibus modis exitum impedire; quandoquidem debet pluris facere animam ſui Subditi, quam corpus Patris & Matris Subditi. *De hac re vide Nauar.* *Exiens ad ſubueniendum quomodo poßit exuere habitum.* *Quando Prælatus debeat impedire exitum Ca.14. Manu. num.14.*

# MANDATVM 10.

Nemo extra Monasterium sine præcepto manducet siue bibat; non enim ad disciplinam pertinet Monasterij.

*Hoc mandatū obligat sub veniali tantum, nisi interueniat excessus scandalū, nimia cupiditas vel contēptus.*

## *SPECVLVM XXVIII.*

*In quo apparet illicitum esse Religiosi nostri Ordinis comedere vel bibere extra Monasterium, & extra refectionem.*



*Rima Instructio*. Tempore D. Augustini Religiosi tantæ erant abstinentiæ, vt etiam accepta venia comedendi vel bibendi extra Monasterium, non manducarent neque biberent, nisi id præciperet Prælatus, vt patet ex hoc Mandato, vbi vt aliquis possit licitè extra Monasterium comedere, requiritur præceptum Superioris. Dicitur enim, *nemo extra Monasterium sine præcepto manducet vel bibat*: Vel certè per præceptum, intelligitur permissum, quod facilè crediderim.

*Secunda Instructio.* Hoc Mandatum obligat tantum sub veniali peccato, nisi fortè interueniat scandalum vel excessus. Quod obliget sub veniali, patet, quia temperantis Religiosi non est extra casus necessitatis vel honestatis extra Monasterium comedere vel bibere. In sumptione enim cibi & potus, vbi non est necessitas naturæ vel honestatis, committitur actus intemperantiæ, qui

*Extra Monasteriū bibere non licet, nisi quando necessitas vel honestas cogit.*

est actus venialis peccati, vt docet Nauar. Deinde, id est contra disciplinam Monasterij, vt notauit hic Legislator. Dixit autem, nisi interueniat scandalum vel excessus, quia vbi in sumptione cibi extra Monasterium excessus aliquis notabilis committeretur, vel occasio scandali alicuius notabilis daretur, veniale peccatum in mortale commutaretur.

*Cap. 23. Manu. num. 119.*

*Quando comedere vel bibere extra Monasterium sit mortale.*

*Tertia Instructio.* Canonicus Præmonstratensis non debet comedere neque bibere, ne quidem in Monasterio, extra horas refectionis, vt satis docent Statuta eiusdem Ordinis *Cap. 10. Distinct. 1.* Si autem extra illas horas comedit vel bibit, sine facultate expressa, vel tacita, peccat contra Ordinationem Reuerendissimi Generalis factam in suis Relictis hoc modo.

*Extra prandij & cœnæ tempus, nullus cibum nisi vrgente necessitate sumat, ne compotationibus, vel comessationibus cum magno Castitatis detrimento tempus consumatur.* Peccat etiam contra Capitulum Parcen. anno 1572. *Extra horam refectionis* (inquit) *nemo comedat vel bibat. Comessationes, ientacula, & pitantiæ extra horam prandij vel cœnæ prorsus tollantur.*

Posset autem in eo etiam mortaliter peccari, si Prælatus id sub pœna Inobedientiæ ad Regularē disciplinam restituendam prohiberet. Neque enim negandum est Superiorem posse, id quod alioquin est veniale, sub pœna Inobedientiæ, vel peccati mortalis prohibere: quando videlicet aduertit per illum excessum, vel defectum venialē, violari passim Regulam,

*Comedere vel bibere in Monasterio extra refectionem aliquando est mortale.*

nec

nec posse alia ratione reuocare Religiosos ad officium. Tunc (inquam) non video quare nõ possit adhibere illud remedium efficax; cum Prelatus sub poena peccati mortalis teneatur prouidere, vt Regulæ obseruentur. Ita Bannes. Porro Capitulum Parcen. citatum conforme est antiquæ Religiosorum abstinentiæ, apud quos sacrilegium reputabatur ex Cassiano, *quicquam ciborum extra tempus refectionis sumere.*

*Li. 4. de Inst. Renunc. ca. 18.*

## MANDATVM II.

*Hoc mandatũ respicit votum Paupertatis ac propterea obligat sub mortali, nisi paruitas materia excuset.*

Si opera Monasterij mittantur Fratres vendere, sollicitè caueant, ne quid faciant contra præceptum. Scientes quoniam exacerbant Deum in seruis ipsius.

### SPECVLVM XXIX.

*In quo apparet, quando & quomodo peccet Religiosus Oeconomus.*

*Oeconomus quãdo peccet.*

P*Rima Instructio*. Religiosi qui sunt huius mãdati præuaricatores, peccant mortaliter; nisi paruitate materię excusentur: committuntque triplex peccatum, videlicet inobedientiæ, furti siue sacrilegij, & proprietatis, eo ipso quod bona Monasterij contra Prælati prohibitionem ad libitum suum vendunt, & eorum iusto pretio Monasterium fraudant. Hoc

enim

enim est Superioris voluntatem negligere, rebus Monasterij ad libitum suum vti, & illas in detrimentum Monasterij distrahere, quod Religioso sine inobedientia, furto seu potius sacrilegio, & proprietate fieri nequit. Quod in eo sit proprietas patet ex S. Antonin. & Nauar. *in Can. Non dicatis*, vbi aiunt Religiosum res sibi à Superiore concessas alienando absq; eius licentia, verbi gratia, illas commutando cum alijs, vendendo, donando etiam in eleemosynam, &c. peccare mortaliter contra Paupertatem: quantò magis peccat, qui illas in detrimentum Monasterij vendit, & commutat contra præceptum, & illas non in eleemosynam Pauperibus, sed mercatoribus viliori, quàm par est pretio tradit? D. Thom. Dein is censetur proprietarius, qui perinde disponit de rebus Monasterij, ac si sæcularis esset; quod facit is qui res Monasterij emit, vendit, vel permutat alio modo quàm Superior præcipit, vt colligitur ex Doctoribus passim, Maior D. Tho. Nauar. *in Can. Non dicatis. 12. q 1.* Syluest. *verbo Religio 6.*

*3 p. Titul. 16. cap 1. §. 1. Seu Comment. 2. de Regul.*

*2. 2. q. 32. art. 8. ad 1.*

*Proprietarius quis.*

*In 4. Sen. dist 39. q. 9. 2. 2. q. 286. art. 9.*

Quòd vero in eo fiat furtum, patet. Is enim fur apud sæculares reputatur, qui inuito domino distrahit, vel emit pretio minus quàm iusto res sibi ad vendendum vel emendum commissas; teneturque ad restitutionem damni inde emergentis, vel lucri cessantis. Est enim Regula hæc ab omnibus recepta: *Si culpa gestoris negotiorum damnum Domino contingat, vel lucri cessatio teneri gestorem satisfacere* L. Si negotia absentis, &c. & ab Ariosti. 3. *p. De gestore negotiorum.* Idem asserit Molina. *in disput. De Iusti. & Iure.*

*ff. de Negotiis gestis.*

Ego

Ego vero non existimauerim esse furtum simplex, sed sacrilegium; cum omnia Monasterij bona sint Deo, & Ecclesiæ tradita & consecrata. Habeo huiusce sententiæ meæ fautorem Collatorem Cassianum, qui narrat Oeconomum, cum vidisset præteriens tria lenticulæ grana in terra iacere, quæ exciderāt de Hebdomadarij festinantis manibus, hoc ad Abbatem retulisse, à quo ille Hebdomadarius, tanquam neglector sacri peculij, ab oratione suspensus est, eiusque negligentiæ actus non aliter quam pœnitentia publica remissus est. Existimabant nimirum illi Cœnobiorum incolæ non solum se non esse suos, sed omnia, quæ sua erant, esse Deo consecrata. Quare omnia Monasterio tradita & oblata, vt sacrosancta cum omni honore & reuerentia tractari debere ordinabant. Eiusdem est opinionis D. Basil. *in Regul breuiorib.* vbi de abusore & perditore rerum Monasterij sic loquitur. *Prorsus qui abusus sit, is tanquam sacrilegus; qui vero amiserit, tanquam sacrilegij author iudicator: cum omnia Domino sint consecrata, & Deo dedicata.*

*Malus Oecono mus in Monasterio non solū est fur, sed sacrilegus etiā. Ca. 10. de Instit. Renunciāt.*

*Bona Monasterii sunt Deo consecrata.*

*Respons. ad Interrog. 144*

*Secunda Instructio.* Religiosi frequentiores huius Mandati transgressores, solent communiter esse Procuratores, & Prouisores exteriorum, qui suis iniustis stipendijs non contenti, solent iustum rerum pretium Monasterio, in propriam vtilitatem, vel amicorum, & parentum fauorem damnabilem detrahere. Dixi, *iniustis stipendiis,* quia Religiosi pro Obedientiarum suarum executione; nulla possunt recipere stipendia sine proprietatis labe. Quare id vetuit aptè Capitulum Parcen.

*Religiosi non possūt accipere stipendia pro suis officiis.*

nostri

nostri Ordinis anno 1572. celebratum, his verbis. *Qui aliquo officio funguntur, non accipiant stipendium, iuxta tenorem Trid Concil.* Seß. 25. ca. 2.

Id etiam prohibuit Reuereudissimus in suis Relictis sub his verbis. *Nullus Prouisor, vel alius Monasterii officiarius, quocumque nomine censeatur, de aliquo stipendio annuo, pro officij sui molestiis recipiendo, cum Prælato vel Conuentu sub pœna Excommunicationis paciscatur; sed tanquam voti Paupertatis amator, habens victum & amictum gratis seruiat, & se existimet charitate seruiente felicem. Nullus enim* ( vt prohibet Regula Ca. 8.) *sibi aliquid operari debet.* Franciscus à LongoPrato.

*Tertia Instructio.* Præterquam quod ij qui transgrediuntur hoc Mandatum, sunt fures & proprietarij, hoc etiam incurrunt peccatum, quod exacerbăt Deum in seruis ipsius, vt notat Legislator; quod non fit sine magna Dei indignatione, qui seruos suos sibi totaliter in holocaustum traditos, & relictis omnibus obsequio suo consecratos, & prouidentiæ suæ plane dimissos decipi non patitur, sine magna indignatione.

*Quarta Instructio.* D. Basil. *in Reg. fusiorib.* instruit hoc modo eos, qui res ad Fratrũ vsus necessarias distribuũt. *Diligenter illud circũspiciăt, vt faciles se ad omnes, & clementes præbeant; ne suspicionẽ alicui aliquă commoueant maioris alicuius erga aliquos beneuolẽtiæ inclinationisue animi propẽsioris queadmodũ Apostolus præcipit sic dicẽs; Nihil faciens in alteră partẽ declinando; aut contra, simultatis, contentionisq; (quod vitiũ tanquam ab hominibus Christianis alienũ, idem Apostolus reijcit, cũ dicit, Si quis videtur inter vos* Respons. ad Interrog. 34. Instructio Procurat rum in Monasteriis. 1. ad Tim. 5.

*contentio-*

*contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, neque Ecclesiæ Dei ) vt ob eam causam, & ijs quibus infensiores sint, necessarias res subtrahant; & illis, in quos animi inclinatione propendeant, amplius quam quantum sit opus, largiantur: quorum alterum fraterni est odij, alterū amoris vitiosi quod est vitium maxime infame. Quibus ex rebus illud nobis vsu venit, vt mutua & concors conspiratio, quæ ex charitate nasci consueuit, ea distrahatur: & in eius locum suspiciones prauæ, æmulationesque atque obtrectationes clam arrepunt, & ad labores in operibus administrandis subeundos lentescentis animi cunctatio. Quamobrem cum ob ea quæ dicta sunt, tum ob alia etiam eiuscemodi multa, quæ illa comitantur, ab hac praua animi propensione, ac fauore, studioq; contentionis, necesse est se vt liberrimos atque expurgatos reddant, qui res intus ad Fratrum vsus necessarias distribuunt; saneque cum ij, tum reliqui omnes, qui aliud quoduis vtile, ac necessarium Fratribus munus administrant, eiusmodi & animum adhibere, & studium debent: perinde quasi non hominibus, sed Domino ipsi ministrent, qui pro incredibili sua bonitate, delata ijs qui se ipsi consecrarunt, honorem, & studium perinde habet, quasi in ea ipse accepisset, & pro his cœlestis se Regni hæreditatem daturum promittit. Venite enim ( inquit ) benedicti Patris mei, hæredes estote paratæ vobis Regni à constitutione mundi, quia quatenus fecistis vni de his Fratribus meis minimis, mihi fecistis. Similiterque ex*

*1. Cor. 11.*

*Rimulus ad fideliter inseruiendum Fratribus.*

*Matth. 25.*

*contrario, imminens iis qui negligentes fuerint, periculum intelligere, ac memoria verba illa tenere: Maledictus omnis, qui facit opus Domini negligenter. Neque enim à Regno excluduntur modo, sed horroris etiam ac terroris plenissimam Domini aduersus istiusmodi homines latam sententiam illam expectant: Discedite à me maledicti in ignem æternum paratum diabolo & Angelis eius.*

## MANDATVM 12.

Si aliquid emant ad vsum Monasterij, sollicitè & fideliter vt serui DEI agant.

*Hoc mandatũ respicit votum Paupertatis; obligatque sub mortali, nisi leuitas materiæ excuset.*

HOc Mandatum parem habet cum superiori obligationem, & sicut superius fraudem in vendendo, sic istud in emendo prohibet.

## MANDATVM 13.

Otiosum verbum apud illos non sit.

*Hoc Mandatũ obligat sub veniali, nisi contemtus interueniat, vel finis malus.*

## SPECVLVM XXX.

*In quo apparet, peccata, etiamsi tantum sint venialia, esse sedulò vitanda.*



PRima *Instructio*. Gregorius Magnus otiosum verbum definit, quod *aut ratione iustæ necessitatis, aut intentione piæ vtilitatis caret*, & Homil. 6. in Euangel. *Otiosum verbum est, quod aut vtili-*

*Li.7. Mor.ca. 18. & 3. par. Past. Adm.15*

*tate rectitudinis, aut ratione iustæ necessitatis caret.* D. vero Basil. *q. 23. in Quæstionibus compendio explicatis*, dicit, verbum otiosum esse, quod non conducit ad propositam in Deo vtilitatem.

*Verbum otiosum quid.*

*Ser. 4. de Animab. Fideliū.*

*Secunda Instructio.* Verba otiosa, sunt peccata venialia, ex D. Augustino, nisi ordinentur in prauum finem; tunc enim transeunt in mortalia; vt si quis dicens verbum otiosum dirigeret ad excitandum Confratrem ad pollutionem vel Inobedientiam formalem. Peccata autem venialia transeunt his modis in mortalia, primò, quando in veniali ponitur vltimus finis. Secundò, quando veniale ordinatur ad finem mortaliter malum, vt in exemplo allato. Tertiò, quando Conscientia dictat veniale esse mortale. Quartò, quando committitur ex contemptu legis vel Legislatoris. Denique quando committitur veniale cum periculo mortalis; quod qui amat, peribit in illo, videlicet quia veniale illud disponit ad mortale.

*Quibus modis venialia transeant in mortalia.*

*Tertia Instructio.* Verba otiosa etsi venialia peccata tantum sint, tamen à Religioso maximè vitari debent, primò, quia Religiosi, vt pote Deo toti specialius quam Sæculares cōsecrati, per culpam venialem aliquid Deo subtrahunt; nimirum charitatis ardorem, & vnionem, quæ debet inesse seruo fideli cum Domino. Deinde peccata venialia sunt contra Dei Mandata, quæ seruo Dei speciali & dilecto, qualis est Religiosus, cordi maximè esse debent. *Omne enim peccatum* (sancto Bernardo teste) *contra Dei Mandatum præsumitur.* Tertiò, quia peccata venialia animam viri

*Cur Religiosus magis cauere debet à venialibus, quam Sæcularis.*

*Li. de Præcep. & Dispensat.*

iusti,

iusti, qualis esse debet Religiosus, suo fœtore commaculant. Quamuis enim, vt ait Augustinus, animam lethaliter non vulnerent, tamen maculis & scabie fœtidam reddunt; propterea comparantur in Sacra Scriptura, sordibus pedum, quorum fœtorem & molestiam nullus non expertus est, cum ipse Dominus dicat: *Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet*. & Sapiens: *Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos?* Quartò, quia peccata venialia Spiritum sanctum cõtristant, vt docet Iurisperitus Gentium Paulus. Quod procul esse debet à Religioso, qui nullius præterquam Spiritus sancti consolationem admittere debet. Quintò, quia venialia peccata, etsi penitus à Deo non alienent, tamen conglomerata interitum afferũt, viã ad mortale sternendo; venialia enim eius conditionis sunt, teste D. Chrysost. alicubi, vt ex paruis maxima fiant negligentia nostra, cum nemo repente ad extremam improbitatẽ perueniat. Et hoc est, quod voluit nobis significare D. Augustinus his verbis. *Quid enim interest ad naufragium vtrum grandi fluctu nauis operiatur, & obruatur, an paulatim subrepens aqua in sentinam, & per negligentiam derelicta, atque contempta impleat nauem atque submergat?* Quod alibi adhuc clarius his verbis patefecit. *Minutæ sunt guttæ quæ flumina implent, sed si multa arena imponatur premit atque opprimit*. Quare, vt subiunxit, *In quotidianis peccatis timenda est ruina multitudinis, si non magnitudinis; quoniam non leuia sunt, quia plura*. Sextò, quia peccata venialia retardant tendentem ad perfectionem, qualis debet esse Religiosus. Non enim tenetur esse

*Peccata venialia animã reddunt sordidã.* Li. 50. Hom. Hom. 50. ca. 3

Ioan. 13. Cant. 5. Ephes. 4.

*Venialia sternunt viam ad mortale.*

Epist. 108.

Tract. 12. in Ioan. sub finẽ.

Peccata venialia sunt velut sarcina.

perfectus, sed tendere ad perfectionem. Sunt enim peccata venialia veluti grandis sarcina, quæ assèclam, ne citò ad dominum perueniat, impedit; & velut plumbei calcei, qui celerem ad superos gressum præpediunt; & veluti quędam insuauia condimenta, quibus Dæmon cibos Dominicos reddit amaros; & sunt veluti claui omni ex parte acuti, quibus idem improbus spiritus reddit iter mandatorum ac consiliorum Dei arduum ac fastidiosum. Ex quibus colligere est, Religiosum, etsi non possit carere peccato veniali, *septies enim in die cadit iustus*, debere omnem conatum adhibere ad implenda etiam Regulæ mandata, quæ ad solum veniale obligare dignoscuntur. Sanctus enim Bernardus, blasphemiam in Spiritum sanctum ait esse, *si quis dicat, Non est magnum, si in his maneam venialibus, minimisque peccatis; hæc est*, ait, *dilectissimi, impœnitentia; hæc blasphemia in Spiritum sanctum, blasphemia irremissibilis.*

Prou. 24.

Serm. 1. in festo conuers. S. Pauli.

*Quarta Instructio.* Ad peccatorum venialium congeriem, ex qua imminet plerumque mortale, vitandam, iuuerit Conscientiæ suæ recessus percurrere, saltem semel vnoquoque die, & aduersus ea quotidie nouam pœnitentiam, nouamque animi deliberationem assumere, iuxta antiquam sancti Chrysost. doctrinam, *Habeto codicem* (inquit) *conscientiam tuam, & scribe quotidiana peccata. Antequam veniat somnus, reminiscere peccata tua si quid in verbo, seu in facto, vel in cogitatione peccasti. Hoc enim dicit Propheta; Quæ dicitis in cordibus vestris & in cubilibus vestris, cõpungimini. Dicito in corde tuo, & in anima tua; Expendimus diem*

Remedium contra peccata venialia.

Hom. 2. in Psalm. 50.

ò anima,

*ô anima, quia boni fecimus, aut quia mali operati sumus? & si quid boni fecisti, gratias age; si quid mali, de cætero non facias.* Eadem est doctrina D. Bernardi, vbi sic ait. *Integritatis tuæ curiosus explorator, vitam tuam in quotidiana discussione examina. Attende diligenter quantum proficias, vel quantum deficias, qualis sis in moribus, & qualis in affectibus, &c.* quæ superius attulimus.

*In lib. Medit. cap. 5.*

## MANDATVM 14.

A mane ad opera sua sedeant, post orationes Tertiæ eant similiter ad opera sua.

*Hoc mandatũ obligat tantũ, cum opus iniũgit Prælatus vt videtur explicare c. 8. D. 1. Statut. nostrorum. Idque sub peccato veniali tantũ, nisi accedat contẽptus vel præceptũ, In virtute salutaris Obedi.*



Oc Mandatum eiusdem est obligationis cum primo. Quare hic tantummodo notandum est, opus manuum ad corporalem exercitationem, tentationes superandas, & subueniendum Monasterij & Pauperum necessitatibus olim fuisse institutum, ex ipso Cassiano. Imò Cap. 23. *citat.* dicit ideo pauciores Monachos fuisse in Occidente, quòd operibus manuum ibi Monachi non se exerceant, quemadmodum Orientales, præcipuè in AEgypto, *qui*, teste D. Basil. Epist. de vita solitaria, *solebant Sole illucescente his manuum operibus sese accingere.* Ad quorum exemplum hic iniungit Legislator, vt à mane ad opera nostra sedeamus.

*Opus manuum ob tres causas olim institutũ li. 10. de Spiri. Aced. c. 9. 22. 24. & li. 4. de Inst. Renunc. c. 14. de labor. Monachorum.*

Quarto, Quia disciplinam Claustralem huiusmodi facultatibus passim factis labefactãt: quod in Prælato mortale est Bannes. Quinto, Quia suos exponunt periculo peccandi. Denique quia exponunt eos periculo generandi scandalum Secularibus, & quando ducunt choreas, verba lasciua proferunt, & huiusmodi, quæ frequentissimà sunt Religioso conuidi, ua publica, nundinas, & festa pagorum frequentanti.

*In 2.2.q.33. cit.*

*Tertia Instructio.* Prælati qui Religiosos ad peragenda Monasterij negotia solos egredi patiuntur, sine iusta causa, infringunt hoc Mandatum: & peccant mortaliter vel venialiter, prout suos magno vel paruo peccandi periculo exponunt; nisi tales sint qui soli exeunt, vt inde nullum eis periculum, vel alijs scandalũ immineat. Cui autẽ negotia externa cõcedere, & quẽ ad ea mittere debeant, amplè docet D. Basil. *in Regulis fusioribus.* his verbis: *Peregrinandi quidem potestatem ei permitto, qui in peregrinatione sine animæ suæ detrimento, & cum vtilitate eorum, quibus cum congredietur, possit versari Quando nisi idoneus aliquis affuerit, longè est præstabilius summam rerum omniũ necessariarũ penuriam perpeti, atque egestatem; etiamsi propterea subeunda mors sit quam subleuandæ necessitatis corporis causa, perspicuum & omnibus confessum animæ detrimentum negligere. Bonum est enim* (inquit Apostolus) *mihi magis mori, quam vt gloriam meam quis euacuet. Et si hoc in ijs, quæ liberè vnicuique licet omittere, quanto igitur impensius in ijs, de quibus præcis*

*Quando Religiosus possit solus mitti ad negotia.*

*Cui debeant negotia monasterii cõmitti.*

*Responsio. ad Interrog. 44.*

*2. Corint. 9.*

*exta*

*extat mandatum? Quanquam huic ipsi etiam incommodo medetur lex charitatis. Si enim inciderit aliquando, vt in Conuentu aliquo desit, qui tutò commodeve foras poßit amandari, neceßitati huiusmodi satisfacient ij, qui loco proximi erũt, cùm & communia itinera faciant, & absentes à domo, vicißim alij ab alijs nunquam separentur, vt tam qui animi, quam qui corporis etiam viribus imbecilles sunt, ij hoc modo cum valentioribus coniuncti incolumes, ac vegetiores conseruẽtur. Quod quidem multo ante prouidere debet is, cui procuratio necessariorum concredita est; ne in ipso postea neceßitatis articulo, rebus iam in summas angustias adductis, remedium ipsi ex tempore quærendum sit. Cæterum vbi qui emissus fuerit, domum iam se ex peregrinatione receperit, eum diligenter percontator, quid absens interim egerit, in quorum hominum congressus inciderit, cum illis quos sermones contulerit, in huius mundi ne secum ipse cogitationibus sit versatus, num aßiduè diu noctuque in Dei timore permanserit, an à recta semita interdum aberrarit, & à communi Decreto aliquid innouarit, idque terrore perculsus externarum calamitatum, an propria socordia lapsus. Et quod rectè ab eo factum audierit, approbatione confirmato: quod autem contra, vitiosè, leui cura prudentiq; admonitione corrigito. Ita enim & attentiores esse assuescent, qui itineribus se dabunt, si de reddenda ratione solliciti sint; & nos, quamdiu abiuncti illi à nobis permanent, neutiquam videbimur il-*

***Quomodo examinandum is qui redit.***

*lorum vitæ curam negligere. Porro huiuſcemodi etiam, de qua loquimur, conſuetudinem ex Actorum hiſtoria accepimus ſolitam fuiſſe à veteribus ſanctis viris vſurpari. Siquidem ex ea docemur, quemadmodum & Petrus, cùm ſe Hieroſolymam recepiſſet, iis qui tunc in ea ciuitate erant, rationem reddiderit eius ſocietatis, quæ ſibi cum Gentibus fuiſſet. Similiterque, quemadmodum Paulus & Barnabas reuerſi ex peregrinatione, cõgregata ab ipſis Eccleſia renunciauerint omnia, quæcunque Deus feciſſet cum illis. Et alio in loco, quẽadmodum ſiluit omnis multitudo, & audiebant Barnabam & Paulum narrantes quæcumque feciſſet per illos Deus. Illud tamen ex hoc loco intelligendum eſt, nundinationes & quæſtus illos omnes, qui caupones attingunt, Fratrum Conuentus longiſſimè fugere debere.* Idem ſanctus Doctor docet alibi, qua de cauſa viſitationes Parentum, vel amicorum ſuſcipiendæ ſunt, his verbis. *Omnino viſitandi officium vnum eſt ex iis quæ grata ſunt Deo. Verumtamen qui eo fungitur, is ad intelligendum eſſe ſagax debet, & ad reſpondendum prudens: & illud facere quod dictũ eſt: Sit ſermo veſter ſemper in gratia ſale conditus, vt ſciatis, quomodo oporteat vos vnicuique reſpondere. Illud autem, quempiam viſere vel conſanguinitatis, vel amicitiæ cauſa, alienum eſt à noſtra profeſſione.* De eadem re multa adhuc & præclara ſcribit in Conſtitut. Monaſt.

*Actor. 11. ca.*

*Actor. 14. ca.*

*Actor. 15. ca.*

*Reſponſio. ad Interrog. 311.*

*Quã de cauſa viſitationes parentũ concedi debeant.*

*Ad Colo. 4. ca.*

*Cap. 8. & 21.*

*Quarta Inſtructio.* Religioſi qui procurant, vt ſoli egrediãtur, peccãt vt minimũ venialiter, quia hoc Mandatum Regulæ infringunt. Peccant vero mortaliter, quando ob finem mortaliter malum procurant illum egreſſum. De iis autem, qui non impètrata facultate vel

temerè

temerè vagantur extra Monasterium, sic puniendos asserit D. Basil. in Animaduersionibus aduersus Canonicos delinquentes constitutis. *Si quis præterquam vbi necessarii vsus postulat, extra egrediatur, ac temerè diuagetur, qui huiusmodi est, segregator, vt quiescant domi pedes eius, sicut scriptum est.*

*Habentur post Regulas breuiores. Animaduer. 9*

*Quinta instructio.* Probo magnoperè consuetudinem Prælatorum nostri Ordinis in Germania & Bohemia, qui hoc Mandatum sic obseruant, vt ne Religiosos quidem Beneficiarios, in Parochijs solos manere patiantur. Nam præterquam quod sic se gerentes Regulæ satisfaciunt, insuper Oecumenica adimplent. Præcipitur enim in Concilio Lateranensi sub Alexandro tertio, & ne soli Religiosi per villas & oppida per quascunque parochiales ponantur Ecclesias; &, ne soli inter Sæculares homines spiritualium hostium conflictum expectent: quia periculum est, ne cum ceciderint, sublevantes se non reperiant. Idem habetur extra de Capellis Monachorum, & Clement. *Ne in agro. de Statu Monachor.* §. *ad hac*, & extra. Cap. Quod Dei timorem, *eodem titulo.* Vbi etsi constituatur hoc discrimen inter Monachos & Canonicos Regulares, quod illi strictiori, hi verò laxiori Regulæ subijciantur; præcipit tamen ibi Innocentius tertius, vt si commodè fieri potest, qui ex ipsis Canonicis Regularibus Beneficiorum administrationem habent, vnum Canonicum Regularem secum teneant; ad maiorem cautelam. Imò vero Iacobus de Graffijs asserit, Sixtum quintũ Bullam condidisse, in qua sub graui pœna, prohibetur

*Bohemi & Germani non patiuntur Religiosum esse sine comite in Parochia. ca. 3*

*Cap. Ex parte tua, & cap. ad audientiam.*

*Discrimen inter Monachos & Canonicos Regulares.*

betur Religiosis, ne sine socio in Parochijs habitent.

Sexta *Instructio*. Malè se gerunt Prælati, qui passim facultatem faciunt Religiosis visitandi Parentes. Audiant D. Basil. *in Regul. breuiorib.* sic disserentem. *Si hoc propter ædificationem fidei fit, qui adire hoc modo potest, is data venia mittitor. Si vero propter officium humanum, audiat quid illi responderit Dominus, qui dixerat, Permitte mihi ire, & renunciare his, qui domi sunt; Ait enim: Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno Dei. Quod si de eo, qui renunciare tantum voluerat, tale iudicium est, quid de hoc dicendum est.*


*In Responsa. ad Interrog. 189.*

*Lůc. 9.*

---

## *SPECVLVM XXVII.*

### *In quo videtur, quando Religiosus teneatur egredi Monasterium ad subueniendum Parenti.*



*Necessitas duplex.*

PRima *Instructio*. Religiosus in necessitate extrema Patris vel Matris, si potest subuenire, debet veniam egrediendi Monasterium petere, & etiam ea non obtenta egredi: si verò necessitas non est extrema, sed est adeo vrgẽs, vt possit filium in sæculo adhuc morantem, obligare ad subueniendum, tenetur etiam egredi, si necessitas illa præcessit professionem; obligat enim talis necessitas ad non intrandum, & non obstante professione ad ex-

eundum

eundum; non autem si subsequatur; etiamsi in hoc etiam casu possit concedi; & concedatur sæpe potestas exeundi ad subueniendum, vt colligimus ex doctrina vtriusque Thomæ. ex Doctor. Nauar. 2.2.q.101. art. 4. Commẽt.3. de Regul, nu. 48.

*Facultas exeundi ad subueniendũ Parẽti potest fieri à Prælato ordinario.*

*Secunda* *Instructio*. Facultatem exeundi ad subueniendum Patri vel Matri in necessitate quasi extrema non solum potest Summus Pontifex concedere, sed etiam Prælatus inferior, præsertim Generalis vel eius Vicarius. Potest enim, vt ostendit Nauar. *in Can. Non dicatis* Prçlatus ordinarius facere Regulari potestaté manendi foris iusta de causa, qualis est ista. *Seu Comm. de Regular. 2.*

*Exiens ad subueniendum quomodo possit exuere habitum.*

*Tertia Instructio*. Hæc facultas exeundi non debet a Summo Pontifice, vel Prælato concedi de ordinaria potestate habitu relicto, nisi subuentio impediretur tali habitu. Nec est quod aliquis obijciat scandalum, quod solent huiusmodi licentiati facere. Ordini suo, dum vitam malè instituunt; si enim constat probabiliter Prælato huiusmodi Religiosum petentem licentiam ad exeundum pro necessitate Parentum, victurum cum animæ proprie detrimento, & cæterorum scandalo, debet omnibus modis exitum impedire; quandoquidem debet pluris facere animam sui Subditi, quam corpus Patris & Matris Subditi. *De hac re vide Nauar.*

*Quando Prælatus debeat impedire exitum Ca. 14. Manu. num. 14.*

# MANDATVM 10.

Nemo extra Monasterium sine præcepto manducet siue bibat; non enim ad disciplinam pertinet Monasterij.

*Hoc mandatũ obligat sub veniali tantum, nisi interueniat excessus scandalũ, nimia cupiditas vel contẽptus.*

## *SPECVLVM XXVIII.*

*In quo apparet illicitum esse Religiosi nostri Ordinis comedere vel bibere extra Monasterium, & extra refectionem.*



*Rima Instructio*. Tempore D. Augustini Religiosi tantæ erant abstinentiæ, vt etiam accepta venia comedendi vel bibendi extra Monasterium, non manducarent neque biberent, nisi id præciperet Prælatus, vt patet ex hoc Mandato, vbi vt aliquis possit licitè extra Monasterium comedere, requiritur præceptum Superioris. Dicitur enim, *nemo extra Monasterium sine pracepto manducet vel bibat*: Vel certè per pręceptum, intelligitur permissum, quod facilè crediderim.

*Secunda Instructio*. Hoc Mandatum obligat tantum sub veniali peccato, nisi fortè interueniat scandalum vel excessus. Quod obliget sub veniali, patet, quia temperantis Religiosi non est extra casus necessitatis vel honestatis extra Monasterium comedere vel bibere. In sumptione enim cibi & potus, vbi non est necessitas naturę vel honestatis, committitur actus intemperantiæ, qui

*Extra Monasteriũ bibere non licet, nisi quando necessitas vel honestas cogit.*

est actus venialis peccati, vt docet Nauar. Deinde, id est contra disciplinam Monasterij, vt notauit hic Legislator. Dixit autem, nisi interueniat scandalum vel excessus, quia vbi in sumptione cibi extra Monasterium excessus aliquis notabilis committeretur, vel occasio scandali alicuius notabilis daretur, veniale peccatum in mortale commutaretur.

*Cap. 23. Manu. num. 119.*

*Quando comedere vel bibere extra Monasterium sit mortale.*

*Tertia Instructio.* Canonicus Præmonstratensis non debet comedere neque bibere, ne quidem in Monasterio, extra horas refectionis, vt satis docent Statuta eiusdem Ordinis *Cap. 10. Distinct. 1.* Si autem extra illas horas comedit vel bibit, sine facultate expressa, vel tacita, peccat contra Ordinationem Reuerendissimi Generalis factam in suis Relictis hoc modo.

*Extra prandij & cœnæ tempus, nullus cibum nisi vrgente necessitate sumat, ne compotationibus, vel comessationibus cum magno Castitatis detrimento tempus consumatur.* Peccat etiam contra Capitulum Parcen. anno 1572. *Extra horam refectionis* (inquit) *nemo comedat vel bibat. Comessationes, ientacula, & pitantiæ extra horam prandij vel cœnæ prorsus tollantur.*

Posset autem in eo etiam mortaliter peccari, si Prælatus id sub pœna Inobedientiæ ad Regularē disciplinam restituendam prohiberet. Neque enim negandum est Superiorem posse, id quod alioquin est veniale, sub pœna Inobedientiæ, vel peccati mortalis prohibere: quando videlicet aduertit per illum excessum, vel defectum venialē, violari passim Regulam,

*Comedere vel bibere in Monasterio extra refectionem aliquando est mortale.*

nec

nec posse alia ratione reuocare Religiosos ad officium. Tunc (inquam) non video quare nō possit adhibere illud remedium efficax; cum Prælatus sub pœna peccati mortalis teneatur prouidere, vt Regulæ obseruentur. Ita Bannes. Porro Capitulum Parcen. citatum conforme est antiquæ Religiosorum abstinentiæ, apud quos sacrilegium reputabatur ex Cassiano, *quicquam ciborum extra tempus refectionis sumere.*

*Li. 4. de Inst. Renunc. ca.* 18.


## MANDATVM II.

Si opera Monasterij mittantur Fratres vendere, sollicitè caueant, ne quid faciant contra præceptum. Scientes quoniam exacerbant Deum in seruis ipsius.

*Hoc mandatū respicit votum Paupertatis ac propterea obligat sub mortali, nisi paruitas materiæ excuset.*

### *SPECVLVM XXIX.*

*In quo apparet, quando & quomodo peccet Religiosus Oeconomus.*



PRima Instructio. Religiosi qui sunt huius mādati præuaricatores, peccant mortaliter; nisi paruitate materię excusentur: committuntque triplex peccatum, videlicet inobedientiæ, furti siue sacrilegij, & proprietatis, eo ipso quod bona Monasterij contra Prælati prohibitionem ad libitum suum vendunt, & eorum iusto pretio Monasterium fraudant. Hoc

*Oeconomus quādo peccet.*

enim

enim est Superioris voluntatem negligere, rebus Monasterij ad libitum suum vti, & illas in detrimentum Monasterij distrahere, quod Religioso sine inobedientia, furto seu potius sacrilegio, & proprietate fieri nequit. Quod in eo sit proprietas patet ex S. Antonin. & Nauar. *in Can. Non dicatis*, vbi aiunt Religiosum res sibi à Superiore concessas alienando absq; eius licentia, verbi gratia, illas commutando cum alijs, vendendo, donando etiam in eleemosynam, &c. peccare mortaliter contra Paupertatem: quantò magis peccat, qui illas in detrimentum Monasterij vendit, & commutat contra præceptum, & illas non in eleemosynam Pauperibus, sed mercatoribus viliori, quàm par est pretio tradit? D. Thom. Deìn is censetur proprietarius, qui perinde disponit de rebus Monasterij, ac si sæcularis esset; quod facit is qui res Monasterij emit, vendit, vel permutat alio modo quàm Superior præcipit, vt colligitur ex Doctoribus passim, Maior D. Tho. Nauar. *in Can. Non dicatis. 12. q 1.* Syluest *verbo Religio 6.*

3 p. Titul. 16. cap. 1. §. 1. Seu Comment. 2. de Regul.

2. 2. q. 32. art. 8. ad 1.

*Proprietarius quis.*

*In 4. Sen. dist 39. q. 9. 2. 2. q. 286. art. 9.*

Quòd vero in eo fiat furtum, patet. Is enim fur apud sæculares reputatur, qui inuito domino distrahit, vel emit pretio minus quàm iusto res sibi ad vendendum vel emendum commissas; teneturque ad restitutionem damni inde emergentis, vel lucri cessantis. Est enim Regula hæc ab omnibus recepta: *Si culpa gestoris negotiorum damnum Domino contingat, vel lucri cessatio teneri gestorem satisfacere* L. Si negotia absentis, &c. & ab Ariosti. 3. *p. De gestore negotiorum*. Idem asserit Molina. *in disput. De Iusti. & Iure.*

*ff. de Negotiis gestis.*

Ego

Malus Oecono-mus in Mona-sterio non solū est fur, sed sa-crilegus etiā.

Ca. 20. de In-stit. Renunciāt.

Ego vero non existimauerim esse furtum simplex, sed sacrilegium; cum omnia Monasterij bona sint Deo, & Ecclesiæ tradita & consecrata. Habeo huiusce sententiæ meæ fautorem Collatorem Cassianum, qui narrat Oeconomum, cum vidisset præteriens tria lenticulæ grana in terra iacere, quæ exciderāt de Hebdomadarij festinantis manibus, hoc ad Abbatem retulisse, à quo ille Hebdomadarius, tanquam neglector sacri peculij, ab oratione suspensus est, eiusque negligentiæ actus non aliter quam pœnitentia publica remissus est.

Bona Monaste-rii sunt Deo consecrata.

Existimabant nimirum illi Cœnobiorum incolæ non solum se non esse suos, sed omnia, quæ sua erant, esse Deo consecrata. Quare omnia Monasterio tradita & oblata, vt sacrosancta cum omni honore & reuerentia tractari debere ordinabant. Eiusdem est opinionis D. Basil. *in Regul breuiorib.* vbi de abusore & perditore rerum Monasterij sic loquitur. *Prorsus qui abusus sit, is tanquam sacrilegus; qui vero amiserit, tanquam sacrilegij author iudicator: cum omnia Domino sint consecrata, & Deo dedicata.*

Respons. ad Interrog. 144

*Secunda Instructio.* Religiosi frequentiores huius Mandati transgressores, solent communiter esse Procuratores, & Prouisores exteriorum, qui suis iniustis stipendijs non contenti, solent iustum rerum pretium Monasterio, in propriam vtilitatem, vel amicorum, & parentum fauorem damnabilem detrahere. Dixi, *iniustis stipendiis*, quia Religiosi pro Obedientiarum suarum executione; nulla possunt recipere stipendia sine proprietatis labe. Quare id vetuit aptè Capitulum Parcen.

Religiosi non possūt accipere stipendia pro suis officiis.

nostri Ordinis anno 1572. celebratum, his verbis. *Qui aliquo officio funguntur, non accipiant stipendium, iuxta tenorem Trid Concil.* Seß. 25. ca. 2.

Id etiam prohibuit Reuerendissimus in suis Relictis sub his verbis. *Nullus Prouisor, vel alius Monasterii officiarius, quocumque nomine censeatur, de aliquo stipendio annuo, pro officij sui molestiis recipiendo, cum Prælato vel Conuentu sub pœna Excommunicationis paciscatur; sed tanquam voti Paupertatis amator, habens victum & amictum gratis seruiat, & se existimet charitate seruiente felicem. Nullus enim* (vt prohibet Regula Ca. 8.) *sibi aliquid operari debet.* *Franciscus à Longo Prato.*

*Tertia Instructio.* Præterquam quod ij qui transgrediuntur hoc Mandatum, sunt fures & proprietarij, hoc etiam incurrunt peccatum, quod exacerbāt Deum in seruis ipsius, vt notat Legislator; quod non fit sine magna Dei indignatione, qui seruos suos sibi totaliter in holocaustum traditos, & relictis omnibus obsequio suo consecratos, & prouidentiæ suæ plane dimissos decipi non patitur, sine magna indignatione.

*Quarta* Instructio. D. Basil. *in Reg. fusiorib.* instruit hoc modo eos, qui res ad Fratrū vsus necessarias distribuūt. *Diligenter illud cicūspiciāt, vt faciles se ad omnes, & clementes præbeant; ne suspicionē alicui aliquā commoueant maioris alicuius erga aliquos beneuolētiæ, inclinationisue animi propēsioris quēadmodū Apostolus præcipit sic dicēs; Nihil faciens in alterā partē declinando; aut contra, simultatis, contentionisq́; (quod vitiū tanquam ab hominibus Christianis alienū, idem Apostolus reijcit, cū dicit, Si quis videtur inter vos* *Respons. ad Interrog. 34. Instructio Procuratorum in Monasteriis. 1. ad Tim. 5.*

contentio-

1. Cor. 11. *contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, neque Ecclesia Dei) vt ob eam causam, & ijs quibus infensiores sint necessarias res subtrahant; & illis, in quos animi inclinatione propendeant, amplius quam quantum sit opus, largiantur: quorum alterum fraterni est odij, alterũ amoris vitiosi quod est vitium maxime infame. Quibus ex rebus illud nobis vsu venit, vt mutua & concors conspiratio, quæ ex charitate nasci consueuit, ea distrahatur: & in eius locum suspiciones prauæ, æmulationesque atque obtrectationes clam arrepunt, & ad labores in operibus administrandis subeundos lentescentis animi cunctatio. Quamobrem cum ob ea quæ dicta sunt, tum ob alia etiam eiusce modi multa, quæ illa comitantur, ab hac praua animi propensione, ac fauore, studioq; contentionis, necesse est se vt liberrimos atque expurgatos reddant, qui res intus ad Fratrum vsus necessarias distribuunt; saneque cum ij, tum reliqui omnes, qui aliud quoduis vtile, ac necessarium Fratribus munus administrant, eiusmodi & animum adhibere, & studium debent: perinde quasi non hominibus, sed Domino ipsi ministrent, qui pro incredibili sua bonitate, delata ijs qui se ipsi consecrarunt, honorem, & studium perinde habet, quasi in ea ipse accepisset, & pro his cœlestis se Regni hæreditatem daturum promittit. Venite enim (inquit) benedicti Patris mei, hæredes estote paratæ vobis Regni à constitutione mundi, quia quatenus fecistis vni de his Fratribus meis minimis, mihi fecistis. Similiterque ex*

*Rimulus ad fideliter inseruiendum Fratribus.*

Matth. 25.

contra-

*contrario, imminens iis qui negligentes fuerint, periculum intelligere, ac memoria verba illa tenere: Maledictus omnis, qui facit opus Domini negligenter. Neque enim à Regno excluduntur modo, sed horroris etiam ac terroris plenissimam Domini aduersus istiusmodi homines latam sententiam illam expectant: Discedite à me maledicti in ignem æternum paratum diabolo & Angelis eius.*

## MANDATVM 12.

Si aliquid emant ad vsum Monasterij, sollicitè & fideliter vt serui DEI agant.

*Hoc mandatũ respicit votum Paupertatis, obligatque sub mortali, nisi leuitas materiæ excuset.*

HOc Mandatum parem habet cum superiori obligationem, & sicut superius fraudem in vendendo, sic istud in emendo prohibet.

## MANDATVM 13.

Otiosum verbum apud illos non sit.

*Hoc Mandatũ obligat sub veniali, nisi contemtus interueniat, vel finis malus.*

## SPECVLVM XXX.

*In quo apparet, peccata, etiamsi tantum sint venialia, esse sedulò vitanda.*

PRima Instructio. Gregorius Magnus otiosum verbum definit, quod *aut ratione iustæ necessitatis, aut intentione piæ vtilitatis caret*, & Homil. 6. in Euangel. *Otiosum verbum est, quod aut vtili*

*Li.7. Mor.ca. 18. & 3. par. Past. Adm. 15*

 tate

*tate rectitudinis, aut ratione iustæ necessitatis caret.* D. vero Basil. *q. 23. in Quæstionibus compendio explicatis*, dicit, verbum otiosum esse, quod non conducit ad propositam in Deo vtilitatem.

*Verbum otiosum quid.*

*Ser. 4. de Animab. Fideliũ.*

*Secunda Instructio.* Verba otiosa, sunt peccata venialia, ex D. Augustino, nisi ordinentur in prauum finem; tunc enim transeunt in mortalia; vt si quis dicens verbum otiosum dirigeret ad excitandum Confratrem ad pollutionem vel Inobedientiam formalem. Peccata autem venialia transeunt his modis in mortalia, primò, quando in veniali ponitur vltimus finis. Secundò, quando veniale ordinatur ad finem mortaliter malum, vt in exemplo allato. Tertiò, quando Conscientia dictat veniale esse mortale. Quartò, quando committitur ex contemptu legis vel Legislatoris. Denique quando committitur veniale cum periculo mortalis; quod qui amat, peribit in illo, videlicet quia veniale illud dispo- nit ad mortale.

*Quibus modis venialia transeant in mortalia.*

*Tertia Instructio.* Verba otiosa etsi venialia peccata tantum sint, tamen à Religioso maximè vitari debent, primò, quia Religiosi, vt pote Deo toti specialius quam Sæculares cõsecrati, per culpam venialem aliquid Deo subtrahunt; nimirum charitatis ardorem, & vnionem, quæ debet inesse seruo fideli cum Domino. Deinde peccata venialia sunt contra Dei Mandata, quæ seruo Dei speciali & dilecto, qualis est Religiosus, cordi maximè esse debent. *Omne enim peccatum* (sancto Bernardo teste) *contra Dei Mandatum præsumitur.* Tertiò, quia peccata venialia animam viri

*Cur Religiosus magis cauerè debet à venialibus, quam Sæcularis.*

*Li. de Præcep. & Dispensat.*

iusti,

iusti, qualis esse debet Religiosus, suo fœtore commaculant. Quamuis enim, vt ait Augustinus, animam lethaliter non vulnerent, tamen maculis & scabie fœtidam reddunt; propterea comparantur in Sacra Scriptura, sordibus pedum, quorum fœtorem & molestiam nullus non expertus est, cum ipse Dominus dicat: *Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet*. & Sapiens: *Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos?* Quartò, quia peccata venialia Spiritum sanctum cōtristant, vt docet Iurisperitus Gentium Paulus. Quod procul esse debet à Religioso, qui nullius præterquam Spiritus sancti consolationem admittere debet. Quintò, quia venialia peccata, etsi penitus à Deo non alienent, tamen conglomerata interitum afferūt, viā ad mortale sternendo; venialia enim eius conditionis sunt, teste D. Chrysost. alicubi, vt ex paruis maxima fiant negligentia nostra, cum nemo repente ad extremam improbitatē perueniat. Et hoc est quod voluit nobis significare D. Augustinus his verbis. *Quid enim interest ad naufragium vtrum grandi fluctu nauis operiatur, & obruatur, an paulatim subrepens aqua in sentinam, & per negligentiam derelicta, atque contempta impleat nauem atque submergat?* Quod alibi adhuc clarius his verbis patefecit. *Minutæ sunt guttæ quæ flumina implent, sed si multa arena imponatur premit atque opprimit*. Quare, vt subiunxit, *In quotidianis peccatis timenda est ruina multitudinis, si non magnitudinis; quoniam non leuia sunt, quia dura*. Sextò, quia peccata venialia retardant tendentem ad perfectionem, qualis debet esse Religiosus. Non enim tenetur esse

*Peccata venialia animā reddunt sordidā.*
*Li. 50. Hom. Hom. 50. ca. 3*
*Ioan. 13.*
*Cant. 5.*
*Ephes. 4.*
*Venialia sternunt viam ad mortale.*
*Epist. 108.*
*Tract. 12. in Ioan. sub finē.*

*ò anima, quia boni fecimus, aut quia mali operati sumus? & si quid boni fecisti, gratias age; si quid mali, de cætero non facias.* Eadem est doctrina D. Bernardi, vbi sic ait. *Integritatis tuæ curiosus explorator, vitam tuam in quotidiana discussione examina. Attende diligenter quantum proficias, vel quantum deficias, qualis sis in moribus, & qualis in affectibus, &c.* quæ superius attulimus.

*In lib. Medit. cap. 5.*

## MANDATVM 14.

A mane ad opera sua sedeant, post orationes Tertiæ eant similiter ad opera sua.

*Hoc mandatũ obligat tantũ, cum opus iniũgit Prælatus vt videtur explicare c. 8. D. 1. Statut. nostrorum. Idque sub peccato veniali tantũ, nisi accedat contẽptus vel præceptũ, In virtute salutaris Obedi.*




HOc Mandatum eiusdem est obligationis cum primo. Quare hic tantummodo notandum est, opus manuum ad corporalem exercitationem, tentationes superandas, & subueniendum Monasterij & Pauperum necessitatibus olim fuisse institutum, ex ipso Cassiano. Imò Cap. 23. *citat.* dicit ideo pauciores Monachos fuisse in Occidente, quòd operibus manuum ibi Monachi non se exerceant, quemadmodum Orientales, præcipuè in AEgypto, *qui*, teste D. Basil. Epist. de vita solitaria, *solebant Sole illucescente his manuum operibus sese accingere.* Ad quorum exemplum hic iniungit Legislator, vt à mane ad opera nostra sedeamus.

*Opus manuum ob tres causas olim institutũ li. 10. de Spiri. Aced. c. 9. 22. 24. & li. 4. de Inst. Renunc. c. 14. de labor. Monachorum.*

## SPECVLVM XXXI.

*Quomodo Religiosus possit totius diei tempus fructuosè distribuere.*



*Rima Instructio.* Quia difficile est & arduum sic totius diei horas distribuere, vt quoduis Monasterium ea possit vti distributione; non tentabo legem cuiuis prægigere, sed in gratiam eorum, qui ordinem temporis, quem nobis in Cœnobio nostro sanctę Mariæ præfiximus, sibi conscribi sæpenumero postularunt, sequentem instructionem subiungam.

*Secunda Instructio.* Matutinæ media nocte canuntur: Ad quas sic se Religiosi præparant. Inprimis pulsante Sacrista, Religiosorum aliquis deputatus lumen omnibus defert, & accepto lumine sese è lecto proripiunt, *& expleta corporum necessitate* (vt habet Caput secundum Distinct. primæ Statutorum) *deuotis orationibus seu sanctis meditationibus animum suum sacris vigilijs præparantes intentionem ad Dominum conuertunt, in* Cellis *suis quietè manentes, ibique inu. cem expectantes.* Interim tres *psalmos initio Breuiariorum nostrorum notatos ex antiquo Præmonstratensis* Ecclesiæ *more ad hoc inductos deuotè flexis genibus legunt.* Quibus recitatis Priore percutiente tabulam vel nolam Dormitorij, (iudicat autem Prior Fratres recitasse Psalmos illos, quando ipse recitauit) omnes sistunt se ante fores Dormitorij interius, ita vt Chorus contra Chorum existat. Idque duas ob causas. Prima, vt ordinatim

tim è Dormitorio descendere & Chorum ingredi queant. Secunda, vt breuem de Dei laudibus mente non minus quam ore cantandis meditationem instituãt. Quo peracto & signo à Priore dato, descendũt bini, sicque Chorum ingrediuntur, iuxta Cap. 2. *citatum*. Post matutinas vnusquisque lectum repetit.

Hora quinta matutina ad campanæ Dormitorij pulsum vnusquisque rursus surgit, lectũ sternit ac cubiculum verrit. Postea vnius mediæ horę tempus meditationi tribuitur. Qua completa vnusquisque obediẽtias suas exequitur, vel se ad sacrificium Missæ offerendum prępara.

Hora sexta datur pulsus ad Primam, omnesque se, durãte pulsu, ante Dormitorij fores interiores sistunt, descenduntque signo facto à Priore, quemadmodum de Matutinis diximus. Idque iuxta Caput tertium *Distinct. primæ* Statutorum. Post primam liberum est vnicuique Missam facere, iuxta idem Caput.

Hora septima, vel circiter Missa Beatæ Virginis celebratur cum notulis, ope Nouitiorum, siue eorum qui nondum ad Sacerdotij gradum promoti sunt, iuxta Cap. 3 *Distinct. 1.* Statut. Quo tẽpore vnusquisque in cubiculo, vel alibi obedientias suas exequitur, vsque ad Capitulum.

Hora sesquioctaua, si superest tempus, frequentãtur Scholę, in quibus Pręlatus, vel alius aliquis, Casus Consciẽtiæ, vel aliud ad Statum Religionis pertinens explanat.

Hora sesquinona, vel circiter datur pulsus ad Capitulum. Quo durante omnes stationi

intersunt: quæ quare sit inuenta, docebimus quando de horis Canonicis, & de Capitulo agemus. In Capitulo autem lectis legendis, & dicto à Præsidente, *Benedicite*, vnusquisque culpas suas aperit, & in earum vindictam, ac odium, postulat sibi pœnam; iuxta cap. 5. *dist.* 1. Statutor. infligi. Qua de re agemus, quando proclamationum siue denunciationum, de quibus tota Dist. 3. Statut. sermo fit, fructum ac pondus referemus.

Post Capitulum canitur Tertia, Maior Missa, & Sexta. iuxta cap. 6. *dist.* 1. Statut.

Post hæc datur pulsus ad prandium, & inter primum & vltimum pulsum fit statio. In qua quid agendū sit docebimur, quando Mandatum illud explicabimus: *Sedentes ad mēsam taceant, audientes lectionem.*

Porro in mensa fit lectio continua sine vlla interruptione, & perpetua, id est, à principio vsque ad finem mensæ, iuxta illud Regulæ. *Cùm acceditis ad mensam, donec inde surgatis, quod vobis secundum consuetudinem leg tur. sine tumultu & contentionibus audite.*

*Diebus ieiunij* nona *cantatur ante prandium.*

Peracto prandio, *Gratiæ* inchoantur in Refectoro & finiuntur in Templo. Cum enim peruentum est vsque ad Psalmum *Miserere*, proceditur ad Templum processionaliter, *Miserere* cantando, iuxta Cap. 10. *distinct. 1.* Statut. *Gratias* autem sequitur immediatè *Nona*, iuxta finē capitis sexti *distinct* 1. Statutor. vbi huiusmodi relinquuntur Abbatum vel Priorum arbitrio.

Gratijs vel Nona cantatis, sedet Conuentus in Claustro donec Prior dederit signum Recreationis, siue honesti exercitij, iuxta Caput

put *6. dist.* 1. Statut. In recreatione, quæ spatio vnius horæ vel circiter durat, iucundę fiũt rerum ad salutem animę spectantium confabulationes, vel collationes.

Recreatione per signum à Priore dandum peracta, vnusquisque exequitur obedientias suas, vel repetit Cellulam, studij vel orationis, vel lectionis piæ causa, iuxta Cap. *6*. & *7*. *distinct.* 1. Statut.

Hora prima Scholæ in finem superius memoratum frequentantur, iuxta Capita citata.

Hora secunda properatur ad laborem honestum, qui ad horam vnam tantum protrahitur, nisi necessitas communis, vel particularis aliter suadeat. A labore autem illo nullus eximitur, nisi qui negotijs alijs de Superioris ordinatione distinetur. Idque vt Capiti primo Regulę nostræ, & capitibus 67. & 8. Distinctionis primæ Statut. satisfiat, & otium sentina omnium vitiorum euitetur.

*Hic Ordo immutatur in hyeme, quia vespere hora 2. canuntur, & Scholæ hora 4. frequentatur, sicque labor hora 1. anticipatur.*

Hora tertia vnusquisque exequitur obediẽtias suas, vel repetit Cellulam studij, vel orationis causa, iuxta caput sextũ & septimũ *distin.* 1. Statut.

Hora quarta datur pulsus ad Vesperas. Ad quas vnusquisque se per stationem pręparat, iuxta antiquam Ordinis consuetudinem, & Capitulorum Generalium ordinationem. Qua in statione quomodo se gerendum sit exponemus, quando de horis Canonicis agemus.

Hora quinta, vel circiter datur pulsus ad Cœnam. In qua omnia velut in prandio peraguntur. Si autem tempus sit ieiunij, Collatio

*Dieb. Veneris loco cœna habetur exhortatio*

 sextam.

sextam, & Collationem immediatè sequitur Completorium.

Hora sesquiseptima datur pulsus ad Completorium, & durante pulsu omnes stationi intersunt, iuxta antiquum Ordinis morem, & Capitulorum Generalium decreta.

Dicto Completorio omnes Dormitorium petunt. iuxta cap. 13. *Dist.* 1. Statut. & nola ab Abbate, vel Priore percussa instituitur Examen conscientiæ, vnius mediæ horæ spatio. Quomodo autem examẽ illud institui debeat, docuimus in Præludijs posterioribus.

Hora sesquioctaua datur pulsus ad lectũ: statimque Abbas, vel Prior recitat in medio Dormitorij Litanias Lauretanas pro Congregationis corporali, ac spirituali incolumitate. Peracta autem recitatione, omnium lustrat cubicula, vt si quid alicui desit videat, nec nõ vigilare indiscretè volẽtes ad lectũ properare compellat.

Atque hæc est temporis distributio, quam vilis & abiecta Congregatio sanctæ Mariæ in nemore sibi præfigendam, tanquam Statutis Ordinis sui maximè consentaneam, & vnicuique Norbertinas semitas ingredi volenti suauem, iudicauit, & quam tertiò, & amplius rogatus exarare coactus sui.

# MANDATVM 15.

Non stantes fabulas contexant; nisi fortè aliquid sit pro animæ vtilitate.

*Hoc Mandatū obligat tantū sub veniali, nisi fabulæ recitentur in finem prauum.*

## *SPECVLVM XXXII.*

*In quo apparet, quomodo peccat is qui otiatur & confabulatur.*

PRima *Instructio*. Hic prohibentur duo, nimirum otium & fabula. Per *stantes* enim intelliguntur otiosi, ac per consequens hic iniungitur fuga otij, vnde occasio fabulandi sumitur. Estque simile hoc Mandatum illi, quod habet Thomas de Kempis lib. Exercitior. spiritu. *Si grauiora* (inquit) *non potes, fac libentissimè parua Nunquam otio vaces, vel fabulis delecteris.*

*Siue lib. 3. de Discipl. claust cap. 7.*

*Secunda Instructio*. Otium est peccatum veniale; nisi ex eo omittantur quæ sunt de necessitate præcepti, vel salutis, & hoc est quod ait Caiet. quod *otium aut otiosum factum, vel verbum, si sit nudum,* (id est, nihil aliud deformitatis habens nisi otij) *veniale est*. Nota tamen ex eodem loco Caietani, otium valde fugiendum esse, *tanquam dans aditum malis, pracipue malis cogitationibus, cupiditatibus, machinationibus.* &c. *& tanquam valde periculosum, eo quod sit vitiorum nutritiuum.* Et D. Bernard. *fugienda,* inquit, *otiositas, mater nugarum, nouerca virtutū.* Cassian. *Mens otiosa nihil aliud cogitare nouit, quā de escis, atque de ventre.* D. Chrysostom. pulchra similitudine periculum

*Otium quādo sit mortale.*
*In Summa verbo Otiositas.*

*Li. 2. de Cōsid. ad Eug. ca. 23*
*lib 10. de Spi. aced. ca. 6*
*Hom 3. de*

quod imminet ex otio aperit. *Sicut, inquit, Schœnobatæ, qui in funibus sursum deorsumque tentis ascendere, & descendere solent, si parum respexerint, præcipites in Orchestram decidunt & pereunt; ita & in hac via ambulantes, si parumper fuerint desides, in præceps feruntur. Via enim hæc & angustior & directior, nec non & periculosior, quam funis ille, imò & multò sublimior est.*

*O'ea seu de verbis Isaiæ ca. 6. Tom. 1. Similitudo.*

*Tertia Instructio.* Fabulari inaniter est veniale tantum, nisi intendatur finis malus; omnis enim fabula inanis est verbum otiosum, & de omni verbo otioso reddenda est ratio. Nauar. *in Manual.* vbi ait. *quod omnis actus deliberatus otiosus est malus.* Dixi (inaniter) quia texere aliquam fabulam pro animæ vtilitate, vel honestæ & licitæ recreationis, & leuandi tædij ergò, nullum est peccatum; imò per hoc Mandatum, est illud permissum. Dicit enim Legislator: *Nisi aliquid sit pro animæ vtilitate.* Debet tamen illa vtilis confabulatio opportuno tempore fieri, & cum debitis circumstantijs; aliàs reincideret in veniale; & aliquando in mortale, si disciplinæ Regularis infringendę causa fieret. Caiet. & D. Augustinus apertè numerant inter peccata venialia, otiosis fabulis tempus terere, & D. Bernard. *Inter sæculares nugæ, nugæ sunt, in ore Sacerdotis blasphemiæ.* Ratio redditur à sancto Isidoro, his verbis. *Peccata quæ incipientibus leuia sunt, perfectis viris grauia reputantur; tanto enim maius cognoscitur esse peccatum, quanto maior, qui peccat habetur. Crescit enim delicti cumulus, iuxta ordinem meritorum; & sæpe quod minoribus ignoscitur, maioribus imputatur.*

*Fabulari inaniter veniale est*

*Matt. 12. Prælud. 7. nn. 27. & 28.*

*Quãdo fabulari honestè possit esse veniale*

*In Summa, verbo Otiositas.*

*In Glos. Can. 3 Dist. 25. lib. 2 de Consid. ad Euge. ca. 13. Contra scurras Religiosos. Li. 2. de summo bono. c. 18.*

Hinc D. Bernard. *in fine lib. 2. de Considerat. ad Eugenium*, ex Monacho suo Summum Pontificem ita hortatur. *Consecrasti os tuum Euangelio, talibus iam aperire illicitum; assuescere, sacrilegium est.* Vide D. Basil. qui, quis sermo ad exhilarandum animum honestè sit permissus, ostendit. Ego vero dixerim, vt Herculem parum decebat, exuto leonis exuuio, vestis Milesia, cum seruiret Omphalæ; sic Religiosum fabulas vel nænias non decere; quippe qui totus sit obsequio Dei (cui næniæ non placent) destinatus.

*cap. 13.*
*In Const. Monast. ca. 13.*
*Plut. Opusc. An tractanda sit Respub. seni*
*Similitudo.*


## MANDATVM 16.

Sedentes ad opera taceant, nisi forte necessitas operis exegerit, vt loquatur quis.

*Hoc Mandatũ obligat sub veniali tantum, nisi accedat circũstantia aliqua detractionis, contẽptus finis praui & huiusmodi.*

## *SPECVLVM XXXIII.*

*In quo videtur, ad quod silentium teneantur Canonici Præmonstratenses.*



*Rima Instructio.* Soluere sine necessitate silentium horis silentio destinatis, est peccatum veniale tantum; nisi id fiat cum detractione, murmuratione, contemptu, vel ob finem, ob quem silentium præcipitur, destruendum. Quod sit peccatum veniale patet, quia est cõtra Regulam in leui materia; dein, est verbum otiosum. Dixi (sine necessitate) quia *si fortè necessitas exegerit vt loquatur quis*, nullum est peccatum, vt hic Legislator noster innuit.

*Quando silẽtij solutio sit mortalis.*

Thoma

Thomas de Kempis exercitio de Silentio cap. 2. *Sic tamen ama silentium, vt Fratri indigenti non deneges verbum.* Cæterum vt clarius intelligas, quando posiis silentium in labore soluere, vide Statuta *Cap. 9. dist. 1. cap. autem 17. eiusdem Dist.* videbis quis possit concedere cæteris licentiam loquendi.

*Siue vt alibi citatur li. 2. de vita solit. & silentio c. 7*

*Silentium in labore quando solui queat.*

*Secunda Instructio.* Etsi Legislator noster hic, & quando agitur de mensæ disciplina faciat solum mentionem silentij, tamen non propterea debet inferre Religiosus se ad silentium non teneri alias, vel alio in loco: quia hinc colligendum reliquit, si in opere manuũ & mensa seruandum est silentium, à fortiori, quando rei, quæ interiorem attentionem requirit, vacatur. Deinde tempore Legislatoris, vt antea docuimus Mandato primo, tota pene Religiosorum vacatio erat operatio manuum, propter ingentem Conuersorum numerum, quo Ordines exuberabant: quare vix videbatur necesse præcipere silentium alio in opere, cùm vix opus aliud, præter sumptionem cibi, & orationem, in qua cum Deo loquimur, extaret.

*Tertia Instructio.* Canonicus Præmonstratensis debet ex Statutorum Decretis *ca. 2. Dist. 3.* seruare silentium in Claustro, Templo, Dormitorio, & Refectorio: Cap. vero 17. *Dist. 1.* præcipitur etiam silentium in omni loco post Completorium. Imò vero in Monasterijs, in quibus adhuc viget exterior disciplina, vt Præmonstrati, non loquuntur Religiosi à Complemento ad finem primæ: & extat locus prope Claustrum, vbi secedunt, qui loqui ex aliqua necessitate coguntur, cum

*In quatuor locis seruatur perpetuum silentium.*

*Post Completorium vbique debet seruari silentium.*

sibi

sibi in Claustro occurrunt. Custodia autem silentij locis citatis non solum est iniuncta per Statuta nostra, sed etiam per Cap. Cum ad Monasterium. de Statu Monachorum, & per Decretum Relictorum Reuerendissimi Generalis nostri, cuius tenor hic est.

*Ordinatio Reuerend. Generalis de silentio.*

*Silentium frequentissimis Patrum collationibus commendatum, & Regularum* Cap. 1. *Statutorumque nostrorum* Cap. 2. Distinct. 3. *Decretis confirmatum, in dormitorio, Claustro, Tēplo, Refectorio diligenter obseruetur.*

*Cur silentium indicatur tēpore laboris.*

*Quarta Instructio.* Silentium indicitur Religiosis tempore operis manualis, quia cum labore corporali debent Religiosi coniungere exercitationem aliquam spiritualem; ne corpore exercitium sumente, animus otio diffluat. Basil. *Epistol. de vita solitar.* & Cassianus.

*Li. 2. ca. 14.*

*Circa silentiū debes Religiosus quatuor obseruare.*

*Quinta Instructio.* Optimum est Religioso, qui vult salutem suam cum Dei timore operari, & cupit cum Psalmographo dicere, *Laetetur cor meum, vt timeat nomen tuum*, quatuor, quod attinet ad silentium, obseruare. Imprimis iuxta Ordinis constitutiones amplecti silentium, vt docuit Thomas de Kempis *Cap. 2. Exercitij de Silentio numer. 4.* his verbis, *Habeas autem adhuc talem custodiam, vt primo serues stricte, & perfecte, quod cōmunis constitutio fixit.* Secundo, non temere loqui, si necessitas, vel pietas loquendū dictet, cum id permittat Regula hic, sed tamen breuiter, vt Statuta docēt, & recedendo à locis silentio destinatis, prout est consuetudo Praemonstrati. Tho. à Kempis n. 7 *S c teipsum tempera* (inquit) *ab omni solatio alieno, vt si res postuluuerit,*

*Psal. 85.*

*Seu li. 2. de vita solit. & Silent. cap. 4.*

*Loquendum est quando pietas dictat.*

*Sen 7. cap. cit. Lib.*

*Psalm. 140.*

*libere*

*liberè conferas cum amico, eiusque vtaris consilio. Pone, ait Propheta, ostium circumstantiæ labijs meis: ostium ad aperiendum & claudendum aptum est, vt necessariis aperiatur, & vanis claudatur*. Tertiò, singularem se non ostendere tacendo, cum loqui licet, veluti in recreationibus pomeridianis, vel vespertinis; quę apud Religiosos reformatos nostri Ordinis locum habent, & quarum tempore sermones inuicem miscere, extra prohibitionis loca, licet. *Non enim est sine periculo & laqueo* (vt ait Author sæpe citatus numer. 8.) *singularis obseruantia in communi domo. Ille magis laudabilis feruor, qui communia proprijs præponens, in his nunquam negligens satagit inueniri, quæ cum alijs susceperit ad portandum*. & paulò post, *Qui cum multis viuit, non solum satis sibi, sed etiam alijs socialis esse debet*. Quartò, vtilia loqui, cum loqui permittitur. Thomas à Kempis. *Dehinc* (ait) *cùm loqui licet, temperatè vtilia & necessaria siue tibi siue alijs dicas. Quæcumque autem ex superfluitate, aut otiositate, aut negligentia coincidunt, citius emenda refestines, atque post lapsum præmunitior esto de cætero*. Audiatur hic etiam Diuus Basil. de loquendi tempore differens in Regul. fusiorib. *Quamobrem* (inquit) *nisi aut peculiaris causa aliqua, vel ad salutem animæ, vel ad operis alicuius, quod tum in manibus sit, confectionem summè necessaria, aut istiusmodi posita quæstio aliqua vrgeat, tenendum assiduè vsque silentium est; excepta videlicet Psalmorum modulatione.*

*Religiosus non debet esse singularis.*

*Sen cap.* 8.

*Ca. Sen nu.* 9.

*Oportet loqui vtilia.*

*Cap. Sen nu.* 4

*In Respon. ad Interrog.* 13.

SPECI

## SPECVLVM XXXIV.

*In quo videntur rationes, ob quas Patres nostri silentium indixerunt.*



*Nstructio vnica.* Silentium in genere indicitur Religiosis. Primò, vt quantum fieri potest priuent se humano solatio, & solum Diuinum requirant. Thomas de Kempis. *Valde incuruatur anima, quando deserto Deo & sermonibus eius, conuertitur ad vaniloquia pro capienda consolatione misera.* & post multa infert. *Hinc etiam potest esse signum, quod paruam habemus interiorem consolationem; quia tam facilè & frequenter quærimus exteriorem: & ideo non meremur Diuinam accipere, quia libenter admittimus humanam & caducam, quam oportet nos potius fastidire; quam si perfectè & perseueranter non valet quis abijcere, studeat saltem paulatim ad altiora, & meliora transire.* Secundo, vt *multiloquium, in quo non deest peccatum* & peccata linguæ vitare possint. *Quis enim plenè indicet* (vt Thomas de Kempis ait) *quoties peccatur verbo? aut enim otiosum, aut iocosum, aut elatum, aut durum, aut indignabundum, aut dissolutum, aut adulatorium, aut seductorium, aut vaniglorosum, aut præsumptuosum; aut defensorium, aut excusatorium, aut detractorium, aut mendosum, aut inhonestum; aut nociuum, aut exprobratorium, aut illusoriū, aut superfluum, aut improuisum, aut intempestiuum; aut illicitum, aut alio quolibet genere vitiosum est verbum, quod emittitur.* Et paulò post. *Inter quæ sæpissime detractionis vitium principa-*

*Indicti à Patribus silentij Prima ratio.*
*Libr. 2. de vita solit. & Silentio, num. seu cap. 24. Nu. seu c. 29.*

Prouerb. 10.
*Secunda ratio*
*Peccata linguæ vitantur silentio. Citat. loco num. seu cap. 29.*

*Enumerantur peccata linguæ.*

*tur, quia de absentibus loqui nunc ista, nunc illa generosissimam inter homines congregatos inuenitur. Et vnusquisque libenter quod sibi in alijs placet aut displicet, euomit; minus cautè attendendo, ne fortè cuiquam deroget, quàm grauiter etiam & faciliter poßit verbo delinquere. Sæpè dicitur, quod statim, vt dictum est, pœnitere incipit, & nunquam, si posset illæsum reuocari, diceretur. Et vtinam semel cadendo doceretur homo damno suo, ne iterum caderet. Et iterum. Quo faciliùs delinquitur quam verbo? qui enim verbo non offendit, hic perfectus est.* Tertiò, quia cum de omni verbo otioso reddenda sit ratio, ipsi maiorem rationem reddent (vt idẽ Author monuit his verbis.) *Est tamen pluribus magis necessaria custodia silentij, qui videlicet in Statu Religionis & proposito bono, atque à Secularibus hominibus remoti, & omnibus temporalibus curis exuti Deo seruire elegerunt. Qui etiã maiorẽ rationem tenentur reddere in iudicio; pro omni verbo. Nec solum de verbo, sed de qualibet alia negligentia & transgreßione, grauiùs iudicabuntur. Cui enim plus donatum est, plus ab eo exigitur. Si etiam illi plenam non habent excusationem, qui officio Pastoralis curæ, aut fraternæ neceßitatis commißione, quædam otiosa verba vel superflua, per fragilitatẽ coguntur admittere, quantò minus qui nullo tenentur vinculo solicitudinis alienæ?* Quartò, quia mater & custos est plurimarum virtutũ, quibus debet Religiosus esse prȩditus, vt præclarè docuit Author nominatus his verbis. *Sis igitur sollicitus in hac obseruantia propter multas virtutes in ea latentes. Nam silentium bene seruando obedientiam etiã seruas, humilitate retines, verecundiã adornas senibus reueren-*

*Nu. seu ca. 21.*
*Iacob. 3.*
*Matt. 12.*
*Tertia ratio.*
*Nu. & ca. 27.*
*Qui et, non punietur de verbo otioso.*
*Luc. 12.*
*Quarta ratio. Silentium mater virtutum. Thom. de Kem. ... citato loco ...a, seu nu. 4.*

*tiam exhibes iuuenibus exemplum præbes, leuibus & dissolutis timorē incutis, extraneis bonā famā, intraneis pacem & concordiā generas.* Quintò, *Quia,* ex Climac. Grad. 11. *Mater est orationis, captiuitatis reuocatio, ignis Diuini amoris, obseruatio cogitationum, & diligens inspectio, specula hostium, carcer luctus, lachrymarum amica, memoriæ mortis operatrix, suppliciorū pictor, iudicij indagatrix, sagax mœroris subministratrix, inimica fiduciæ, quietis cōiunx, ambitiosæ doctrinæ aduersatrix, scientiæ adiectio, speculationis opifex, secretus in Deum profectus, occultus ascensus. Qui peccata cognoscit, continet linguā suam; qui vero loquax est, nondū seipsum, vt oportet, agnouit.* Sextò, *Quia loquacitas* (eodem Authore teste ibidē) *est inanis gloriæ sedes, ignorantiæ certū argumentum, detractionis ianua, scurrilitatis dux, mendacij opifex, compunctionis desolatio, acediæ author siue euocatrix, somni præcursor, intentæ fixæq; cogitationis dissipatio, custodiæ exterminatio.*

*Qvinta ratio. Silentium est mater orationis*

*Sexta ratio. Loquacitas est compunctionis desolatio.*

## *SPECVLVM XXXV.*

### *In quo apparent adiumenta ad seruandum silentium.*

PRima *Instructio.* Ad seruandum silētium Regulare multum proderit. Primò, Si cōsideres silentium iusta de causa à Religiosæ vitę professoribus fuisse tantopere commendatum. Thom. à Kempis, *Omnes Religiosi Patres* (inquit) *commendauerunt silentium: & quicumque etiam priuatim vixerunt, hoc tenuerunt & docuerunt. Quidam habent quasi quotidianū silentiū; quidam*

*Primum adiumentum. Silentium iusta de causa seruatum à Maioribus. Nu. sex Cap. 3.*

*autem sub quodam moderamine temporum, locorum & personarum.* Damianus verò Cardinalis in vita sancti Dominici Loricati testatur, Monachos qui eremum regionis Luceoli implebant, per totam hebdomadam sub graui censura seruasse silentium, & solo die Dominico post cœnam colloquia miscere consueuisse. Secundò, si perpendas te teneri ad dandũ Confratribus tuis bonum exemplum. Idem Thomas. *Insuper* (ait) *alijs in hoc proposito, bonum & ædificabile præbebis exemplum, cum viderint formam sanctæ Religionis in te florere.* Quod maxime considerandum est à Prælato, cui Apostolus iniungit: *In omnibus teipsum præbe exemplum bonorum operum.* Tertio, si aliquo tempore abstineas à licitis, quantum potest Fratrum societas pati. Idem Thomas. *Salutare remedium est* (ait) *contra excessum locutionis, aliquo tempore abstinere à necessarijs & licitis verbis, etiamsi nemo iubeat. Leuius & suauius onus fertur, quod ex affectu voluntario, & interiori Spiritus sancti correptione accipitur. Prudenter quidem se arctat sub disciplina discipulus, agnoscens recentem culpam, antequam magister cum virga accedat ad feriendum crescentem iam passionem.* Quartò, Si consideres, quod colloquia longa inanem faciunt hominem. Idem Thomas. *Frequenter* (ait) *habere longa colloquia, irreligiosum est, & suspectum. Nam talia inanem faciunt hominem, & sancti propositi immemorem, & ad quietis & cellæ custodiam pigrum, & ad diuina cogitanda cæcum & insipidum.* Quintò, Si consideres fragilitatẽ tuam. *Cùm enim quis ex necessitate loqui tantum appetit* (ait citatus Author) *vsu locutionis ad negligentiã sui primò*

Loco citato.

Ad Tit. 2.

Nu. seu cap. 5.

Colloquia lõga faciunt hominem inanem.

Nu. seu ca. 10

Nu. & cap. 9.

labitur

*labitur; postmodum lingua proclinis, ad quæcūque libet, resoluitur. Vnde consequenter accidit, vt quod audire pacificè vix potuit propter cordis custodiam, ex multa negligentia hoc ipsum non pudeat eum publicare.* Sexto, Si fugias occasiones loquendi. *Ideo medicina huius fragilitatis efficax est* (ait Thom.) *præcauere tentationis laqueum, fugere occasionem loquendi, citius etiam abrumpere antequam crescat ignis linguæ, quia ignita tela diaboli exeunt per linguam immoderatam, quam ille commouere tanquam familiare sibi membrum nunquam cessat.* Septimo, Si renoues sæpe propositum non loquendi, nisi de necessarijs, & cum permittunt Regula & Statuta. *Consuetudinem enim soluendi silentium* (ait Thomas) *Si dediscere & amputare volueris, studeas sæpe innouare propositum hodie silendi propter amorem Christi, &c.* Octauo, Si attendas te sæpe decipi affabilitatis prætextu. *Decipitur sæpe* (ait idē Author) *homo sub pietatis & affabilitatis vultu. Etsi enim circa principium strictior sit, tamen cum lingua ad longiora mouetur colloquia, multa etiam negligenter subintrare patitur, quæ ex fine, serò conscientia ad se reuertente clariùs videt. Ita quod inceptum est necessitate & vtilitate alterius, finitur sæpe leuitate & permixtione externæ consolationis; & qui proposuit vix admittere necessaria, ne rueret ad otiosa, ex primis necessariis ducitur extra se, ad repræhensibilia.* Nonò, Si aduertas Dæmones nobis multos laqueos per linguam inijcere, qualia sunt omnia peccata, quæ per linguam committuntur. Decimò, Si aduertas *quanta mala ex vitioso vsu linguæ soleant tibi accidere, quanta etiam possent adhuc* (inquit cit.

Nu. ser. ca. 18.

Nu. ser. ca. 22.

Nu. ser. ca. 18.

Difficile est linguā domare Gradu 11.

Thomas) *nisi vigilanter compescas linguam accumulari. Linguam enim nullus hominum domare potest. Satis grauis & lamentabilis ista sententia, quod humanum genus in tanta versatur debilitate & insipientia, quod tam paruum membrum rationis imperio nequit subiugare. Paucorum reuera est* ( inquit Climach.) *aquam nullis aggerum molibus septam suis meatibus arcere, sed multo pauciorum est incontinens edomare os. Fortè longè facilius esset multis omnino tacere, quam verbo non iocari, aut quod ad rem non pertinet, aliquando non dicere. Quod si tacuerint, certè liberi erunt ab offensione verbi*

Pœna soluti silentii. Gradu 4.

*Secunda Instructio*. Pœna silentij fracti apud antiquos Cœnobitas, vel Anachoretas fuit, vt colloquentes ante fores Ecclesiæ per septem dies cęteris intrantibus & exeuntibus prosternerentur. *Climac*. Patres nostri in Statut. *Cap. 5. Distinct. 3.* hanc pœnam appellant pœnam grauioris culpæ. Apud D. Basil. autem *in Animaduersionibus aduersus Canonicos delinquentes*, hæc contra garrulos pœna statuitur. *Si quis futiliter garriat, aut in sermone facetias consectetur, neque adhibito timore ac tremore doctrinam beati Apostoli, & Euangeliorum conseruet nihilominus hic etiam hebdomadam vnam segregator.*

MANDA

## MANDATVM 17.

Si quis autem non omni virtute, adiuuante misericordia Domini, hęc conatus fuerit implere; sed contumaci animo despexerit; semel atque iterum commonitus, si non emendauerit, sciat se subiacere disciplinæ Monasterij, sicut oportet. Si autem talis fuerit ætas ipsius, etiam vapulabit.

*Hoc Mandatū obligat sub mortali ad subeundam pœnā Regularem iniunctam.*

## SPECVLVM XXXVI.

*In quo apparet pœna infligenda vitæ Regularis transgressoribus.*

PRima Instructio. Hinc clarum est quod antea diximus, videlicet Regulam nostram obligare ad pœnam suos transgressores; nec mirum, cum nulla extet Religiosorum Regula, quæ transgressoribus suis pœnam non comminetur, etsi ex intentione Legislatoris non obliget ad culpam. Ex doctissimo Caiet. & Greg. de Valent. vbi docet in omni Republica bene instituta præter varias leges ad eius conseruationem necessarias, constitui etiam solere varias pœnas contra earum præuaricatores. Denique vnam ex legis conditionibus esse, vt nō solū iniungat actū virtutis, & vitiū prohibeat, sed etiā vt possit exigere pœnā à præuaricatore. ex Aristotele. Alioquin nō possent Superiores efficaciter mouere Subditos ad legis executionem. Requiritur ergo vis coercitiua seu

*Regula D. August. obligat ad pœnam.*

*In 2.2.q.186. ar. 9.*

*In eal. part. disp. 7. q. 2. p. 2*

*Vis coactiua necessaria est Superiori.*

coactiua in Superiore, qui inferiores ad Regulæ obseruationem cogat. Præcipit itaque hoc loco Legislator, vt qui Regulas violauerint, subiaceant disciplinæ Regulari.

*Secunda* Instructio. Pœnæ Canonicis Præmonstratensibus, quando transgrediuntur Regulam D. Augustini, vel vitę Regularis Ordinationes, infligendæ, partim Dist. 3. Statutor. constituuntur, partim Capituli Generalis, vel discreti ac probi Prælati arbitrio relinquuntur: fuitque sempet in vsu apud Religiosos, vt pro culpis vel Regularum præuaricatione aliquam pœnam subirent. Cassian. Basilius in Regulis fusius disputatis, & in breuioribus Responsio. ad 44. In quarum breuiorum fine, varias pœnas recenset, in Regularum transgressores latas.

*Lib. 2. Ca. 15. & li. 3. ca. 7. Responsio. ad interrog. 51. 52. & 53.*

*Tertia Instructio*. Hanc partem ( *et si talis fuerit ætas ipsius, etiam vapulabit.* ) Reuerendissimus Generalis à me rogatus, sic est interpretatus, vt ( *et si* ) æquiualeat, *& etiamsi talis fuerit ætas ipsius*, id est, quamuis ætas repugnare videatur, vapulabit. Videtur autem huic interpretationi fauere imprimis totius Ordinis consuetudo, quę exigentibus delictis, etiã seniores Religiosos verberat. Secundò, Statuta Ordinis nostri, quæ ob quorumdam criminum grauitatem etiam maiores verberari pręcipiunt. *Cap. 5. & sequentibus Dist. 3* Denique Capitulum Generale, quod solet Religiosos cuiusuis ætatis, propter delicta grauia, flagello subijcere. Imò vero Syluester asserit Religiosos etiã pro leuibus culpis verberari posse à suis Prælatis. De *Appel. Cap. Reprahensibilis. & de Accusat. Cap. Qualiter. & Quando* in *fine*.

*...erbo, per... ...io.*

non

non tamen per Laicos, nisi sint incorrigibiles; sed per alios Regulares, vel Seculares Clericos, vt docuit idem Syluest. *Verbo Excommunicatio.* In nostris verò Statutis habetur, quod corrigendi non debeant verberari, nisi ab ijs qui sunt æqualis gradus, vel superioris, vt Sacerdotes à Sacerdotibus, non à Diaconis, & Diaconi à Diaconis vel Sacerdotibus, non à Subdiaconis: nunquam autem à Prelatis, vel ijs, qui sententiàm correctionis tulerunt, vel proclamarunt. In quo errant plerique, qui sententiam à se latam, etiam plerumque cum stomacho exequuntur.

*Religiosi incorrigibiles possunt per Laicos verberari.*
*6.§.q. Cas.11*


## STIMVLVS AD OBSERVANDAM REGVLAM.

Hæc autem in nomine Christi fideliter & pie obseruantes & vos perficietis, & nobis non parua erit lætitia de vestra salute.

*Hic non est præceptũ, sed stimulus & incitamentum ad obseruandã Regulam.*

## SPECVLVM XXXVII.

*In quo videntur fructus, quos carpunt ij qui Regulam obseruant.*



P*Rima Instructio*. Primus fructus, quẽ Regulæ obseruator percipit, est profectus spiritualis. Sunt enim Regulę quasi scalæ, quibus ad perfectionem peruenitur. Vnde qui vult secundũ sui Status obligationem tendere ad perfectionem, debet sollicitè suas Regulas obseruare, & ad pręcepta etiam minima Regulæ, suos

*Primus fructus est progressus spiritualis.*
*Regulæ Religiosorum sunt veluti scalæ.*

mores componere; ita vt nullus apex, vel iota prætereatur, donec omnia fiant, Nunquam Deus Religiosi actionibus planè delectatur, donec eum in suæ Regulæ obseruatione, studiosum & exactum viderit. Pro mensura enim huius stadij & conatus in Regulæ obseruatione, solet suæ gratiæ dona largiri, & mortificationis iter facile, & expeditum reddere. Vnde fit vt nihil ita ad profectum spiritualem conducat, sicut exacta Regularum obseruatio. Hoc enim sunt (vt notant Patres) Religionum Regulę ad profectum spirituale͂, quod Medicorum Aphorismi ad tuendam vel augendam sanitatem; vel quod in longa & difficili peregrinatione, exacta vrbium ac locorũ per quæ transeundum est, descriptio. Quemadmodum enim illud ad morbos, hoc ad errores vitandos plurimum confert; sic ad animam suis languoribus erroribusque liberandam, magnopere prodest, talem reperisse vitę instituendæ rationem, ex qua teipsum tuosque mores componere, & quasi ad speculum fingere possis; & in qua conspicere, quid tibi deligendum & perquirendum; quid contra vitãdum, & detestandum sit, vt ad æternum salutis portum peruenias.

*Regulæ Religionũ sunt velut Aphorismi ægrotis, & velut descriptio regionum peregrinantibus*

*Secunda Instructio.* Secundus fructus, quem quis ex Regularum obseruatione colligit, est salus æterna, vt hic innuit D. Augustinus dicens: *Non parua erat lætitia de vestra salute.* Vnde colligimus salutem Religiosorum ex obseruatione Regulæ pendere, quandoquidem salus Religiosorum, ob quam gaudium concipitur à Superiore, nascitur ex eo quod sint Regulę obseruatores, vt patet ex his

*Secundus fructus est salus æterna.*

verbis

verbis: *Hæc in nomine Christi obseruantes, nobis non parua erit lætitia de vestra salute.* Vnde secundo colligimus, quod sicut profectus Inferiorum magnam affert lętitiam bonæ conscientiæ Prælato, sic magnam tristitiam eidem generat eorumdem obstinatio. Non sic dolet mater videns vnigenitum filium omnia bona sua cum helluonibus abligurire, qualiter dolet Prælatus, qui adhibitis omnibus ad sui Religiosi salutem necessarijs, eum conspicit retrorsum abire, & in Regulę suæ præuaricationem temerè ferri, sicque in barathrum paulatim demergi. Vt enim salus ex Regularum obseruatione pendet, sic damnatio ex earumdem transgressione. Quod vtinam seriò animaduerterent ij, qui velut equi indomiti, nullis Regulę frenis duci volunt. *Nos fragiles sumus* (inquit Religiosus vir Thomas à Kempis.) *& ad malum procliues; ideo necessarium est nostros prauos mores per Statuta arcta ri, & quasi indomitos pullos, ad stipitem Sanctæ Crucis, pro nomine Iesu ligari; ne secundum propria desideria viuendo, declinemus à vita recta Sanctorum, qui per angustam portam intrauerunt Regnum cœlorum.*

*Dolor Prælati*

*Regularum transgressio damnationem parit.*

*1. par. Serm ad Nouit. Ser. 3. n. siue Ser. 5 1. par. Sermo. ad Nouitios.*

*Tertia Instructio.* Regularum obseruatio, nisi fiat in nomine Christi fideliter & piè, salutem non operatur, sed damnationẽ, vt patet hic ex verbis D. Augustini. Quod diligenter attendant ij, qui tantummodo Regulas suas seruant, vel vt Superiorem sibi deuinctum, & fauore coniunctum habeant, vel vt eius correctionem auertant, vel vt ad dignitatem & officia Monasterij promoueantur, vel vt boni Religiosi titulo decorentur: ne forte in salutis

*In quem finem debeat seruari Regula.*

officina

officina (quæ est Religio Monastica) damnationem suã fabricare dignoscantur. Non amant Christum qui nihil in eius nomine agunt, ac propterea Regnum Cœlorum, quod est præmium eorum, qui Christum in vita sua amauerunt, non merentur, sed damnationẽ, quæ est merces eorum, qui magis se vel homines dilexerunt, quam Deum.

## REGVLAE OBLIGATIO.

Regula obligat suos trãsgressores sub mortali vel veniali pro diuersitate materiæ in singulis Regulæ Mandatis contentæ.

Hæc sunt, quæ vt obseruetis præcipimus in Monasterio constituti.

### SPECVLVM XXXVIII.

*In quo videtur Regulæ nostræ compilatio & obligatio.*



PRima Instructio. Dominicani & alij qui sub Regula Sanctissimi Augustini militant, hic inchoãt Regulam suam; quippe qui (vt patet ex Tomo primo Operum D. Augustini, in cuius fine tres Regulæ eiusdem sancti Patris habentur) tertiam eiusdem Patris Regulam sint amplexati, quę sic incipit. *Ante omnia Fratres charissimi, diligatur Deus, deinde Proximus quia ista præcepta sunt principaliter nobis data. Hæc igitur sunt, quæ vt obseruetis præcipimus in Monasterio constituti. Primum propter quod in vnũ estis congregati, vt vnanimes habitetis in domo &c.* Nos verò Regulam nostram ex postrema parte Regulæ secundæ, & tertia Regul[æ] inte-

Compilatio Regulæ Cano

gra compilauimus: adeo vt nos Canonici Pręmonstratenses Regulam quidem D. Augustini simus professi, sed non ijs quibus alij Regulæ D. Augustini professores, terminis & limitibus contentam, cum ex illis professoribus nullus eam Regulę partem, quā superioribus scriptis explicauimus, amplecti præter nos dignoscatur. *nicorum Præmonstratensiū*

*Secunda* Instructio. Ex his verbis(*Hæc sunt, quæ vt obseruetis præcipimus*)confirmatur satis, quod diximus Speculo secundo de obligatione Regulæ nostræ; videlicet nō solum ad pœnam obligare, sed etiam sub culpa, quæ modo est mortalis, modo venialis. Cum enim hic D. Augustinus vtatur verbo(*præcipimus*) videtur ex hoc posse colligi, eum velle Regulæ suæ transgressores obligare sub culpa, non tamen semper mortali. Etsi enim non desint, vt Henricus Gandauensis, qui totam Regulam sancti Augustini dicant obligare sub mortali, propter verbum (*præcipimus*) quo sanctus Augustinus hoc in loco vtitur, tamen probabilior mihi videtur opinio Angeli *Verbo Religiosus*, & S. Antonini, qui putant eam egere declaratione Pontificia. Omnium vero probabilissima hac de re opinio est Humberti *Commentā. in Regulam D. Augustini*, Archidiaco. & Syluestri *Verbo Religio*, qui docent omnia huius Regulæ præcepta sub mortali non obligare, sed tantum aliqua. Est enim absurdum credere, quod tantus Doctor, qualis fuit D. Augustinus, voluerit sub mortali obligare ad res tam minutas, quales aliquot in Regula sua præscribebat, in quibus homines perfectissimi interdum peccare solent, quale est illud;

*Obligatio eiusdem Regulæ.*

*Quodl. 6. q. 17*

*3. Par. Tit. 16. cap. 1. §. 6.*

*1. q. 8, 10. & 11.*

*Verbum præcipimus, nõ semper obligat sub mortali.*

*In incessu, statu & omnibus motibus, nihil fiat quod cuiusquam offendat aspectum.* Nec refert quod verbo (*præcipimus*) vtatur. Non enim semper verbum (*præcipio*) obligationem peccati mortalis secum vehit, vt docet Humbertus *cap. 10. sui Commentar. in Regulam D. Augustini* citans cap. 7. Marci. *Præcepit illis ne cui dicerent: quis enim* (inquit) *audeat dicere, quod intenderet eos Dominus per hoc ligare ad mortale, & quod peccassent mortaliter, prædicando?*

*Regula non obligat nisi ratione subiectæ materiæ*

*Tertia Instructio.* Quotiescumque Legislatores vel Superiores vtuntur verbo (*præcipimus*) non possunt dici obligare sub pœna peccati mortalis, nisi aliunde intentionem suam declarent, vel subiungant, in virtute salutaris Obedientiæ, vel sub pœna inobedientiæ, vel excommunicationis. Regula ergo in qua habetur simpliciter hoc verbum (*præcipimus*) vi sua non obligat conscientiam sub mortali vel veniali; sed tantum ratione subiectæ materiæ; videlicet in quantum materia, quæ subijcitur tali mandato est mortalis, vel venialis. Et eam esse causam existimo, ob quam præcipuè vsus est Diuus Augustinus hoc verbo (*præcipimus*) in Regulæ suæ initio, vt nimirum insinuaret materiam Regulę suæ subiectam obligare ex se sub peccato siue veniali, siue mortali. Vnde existimo quando Diuus Augustinus vtitur his verbis (*Hæc sunt, quæ vt obseruetis præcipimus*) idem esse ac si diceret, Regulam istam vobis præscribimus, quam volumus vt obseruetis sub pœna arbitraria Prælati, & sub culpa modo mortali, modo veniali secundum subiectam materiam. Non enim intendimus vos obligare ad totalem

*Quid sibi vult hoc verbum* præcipimus

huius Regulę obseruationem sub pœna peccati mortalis, sed tantum sub pœna peccati, quod secundum materiam in singulis Mandatis præceptam vel prohibitam modo erit mortale, modo veniale. Atque illa sunt quæ videtur intendisse Diuus Augustinus his verbis: *Hæc sunt, quæ vt obseruetis præcipimus*, & à quibus non videtur Humbertus *Commento citato*, recedere.

*Quarta Instructio*. In Regula quædam continentur, quæ, vt ait Humbertus *Commento citato*, à loco dependent, ita vt extra Monasterij locum peragi nequeant, vt redditio librorum horis statutis, lectio ad mensam, & similia. Vnde cum ad hęc non teneantuur ij, qui sunt extra Monasterium, dicit D. Augustinus, *Hæc sunt, quæ vt obseruetis præcipimus in Monasterio constituti*; quasi dicat, quædā præcipi in Regula, ad quæ ij, qui extra Monasterium morantur, non obligantur.

*Quinta Instructio*. An possit fieri facultas Religioso viuendi extra Monasterium, tractat Nauar. *Commentar. 2. de Regular. num. 16. & 40.*

## MANDATVM 18.

Primum propter quod in vnum estis congregati, vt vnanimes habitetis in domo Domini, & sit vobis anima vna ac cor vnum in Deo.

*Hoc Mandatū obligat sub pœna peccati mortalis, nisi excuset indeliberatus actus vel leuitas materiæ.*

SPECV

## SPECVLVM XXXIX.

*In quo videtur, quam necessaria sit concordia in Monasterio.*



*Consensus in malum non est concordia, sed potius discordia.*

*2. 2 q. 29. ar. 1.*

*Rima Instructio* Concordiam seu animorum in bonum cõsensum hic commendat sanctissimus Pater Augustinus. Dixi, consensum in bonum; quia consensus in malum, tãtum abest vt pręcipiatur, quin potius tanquã grande nefas, prohibeatur; cum consensus in malum sit potius discordia quam concordia. D. Thom. vbi ait concordiam importare diuersorum cordium voluntates in vnum consensum conuenientes, in quantum videlicet charitas multorum corda coniungit in aliquid vnum, quod est principaliter quidem bonum Diuinum, secundario autem bonum Proximi: & hoc bonum Ephesijs inculcat Apostolus his verbis, *Solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis.*

*Ephes. 4.*

*Concordia quã tum bonum.*

*1. Ratio.*

*Concordia vinci nequit.*

*Secunda Instructio*. Concordia maximum est bonum in societate. Primo, quia societas quæ est concordiæ glutino colligata, nullis maligni hostis actibus, nullo astu superari potest: è contra, societas quæ à seipsa dissidet, etiam minimis inimici telis læditur. Id inter cæteros Patres docuit D. Chrysost: eleganter. *Nihil ita & maximè in tentationibus* (inquit) *superabiles facit ac facile subijciendos, sicut se parari ac seiungi. Hinc namque mihi, si aciem ruperis in bello, armon sine vllo labore hostes superabunt, & vinctos eorum sigillatim separatos re*

*Hom. 30. in Epist. ad Hebræos.*

perientes

*perientes, & propter hoc inualidos redditos?* Id etiam docuerunt Ethnici. *Vt singula hastilia* (ait Plutarch) *facilè frangas, coniuncta non possis, ita dissidentes facilè superantur, concordes haud facilè.* Plinius vero idem pręclarè hac similitudine ostendit. *Thyrreus lapis quamuis grandis innatat, comminutus sidit. Ita concordia sustinemur, discordia pessum imus.* Secundò, Non solum communitas bene colligata vinci non potest, sed ne minimum quidem eius mēbrum, vt ex eodem sancto Doctore Chrysost. manifestum est. *Qui robustus est* (inquit) *si fuerit infirmo alligatus, & illum portabit, & perire non sinet, et si cum pigro ligatus fuerit, excitabit illum.* Tertiò. Quia concordia reddit opera societatis Deo grata, vt aduertit optimè Origenes his verbis, *Tanquam in musicis si harmonia chordarum fuerit consonanter aptata, sonum suauem modulati carminis reddit; si vero sit aliqua in fidibus dissonantia, ingratissimus sonus redditur, & carminis dulcedo corrumpitur, ita & hi qui Deo militant, si dissensiones & discordias inter se habeant, ingrata erunt omnia, & nihil acceptum Deo videbitur; etiamsi multa bella conficiant, etiamsi spolia multa deferāt & multa munera offerant Deo. Ego autem amplius aliquid dicam. Nisi talis fueris, vt in nullo dissentias à mandatis Dei, nec in aliquo discrepes ab Euangelij praceptis, non poteris superare inimicum. In eo enim ipso, quo dissentis, victus es à Diabolo*

*Opus. de Garrulit. vbi Sciluri factū narratur*

*Li. 2. hist. nat. ca. 103. alias 106.*

*2. Ratio.*

*Membrum societatis bene vnitae vinci nō potest.*

*Homil. quadā*

*3. ratio.*

*Opera societatis bene vnitae sunt maxime Deo grata.*

*Tertia Instructio.* Concordię contraria est discordia, qua quis voluntati alterius de bono Diuino aut humano, quod tenetur ex charitate velle, scienter & ex intentione contra-

*Quid sit discordia.*

riatur. Eſt talis diſcordia peccatum mortale ex genere ſuo: quia contra charitatis concordiam directè eſt. Caiet. *in Summa Verbo Diſcordia.*. D. Thom. Gregor. de Valent. Enumerat autem eam D. Paulus *ad Galat.* 5. inter opera carnis, quæ qui agunt, regnum Dei non poſſidebunt. Dixi (*ſcienter*) quia ſi quis putet non eſſe bonum quod alter vult, & ſic ab eo diſſentiat, modo id non pendeat ex culpabili ignorantia, vel ex pertinacia, nullum peccatum diſſentiendo committet. *Caiet. ibidem.* Dixi etiam (*ex genere ſuo*) quia diſcordia poteſt eſſe venialis propter imperfectionem actus, vel ex parte volentis, vt in primo motu diſcordiæ, vel ex parte materiæ, vt ſi tollat concordiam in minimis. Minima autem in propoſito ſunt, quæcumque non ſunt neceſſaria ad ſalutem. *Caiet. ibidem. Fumus Verbo diſcordia. Gregor. de Valent.*

*Quando diſcordia ſit venialis*

*Citato loco.*

*Prou. 17.*

*Quarta Inſtructio*. Ex diſcordia ſolet procedere rixa, ipſo Sapiente teſte. *Qui meditatur diſcordias, ſeminat rixas.* Eſt vero rixa peccatum mortale, niſi excuſet indeliberatio vel paruitas materiæ. *Greg, de Valent.*

*In 2.2. diſp. 3 4.17.*

*Quinta Inſtructio.* Diſcordia multis de cauſis naſcitur inter viros ſpiritualis vitæ cultores, quas apud Caſſi. reperies.

*Collat. 16. ca. 8. & 9.*

*Sexta inſtructio*. Modus reſcindendi diſcordias habetur apud eumdem, eodem loco.

*Septima inſtructio.* Decipiuntur ij magnopere, qui putant Superiores ſeminare diſcordias, quando vitam Regularem reſtituere conantes, vitia redarguunt & communes abuſus longa conſuetudine roboratos tol-

*Qui difformatos commouet vt reformet, nō perturbat pacem, ſed procurat.*

lunt,

lunt. Etsi enim id plerumque non fiat sine animorum commotione, id tamen non est pacem, de qua loquitur Saluator, tollere vel lædere, sed eam de qua apud Isai. Dominus asserit, quod *non est pax impiis*, & quæ consensus in malum iure appellari potest, labefactare; quod magni est in Prælato meriti & prudentię, vt ex sequenti Instructione patebit. Interim D. Chrysostom. ore suo aureo, hac de re loquentem audiamus super hæc Euangelistæ verba, *Non veni pacem mittere,* &c. *Quomodo ergo* (inquit) *omnes Prophetæ pacem tempore ipsius futuram pronunciarunt? Quia videlicet præcipua singularisque pax tunc præstatur, quando quod tabo vel sanie corruptum est, abscinditur atque proijcitur: quandò factiosa & improba pax repellitur, aut omnino destruitur. Sic certè cœlis terra coniungi potest. Nam & medicus hoc modo reliquum corpus conseruat facilè, si quod reduci ad sanitatē nō potest, exciderit atque abiecerit.*

*Ioan. ca.14.* *cap.48.* *Matt.ca.10.* *Hom.36. in Matth.*

*Octaua instructio.* Prælato maximè duo curanda sunt, ne societas cui præest depereat, Primum, vt bonorum dissidia tollat, eorumque concordiam conglutinet. Secundum, vt nec minori studio ac industria eos, qui in malum conspirant, & concordant inter se, quam citissimè fieri potest, dissociet atque ab inuicem auellat & distrahat. Vt enim perniciosa est inter viros probos discordia, ita ac magis etiam, malorum hominum conspiratio & concordia est periculosa. Et hoc est quód figuratè innuit Dominus in historia Iobi Patriarchę, cum de Leuiathan, qui figuram gerit Diaboli, & improborum hominum,

*Prælatus duo maxime procurare debet.*

*Concordia malorum cito tolli debet.* *cap.41.*

qui sunt eius membra; dixit: *Membra carnium eius cohærentia sibi.* *Quando enim* ( vt docet quidam nostri seculi Religiosus Author ) *homines improbi qui membra sunt Diaboli, in peruersis operibus suscipiendis aut agendis, à principio vsque ad finem vsquequaque inter se concordant, tunc membra Leuiathan sibi inuicem esse cohærentia rectè dicuntur.* Quare ad dissoluendam hanc concordiæ perniciosæ luem existimarim cum D. Chrysostom. *esse imitandum militiæ ducem, qui ad soluendam militum conspiratioem alterum in alterum concitat; sic in turre Babylonica factũ videmus, quando perniciosa illa pax, per discrepantiam dissoluta, tranquillam atque laudabilem pacem reddidit.* Quod autem hac in concordiæ labe abstergenda Prælatum maximè diligentem & accuratum reddere debet, est, quod Gregorius magnus lib. 34. Moral. profert in medium. *Reproborum hominum vnitas* ( inquit ) *bonorum vitam tantò durius præpedit, quantò ei se per collectionem durior opponit. Hanc vnitatem reproborum perniciosam sibi Paulus conspexerat, cum in medio Pharisæorum, Sadducæorumque deprahensus dicebat, De spe & resurrectione mortuorum ego iudicor. Qua nimirum voce percussa, protinus contra se inuicem audientium turba dissiluit; dumq; in duas partes tumultuantium multitudo scinditur, Paulo via ereptionis aperitur: quia quem turba persequentium vnita & vincta constrinxerat, diuisa laxabat. Eripiuntur ergo Iusti, dum diuiduntur iniusti, & electorum vota ad perfectum perueniunt, dum reproborum agmina per discordiam confundunt. Hoc* bene

*Cit. Hom. 36. in Matth.*

*Gene. 11.*

*Prælatus debet esse in concordia malorũ disrumpenda sollicitus.*

*In cit. verba B. Iob.*

*Actor. 23.*

*bene etiam maris rubri scißione designatur; nam dum in duas partes vnda diuiditur, electo populo ad terram promißionis iter ostenditur: sic dum malorum vnitas scinditur, bonæ mentes ad hoc quod appetunt, perducuntur. Si malorum vnitas noxia non fuisset, nequaquam Diuina prouidētia, eorum qui superbißimo animo ciuitatem & turrim ædificabant, linguas in tanta diuersitate dißipasset. Si malorum vnitas noxia non fuisset de sanctæ Ecclesiæ hostibus Propheta non diceret, Præcipita Domine, & diuide linguas eorum.*

Exod. 14. Gene. 11. Psal. 54.

*Nona Instructio.* Ex vnitate malorum tria oriuntur mala, de quibus Humbertus hic. De hac malorum vnitate scindenda consulat Prælatus Basil. Magnum *in Constitution. Monast. cap. 30.*

## *SPECVLVM XL.*

### *In quo apparet, qui peccent contra hoc Mandatum.*

PRima *Instructio.* Religiosi peccant mortaliter contra hoc Mandatum, quando capitulariter congregati nolunt cum Superiore vel cum alijs consentire in bonum Religionis ex quadam superbia, vel cupiditate boni proprij potius, quam communis. Syluest. & Fumus, *Verbo Discordia.*

*Secunda Instructio.* Peccant etiam mortaliter, qui cum alijs nolunt concordare in reformationibus honestis, legitimis, & rationabilibus, *quia non est illis cor vnum in Deo cū aliis,*

*Contra discordantes in reformationibus honestis.*

vt ait Humbertus hic. Deinde quia contrariantur scienter illi bono, cui tenentnr consentire saltem ex charitate. Caiet. *in Summa Verbo Discordia*. Tertiò, quia scienter & ex intentione impediunt promotionem boni, quod ex reformatione procedit. *Caiet. ibidem.* Adeo vt de illis Actor. 7. dictum videatur. *Dura ceruice & incircumcisi corde, vos semper Spiritui sancto* (à quo omne bonum) *restitistis*. Quartò, quia ipsi sunt omniũ malorũ quę ex diffamati one nascũtur causa. Quare vt omniũ malorũ illorũ inuentores, cõsũltores, cooperatores & actores in die furoris mulctabũtur, & tanquã rei animarum, quæ in tali difformatione perierunt, iudicabuntur. Vtinam nouissima illa prouiderent.

*Tertia Instructio*. Peccant mortaliter, qui ratione amicitiæ alijs assentiuntur in malum scienter. Homo enim qui vltra aras est amicus, neque seipsum neque Proximum amat. *Humbertus hic.*

*Quarta instructio.* Peccant mortaliter qui alijs sunt authores discordiæ, iuxta illud Sapientis. *Sex sunt quæ odit Dominus*, &c. *& eum qui seminat inter Fratres discordias*, de quo ibi dicitur, *& septimum detestatur anima eius*. *Prouer. 6.*

*Quinta Instructio*. Discordia oritur ex superbia seu inani gloria. D. Thom. & Diuus Gregor. & plurima generat mala. Matth. 12. *Omne regnum diuisum contra se desolabitur, & cæt.* *Origo discordiæ.* *2.2. q. 137. ar. 2* *Li. 31. Moral. cap. 31.*

*Sexta instructio*. Discordia tantum peccatum æstimatum est à Patribus, vt hunc inter canones pœnitentiales ediderint contra reconciliari nolentes. *Si quis discors & litigãs* *Pœna in discordes, & reconciliari nolentes lata.*

(inqi

(inquit Canon ille) *& per odium dißidens extiterit, quousque ad concordiam redeat, à communione & societate Ecclesiæ, vt canones iubent, alienus existat. Aut si quis odio habet aliquem, ita vt ad pacem reuerti non velit, sicut sancti Patres statuerunt, excommunicetur, & ab Ecclesia separetur, & tamdiu in pane & aqua pœniteat, donec reconcilietur. Aut si quis contristatus noluerit reconciliari, satisfaciente eo, qui contristauit, acerrimis maceretur inedijs, vsque dum gratanti animo satisfactionem recipiat. Qui iurat se ad pacem non velle redire, per annum pœniteat.*

## MANDATVM 19.

Et non dicatis aliquid proprium: Sed sint vobis omnia communia.

*Hoc Mandatũ obligat sub mortali, nisi si paruitas materiæ excuset.*

### *SPECVLVM XLI.*

*In quo videtur essentia Paupertatis Monasticæ, & modus loquendi illi conformis.*

PRima *Instructio*. Inter artes artium iure numerari potest regimen siue obseruatio Paupertatis Monasticæ. Tot enim ac tantæ indies occurrunt circa hoc votum difficultates & transgressiones in Monasterijs, vt magna doctrinæ, discretionis, & experientiæ luce Prælatus ad eiusdẽ obseruationẽ egeat. Quare nõ miretur Lector, si in hoc Mãdato diutius immoror. Etsi.n.

Commen.1.de Regul.n.11. Hom. 32,in Euangel.

Violatio Paupertatis fuit causa lapsus Religionum.

Paupertatis votum, vt ait Nauar. suapte natura videatur facilius seruatu, *quia facilius est*, teste sancto Gregor. *relinquere nostra*, quæ votum Paupertatis respicit, *quam nos ipsos*, quod fit voto Castitatis & Obedientiæ : & licet sit minus alijs duobus, violatio tamen eius videtur fuisse frequentior causa lapsus Religionũ, & earum obseruantię, quàm violatio aliorũ; vtpote quæ difficilius corrigitur, quia eius culpa magis latet, & rarius agnoscitur.

Cur voueatur Paupertas.

Matth.19. Matth.16.

*Secunda Instructio*. Paupertas Monastica siue voluntaria vouetur, vt nõ otiosè, vel vitiosè viuatur, sed tanquam facilior virtutis, cognitionis, & fruitionis Dei via, siue ad liberius sequendum Christum, iuxta illa Euangelica consilia. *Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes & da Pauperibus*. Et, *Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, tollat crucem suam & sequatur me*. Quare quotquot Monasteria ingrediuntnr, vt panem otiosè comedant, falluntur, & non leuem Paupertati Monasticæ ( cuius non est ille scopus ) iniuriam faciunt. *Nauar*. Hinc est quod in Religione illis sit *vulpina planè conscientia*, vt ait Hugo, *tepida conuersatio, animalis cogitatio, ficta confeßio, breuis & rara compunctio, obedientia sine deuotione, oratio sine intentione, lectio sine ædificatione, sermo sine circumspectione*.

Reprahẽditur quorundam mentio ingredientium Monasteria.

Comm.1.de Reg.nu.17. .1.de Anima

Quid voueat Religiosus, quando vouet Paupertatem.

*Tertia Instructio*. Paupertatis Monasticæ Profeßio obligat Religiosum ad nolendum quærere, nec habere vllum ius pecuniarum, & inducit incapacitatem & inhabilitatem habendi. Adeo vt vouens Paupertatem, exuat se capacitate & habilitate quærendi & habendi pecuniam. *Nauar*. & probatur per Capitu

lum, *Cui portio 12. q. 1.* desumptum ex beato Ambrosio *libr. de Fuga seculi, Cap. 2. & Cap. cum ad Monasterium §. final. Extra de Statu Monachor.* D. Thom. Syluester *verbo Religio 6. num. 2.* & alij passim ab eo citati, vt Innocent. Hostien. Ioann. Andreas, Archidiaconus, Turrecremata, qui cum Gregor. de Valent. & Azor. dicunt Religiosum per votum solemne Paupertatis abdicare se omni rerum dominio, vsu, & possessione. Denique omni pecunia, & re pecunia æstimabili, siue illæ res mobiles sint siue immobiles: ita vt qui votum Paupertatis emittit, abdicet à se omnem vsum rei, perinde ac si tacitè promittat se non vsurum vlla re, renuente aut nesciente Superiore: eritque Proprietarius, & peccabit mortaliter si contrarium fecerit.

2.2. q. 186. ar. 6.

*In 2.2. Disp. 10. q. 4.*

*Lib. 12. ca. 12. q. 1.*

*Vouere Paupertatē quid.*

*Quarta Instructio.* Religiosi debent non solum non habere proprium, sed ne quidem dicere sibi aliquid proprium, vt patet ex hoc D. Augustini Mandato, & ex Can. *Non dicatis*; mentireturque Religiosus, qui diceret sibi aliquid proprium vel suum: quia scit vel saltem scire debet nihil esse suum: ac propterea peccaret, cum omne mendacium sit peccatũ, *Can. Primum est. 22. q. 2. Cap. Super eo. de vsur.* & præuaricaretur Mandatum hic factum, illis verbis, *Non dicatis.*

*Quinta Instructio.* Ex verbis illis (*non dicatis*) colligitur cum Hugone hic, quam sit dissonum Regulæ nostræ habere proprium, cum etiam dicere se habere, illud sit peccatum. Vnde etiam refert idem Hugo peccare Canonicum Regularem, qui dicit: Hic pileus est meus, vel hæc vestis est mea. Cui astipulantur

Iordanis, Vmbertus, Coriolanus & Trullus in dicta Regula, & Archidiacon. Cardinal. Turrecremata, & Alexandrinus super Canon. *Non dicatis*. Cui tamē opinioni ex omni parte assentire non possum. Quare sit

*An Religiosus possit ea quibus vtitur sua nominare.*

*Sexta instructio*. Etsi melius facit Religiosus, & Regulę conuenientius, qui hoc modo loquitur, nostra vestis, noster pileus, noster liber & huiusmodi: tamen si dicit mea vestis, meus pileus, meus liber, non statim peccat; dummodo non intendat dicere se esse dominum eorum, vel possessorem nomine proprio, sed tantum simplicem detentorem facti, vel administratorem, vel vsorem eorum, cum bona Prælati venia. Peccaret autem si dicendo (mea vestis) intenderet dicere dominium vel detentionem independentem, quia mentiretur; sed non mortaliter, nisi diceret id volendo esse suum, & complacendo, eo quod sit suum, quia directè Paupertati Monasticæ reluctaretur, *ex Nauar.*

*Comm. 2. de Regul. nu. 1.*

*An Religiosus debeat dicere, nostra manus, nostra febris. Num. 2.*

*Septima instructio*. Etsi Religiosus debeat hoc modo loqui, nostra vestis, &c. tamen non debet dicere nostra manus, nostrum caput, nostra febris. *Nauar. ibidem*, quia Regularis potest iustè habere, tam quoad dominium, quam quoad possessionem, salutem corporis & alias dotes animæ, tanquam proprias. *Nauar. ibiedm.* Dixi (non debet) non quod prohibeatur Religiosus hoc modo loqui, sed quod non teneatur ex vi huius vel alterius Mandati; quicquid dicat Coriolanus citatus à Trullo *in 3. Cap. 4. p.* Tantum autem abest, vt Religiosus prohibeatur hoc modo loqui, nostra manus, nostra febris; quin potius eum

optimè &

optimè & consentaneè humilitati facturum existimem, & consulam in posterum faciendum, etiam quoad animi dotes; vt Religiosus cogitans se nihil planè etiam quoad corporis & animi dotes habere proprium, magis humilietur, & cæteris Confratribus hoc modo loquens congaudendi ansam porrigat. Imò vero dum sic loquitur de suis infirmitatibus corporis, solatium sibi affert, reputans suam non esse solam hanc infirmitatem, sed etiam cæterorum, quibus omnia nostra sunt communia. Dum vero de infirmitatibus animi sui loquitur, bonus etiam est modus ille loquẽdi, verbi gratia (nostra intemperantia.) Per hunc enim modum monetur sese aliorum pedibus prosternere, & citò intemperantię suæ valedicere, ne cæteri diutius intemperantiæ vitio notentur, vel intemperantes iniuste nominentur. Quando vero de dotibus sui corporis vel animę loquitur, placet etiam plurimum hic modus ad domandum arrogantiam: hoc enim modo loquendi, id boni, quod in nobis est, cęteris attribuitur. Huic doctrinę fauet Reuerendissimi Generalis nostri D. Francisci à LongoPrato loquendi consuetudo, & Coriolanus citatus à Trullo *in Cap. 3. 4. p.* cui tamen non assentior, in eo quod Religiosum ad hunc loquendi modum ex vi huius Mandati & Cap 2. & 4. astringit. Ibi enim de proprio solius rei pecuniariæ, vel rei pecunia æstimabilis agitur. *Nauar.*

*An Religiosus debeat dicere, nostra intemperantia.*


*Modus loquẽdi D. Frãcisci à Longo Prato Generalis Ordinis Præmonstratensis*

*Comm. 2. de Regul. nu 2.*

## SPECVLVM XLII

*In quo videtur pœna in Proprietarios lata.*

Proprietarius, priuatur communione.



*Nstructio vnica*. Pœna Religiosi Proprietarij habetur in Cap. de Statu Monachor. vbi Religiosus Proprietarius sacrosancta Synaxis mensa, Christiano sepulturæ iure, & consuetis precum sacrificiorumque suffragijs, tanquam indignus, priuatur. Imò verò ibidem edicitur, ne Cœmiterijs Proprietariorum corpora inferantur, & si illata fuerint, illinc eruantur, & in sterquilinium cum peculio abijciantur: sicut olim factum legimus cum nonnullorum Sanctorum matura definitione, tum illius Gregorij Magni Pontificis Maximi consilio & prouido facto, de quo in Dialogis. Deinde in Concil. Tridentino iniungitur, vt qui proprium tenere deprehensus, aut conuictus fuerit, biennio actiua, & passiua voce priuatus sit, atque etiam iuxta suæ Regulæ, & Ordinis Constitutiones puniatur. Quæ certè pœnę infligi non solent, nisi pro peccato mortali.

*Proprietarius priuatur sepultura, & in sterquilinium proijcitur. Lib.4.ca.55. de Regular. Seß.25.ca.2.*

## SPECVLVM XLIII.

*In quo repræsentantur illi actus, quos Prælatus Religiosus exercendo est Proprietarius, peccatque contra votum Paupertatis.*



*Rima Instructio*. Quia Canonici Præmonstratenses non sunt omnes eiusdem sortis, etsi sint eiusdẽ Professionis: alij enim sunt Præ-

lati vel Superiores, alij simplices Canonici: De vtrisque ad confusionem fugiendam agemus separatim. Ac primò quidem de Prelatis, quos monitos velim, sicut monuit Reuerendissimus Generalis in suis Ordinationibus Germanicis & Bohemicis anno 1601. vt aduertant se non esse dominos, sed dispensatores bonorum communitatis sibi concreditorum; ac propterea non posse se alia ratione vti dictis bonis, quam in bonum & commodum Cœnobij; sicut dispensator non potest alio modo vti bonis sui domini, quam in emolumentum ipsius domini, ex Doctor. Nauar. *Commentar. 1. de Regul.* vbi ait aliud esse sua tractare & administrare, aliud aliena. Qui enim tractat sua, potest de ijs omni modo disponere, qui verò aliena, debet tractare in sui domini vtilitatem. Cum ergo Prælatus tractet bona Cœnobij, non tanquam sua sed Dei, cùm veluti sit eius Procurator & Vicarius mediatus vel immediatus, debet cautè se gerere, ne alijs ea largiendo, ipsi Deo (cuius sunt illa bona) faciat iniuriam. & hoc est quod ait Gratian. *Aliud est sua possidere, aliud est communium Procuratorem esse*. Idem sentiunt passim Authores, præcipuè Maior qui fusè hanc rem tractat.

*Monitio Reuerend. Frãcisci a Longo Prato ad Abbates.*

*Abbates non sunt Domini, sed dispensatores.*

*Num. 34.*

*14. q. 1. Can. Episcopus.*

*In 4. Sen. dist. 39. q. 9. et 10*

*Secunda Instructio*. Prelatus est Proprietarius & lædit paupertatem Monasticam, quando ita largitur Monasterij bona, vt largitio illa directè vel indirectè non vergat in vtilitatem Monasterij, vel in eleemosynam, vel remunerationem. Nauar. putatque Maior vbi sup. eos, qui à Prælato aliquid male receperun

*Prælatus nihil potest largiri nisi triplici nomine.*

*Comm. 2 de Reg. nu. 23.*

runt, obligari ad restitutionem, nisi probabilis ignorantia excuset.

*Prælatus non potest alere equos, vel canes voluptatis ergo.*

*Tertia Instructio.* Quando eis vtitur tanquam vanis, in rebus superfluis, vt alendo canes, equos, parando conuiuia, comparando vestes & similia; superflua enim huiusmodi, & mundana sunt Paupertati Monasticę inimica. *Maior loco cit. & Nauar.*

*3. de Regul. nu. 28. Comm. 2. de Reg. num. 21. & 3. nu. 28.*

*Quarta Instructio.* Quando patitur Religiosos violare Paupertatem, vel habere superflua. *Syluest. verbo Religio 6. & Alexandrin. cit. à Nauar.*

*Quinta Instructio.* Quando non seruat bona Monasterij, prout decet, quia officio fideliter non fungitur.

*Sexta instructio.* Quando Moasterij bona tanquam sibi propria vsurpat In hoc enim facit contra illud Regulæ Mandatum, *Nemo sibi aliquod vendicet proprium.*

*Non licet dotare Parentes ex bonis Monasterii.*

*Septima instructio.* Quando suos parentes ex Monasterij bonis reddit opulentos. Verum tamen est, quod po e t suis Parentibus aliquid largiri in eleemosynā, si in suo statu egeant; etiam amplius quam alijs pauperibus: dummodo nihil Religiosis de rebus necessarijs substrahatur, & Monasterium ære alieno non grauetur, & debito Religiosorum numero decoretur. Colligitur ex ca. 6. dist. 4. Statut.

*L. Legatis ff. De alimentis & cibariis legatis, & L. Verbo, Victus ff. De verb. significat.*

*Octaua instructio.* Quando suis Religiosis necessaria non suppeditat, iuxta Monasterij facultates: nam ex æquitate naturali alimenta filijs debentur. Alimentorum autem nomine comprehenduntur habitatio, victus, & vestitus, & si quę sunt, sine quibus vitam hanc traducere non possumus; sicut cui iuris

dictio

dictio data est, ea quoque concessa esse videntur, sine quibus iurisdictio explicari non potuit. *L. Cui iurisdictio ff. de iurisdictione.*

*Nona instructio.* Quando dissipat bona Monasterij, ea alienando, commutando, locando vili pretio, ad habendam magnam aliquam pecuniæ summam pro vino, vel alia de causa &c. In eo enim, teste Vmberto, & D. Antonino, peccatum infidelitatis & iniustitiæ non exiguum committit, potestate sibi Diuinitus data vtendo, non in ædificationem, sed destructionem. *2. par. Tit. 16. cap. 1. §. 11.*

*Decima instructio.* Quando Religiosos quã tum potest, non reuocat ad vitam communem, vt postea ostendemus; *Nauar.* *Comm. 3. de Regul. nu 32.*

*Vndecima instructio.* Quando multas pecunias congerit ad condendum testamentum sibi permissum, vel ad aliquid aliud minime necessarium: & interim pauperibus valde est parcus: Cum enim bona Monasteriorum sint bona pauperũ, debẽt in pauperũ (postquã suppeditata sunt necessaria Religiosis, qui in Monasterio Pauperũ habẽtur primi) vsũ expendi. *Bona Monast. sunt bona pauperum.*

*Duodecima instructio.* Quando ludit alea, vel alijs ludis etiam licitis notabilem quantitatem. *Iacob. de Graff.* Hoc enim est bonis Monasterij abuti in rebus vanis & superfluis. Neque potest Generalis hac in parte dispensare; cum nulla necessitas, vel euidens vtilitas appareat. Accedit quod etsi dispenset, non desinat Prælatus inferior peccare, cũ dispensatio sine causa legitima, nulla sit. *Ludus pecuniarius Prælatũ reddit proprietarium.* *Li. 2. Decisio. aurear ũ. cap. 21. num. 14.*

*Decima tertia Instructio.* Quando pecuniam recipit, vel quid aliud pro ingressu Religionis, *Extrauagant. 1. de Simonia:* quod *Non licet recipere pecuniã pro ingressu Religionis.*

etiam

etiam docuit & vetuit Reuerend.issimus ibidem.

*Religiosus nõ potest manere in domo paterna sine iusta causa.*
*Commen. 2. de Reg. nu. 16.*

*Decimaquarta Instructio.* Quando concedit Religioso suo facultatem manendi extra Monasterium in domo paterna vel alibi, cum administratione bonorum peculij, vel patrimonialium etiam ad nutum reuocabili, sine iusta causa magnæ necessitatis vel vtilitatis Monasterij, vel Ordinis. Neque enim Religioso facultatem talem potest facere vel propter importunitatem parētum, vel propter solam vtilitatem singularē eius, varijs modis id procurantis. *Nauar.*

*Decimaquinta Instructio.* Quando Religioso suo in Monasterio habitanti impertitur veniam distrahendi concessas sibi res sine licentia. Hoc enim est illi quasi dominium tradere & independentiam; necnon illi dispensationem dare; sine iusta causa; quandoquidem illi aliter potest prouideri. Porro hic actus, sicut & præcedens est Proprietarius: illis enim læditur Paupertas directè vel indirectè.

## DE POTESTATE ABBATIS.

*Comm. 2. de Reg. nu. 65. 16. q. 7. Can. vlt. & 18 q. 2 Can. Abbas De electione.*

INstructio: Potest quilibet Prælatus Regularis petere Relicta suę dignitati vel Monasterio, antequam ius in eo consequeretur, vt probat Luc. Roman. *cons. 259.* teste Nauar.

*Instructio.* Non potest à Religiosis institui vel confirmari, sed tantum eligi, vt habetur in Decretis.

*Instructio.* Non potest administrare, nisi sit

confirmatus, adeo vt si ante confirmationem administret, electio eius nulla sit. *Cap. Auaritiæ. §. Cum itaque.* Vers. *vt nullus de cætero administrationem dignitatis, ad quam electus est, priusquam celebrata de ipso electio confirmet, aut sub Oeconomatus, vel Procurationis nomine, ur, aut alio de nouo quæsito colore, in spiritualibus vel temporalibus, per se, vel per alium, pro parte vel in totum gerere, vel recipere, aut illis se immiscere præsumat; omnes illos, qui secus fecerint, iure, si quod eis per electionem quæsitum fuerit, decernentes eo ipso priuatos.* Excipiuntur tamen nimium remoti à Confirmatore, dummodo omnem moueant lapidem, vt quàm citissimè confirmentur.

*& electi potestate in 6. & Glos. cap. 1. verbo substitutos. Extra. De supplēda neglig. Prælatorum. Cap. nihil est; §. Cæterum. Extra. De electione & electi potestate.*

*Instructio.* Abbas electus non potest ante consecrationem Episcopi vel Generalis sui, si hanc habet facultatem, ea quæ sunt Ordinis exercere. sed tantum ea quæ sunt Iurisdictionis.

*Dist. 69. Can Quoniam. §. Lectores. Extra.* De *supplenda negligentia Prælatorum. Cap. 1.*

*Instructio.* Abbas electus presentatus Episcopo ad obtinendam benedictionem, si impetrare non potest, potest ea etiam quæ sunt Ordinis exercere. Idque tam iure communi, quam particulari. Ius commune id habet his verbis. *Statuimus præterea, vt si Episcopus tertiò cum humilitate ac deuotione (sicut conuenit) requisitus substitutos Abbates vestros benedicere fortè renuerit, eisdem Abbatibus liceat proprios Monachos benedicere, & alia quæ ad officium huiusmodi pertinent, exercere; donec ipsi Episcopi suam duritiam recogitent, & Abbates benedicere non recusent.* Ius vero particulare nostri Ordinis etiam hoc continet, vt patet ex Bulla Honorij tertij pro exemptione nostri

Ordinis edita. Verba hęc sunt.

*Si quis etiam ex vobis Canonicè electus in Abbatem Diœcesano Episcopo semel & iterum per Abbates vestri Ordinis præsentatus, benedictionem ab eo non potuerit obtinere; ne Ecclesia ad quam vocatus est destituta consilio periclitetur, officio & loco Abbatis plenariè secundum ordinem fungatur, in ea tam in exterioribus prouidendis, quā in interioribus corrigendis, donec aut interuentu Generalis Capituli vestri, aut præcepto Romani Pontificis seu Metropolitani benedictionem suam obtineat.* Rationem affert Felin. scribens benedictionem in Abbate non esse de substantia.

*In Cap Memi nimus. num. vlt. de Accusat. 18. q. 2. Can. Nullam.*

*Instructio*. Abbas non potest à Religiosis expelli.

*Instructio.* Abbas inutilis vel improbus potest deponi à Generali, de consilio quorundā Abbatum, vel Capituli Generalis, vt patet ex Bulla Adriani quinti, quam Abbati Præmonstratensi nomine totius Ordinis concessit. Iuuerit fortè eius verba referre.

*Vt autem de bono in meliùs possitis proficere, & Ordinē vestrū in suo rigore melius custodire, præsentis Decreti assertione firmamus, vt liceat vobis Abbates qui fuerint in crimine deprahensi, & eos, quos prorsus inuenietis inutiles, ab officio Abbatis deponere, & Consilio Capituli in aliquam Ecclesiarum vestri Ordinis collocare.* Idemque pene concessit Honorius tertius in Bulla exemtionis Ordinis nostri. Eius hæc sunt verba. *Sanè si Abbas aliquis vestri Ordinis sui præuaricator inuentus fuerit, & priùs per Patrem suum Abbatem, aut per nuntios suos admonitus, suum corrigere & emendare neglexerit delictum; aut cedere, si amouendus fuerit, sponte noluerit,*

*aucto-*

*auctoritate Generalis Capituli deponatur, & depositus sine dilatione ad domum, vnde exiuit, seu ad aliam eiusdem Ordinis quam elegerit, sine vlla conditione temporalis commodi, reuertatur.* Idem iniunxit Innocentius secundus in sua Bulla Ordini concessa.

*Constituimus* (inquit) *vt Abbates inutiles deponendi liberam habeatis facultatem.* Hanc deponendi potestatem Capitulum Generale agnoscens cap. 1. *Dist. 4 ar. 8.* sic loquitur.

*Sed & si quis Abbas in Generali Capitulo fuerit depositus, licet expressa eius non fuerit culpa, vel propter infamiam, vel propter aliquā turpem causam siue culpam, seu propter aliquam aliam rationabilem causam; sine licentia ipsius Capituli ante triennium non promoueatur iterum in Abbatem.*

*Instructio.* Abbas Regularis in nostro Ordine, etsi constitutus sit administrator bonorum temporalium; non tamen sic, vt possit omnia in administratione sua exequi sine Cōuentus consilio; vel vt habeat omnimodam illorum bonorū dispositionem, vt sequētibus instructionibus docebitur.

*Instructio.* Non potest solus alienare etiam in vtilitatem Monasterij, sed tantū cum venia Generalis & consilio Conuentus, vt habet cōmunis nostri Ordinis praxis, innixa cap. 5. *Dist. 4. Stat.*

*Instructio.* Non potest Abbatiam construere sine venia Patris Abbatis. ca. 2. *Dist. 4 Stat.*

*Instructio.* Non potest permutare redditus siue possessiones, vel concedere ad vitam homini, nisi ex consensu Patris Abbatis, & sanioris partis Conuentus. Cap. *Dist. 4. Stat.*

*Instructio.* Nulla bona Monasterij potest sub nomine annui redditus alienare, etsi cõuertat pretium in aliam possessionem vtiliorem, nisi de Patris Abbatis & Seniorum Monasterij consensu. *Cap. 5. Dist. 4. Stat.*

*Instructio.* Non potest redditus Monasterij anticipata solutione locare vltra annum, sine Generalis, vel Capituli Generalis licentia. *Cap. 5. Dist. 4. Statut.*

*Instructio.* Non potest impignorare, vel obligare bona vel redditus Monasterij, sine Generalis vel Patris Abbatis, vel Visitatoris, vel Capituli Generalis facultate expressa. *Ca. 5. Dist. 4. Stat.* Habetur etiam in Cap. Generali anno 1331. celebrato.

*Instructio.* Non potest sigillo Conuentus vti sine Seniorum consilio, nec mutuum contrahere. *Cap. 20. Dist 4. Statut.*

*Instructio.* Non potest debita contrahere sine Conuentu, nec contracta à prædecessore sine Conuentu, tenetur soluere, vt habetur in Bulla Innocentij tertij quam Ordini nostro concessit. Eius hæc sunt verba.

*Et quia plerumque Abbates in præiudicium Ecclesiarum suarum debita contrahunt ignorante Conuentu; Hoc de cætero fieri prohibemus. Decernimus ipsas Ecclesias ad illa debita, quæ solus Abbas absque Conuentu contraxerit, non teneri. Non valeat instrumentum super hoc confectum, quod duobus sigillis Abbatis scilicet, & Conuentus non fuerit communitum, nisi euidenter appareat debitum contractum per solum Abbatem de Consilio Fratrum quos habere poterit, in vtilitatem vel defensionem monasterij fuisse conuersum.*

Instructio

*Instructio.* Non potest magnam pecuniæ summam dono vel mutuo dare sine maturiorum consilio. In magnis enim & arduis, vt diximus, debet petere consensum Capituli, vel saltem Seniorum. *Comment. 3. de Regul. Nũ. 11.*

*Instructio.* Non potest donare Consanguineis nisi egenis, idque sine grauamine Monasterij. Habetur in Bulla Innocentij tertij in fauorem Ordinis nostri edita, his verbis.

*Interdicitur expreßè, ne quis Abbatum alicui Consanguineorum suorum non egeno, seu etiam pauperi in grauamen Ecclesiæ suæ mobilia vel immobilia Ecclesiæ suæ concedat. Qui verò contra præsumpserit, secundum quantitatem grauaminis per Patrem Abbatem, vel Generale Capitulum durius puniatur: Prioribus vel Officialibus, si talia eos commisisse constiterit, prout exegerit culpæ qualitas, per Abbates proprios grauiter puniendis.* Habetur eadem prohibitio & ijsdem verbis in Statutis nostris. *cap. 5. dist. 4.* & in Bulla initio Statutorum nostrorum posita.

*Instructio.* Potest solus Monasterij redditus impendere in necessarios & honestos vsus suos & suorum Religiosorum. 2. In necessarios & honestos vsus ornamentorum Ecclesiæ & fabricæ tam Templi quam Monasterij. 3. In sustentationem pauperum vel alios pios vsus; dummodo ad eos summa maximè notabilis non requiratur. In magnis enim & arduis debet consensum petere. *Nauar.* 4. In emptionem maiorum reddituum, ad augendum numerum Religiosorum in Monasterio alendorum. Tot enim sunt instituendi in Monasterijs Religiosi, quot possunt de *Comment. 3. de Regul. Nũ. 11.*

redditibus eorum ſuſtentari, iuxta Gloſſ. *Cap. cùm M.* *Ferrarienſis* Hinc colligitur eos non carere peccato, quibus multa ſuperſunt poſt honeſtam ſuſtentationem ſui & ſuorum, nec Religioſorum numerum augere curant. Nec refert quod aliqui menſam habeant ſeparatam. Non enim ſeparata fuit eorum menſa, vt eis fieret facultas impendendi, prout ſomniat animus, quæ ſupereſſent; ſed vt adueniente aliquo Prælato auaro vel prodigo, Religioſis neceſſaria non ſubtraherentur, vt colligitur ex Nauat. Porro Prælatus magis tenetur ea quæ ſuperfluunt impendere ad augendos redditus Monaſterij, quàm in alios pios vſus extraneos, niſi fortè deſit cauſa augendi numerum ſuorum Religioſorum. Obligatur enim magis ad procurandum Dei obſequium & animarum ſalutem in eo Monaſterio cui præeſt quàm in alieno.

*Commen. 3. de Regul. Nu. 10 & 17.*

*Inſtructio.* Non poteſt auarè retinere bona ſuę Eccleſiæ, & pecunias inutiliter & in fraudem pauperum congerere. *Neque enim* (vt ait D. Ambroſ.) *minus eſt criminis habenti tollere, quàm cùm poſſis & abundans ſis, indigentibus denegare. Eſurientium panis eſt, quem tu detines; nudorum indumentum eſt, quod tu recludis; & miſerorum receptio eſt, & abſolutio pecunia, quam tu in terra defodis. Tot te ergo ſcias inuadere bona, quantis poſsis præſtare quod velis.* Hæc Ambroſ. eleganter & verè Quis enim bona Monaſteriorum non ſciat bona eſſe Pauperum, & ſatiatis ijs qui in Monaſterijs Pauperes degunt, colligenda eſſe quæ ſuperauerint fragmenta, & pauperibus alijs diſtribuenda, ne pereant?

*Serm. 81. & citatur Diſt. 47. Can. Sicut hi.*

Specu-

## SPECVLVM XLIV

*In quo apparent actus Proprietatis, quos exercendo Religiosus, censetur Proprietarius & peccare contra votum Paupertatis.*

Extant ordinationes anni 1601. à Reuerendissimo Generali editæ in suis Relictis, extantque acta septuagesimi primi Capituli Generalis in Ordine nostro celebrati anno 1549. quo sequentes Proprietatis actus prohibentur damnanturque; vt patet ex Articulis eiusdem Capituli, quos vidi in Monasterio Belleuallis & ex relicto D. Iudoci Coquerel Ordinis nostri Vicarij Generalis, quod edidit in Lotharingia anno notato; prout annotauimus Specul. 16. Præludiorum posteriorum.

*Prima Instructio.* Religiosus simplex reuera est Proprietarius, peccatque mortaliter, quando sibi vsurpat, etiam ad edendum & bibendum, rem aliquam Monasterij sine bona Superioris sui venia, si res illa sufficit in Sæculari ad peccatum mortale in materia furti. Maior. Ariostis in Enchiridio, & Nauar. Quod etiam determinarunt Romæ magni quidam Theologi in eum finem circa annum 1592. congregati, Gregor. de Valent. *Et quidem* (inquit) *si res esset notabilis, adeo graue peccatum mortale id esset, vt qui in illo moriens, deprahensus sit, iubeatur in sterquilinio cum re sepeliri, ex Cap. Cum ad Monasterium, & alijs. Extra de Statu Monachorum*, & rationem affert, *quia eo ipso iam vsurparet rem independenter*

*Vsurpans sibi aliquid ad edendum vel bibendum est proprietarius*
*In 4. Sen. dist 38. q. 9.*

*à voluntate alterius, quam dominus*. Docuimus autem Mandato secundo, quę quantitas requiratur ad furtum mortale.

*Qui commutat res suas sine venia, est proprietarius.*

*3. par. Tit. 16. cap. 1. §. 11. Seu Comm. 1. de Regul.*

*Secunda Instructio*, Quando res sibi à Superiore in vsum facti donatas alienat, sine eius facultate, illas nimirum commutando, distrahendo, vendendo, donando. Antoninus. Nauar, in Can. *Non dicatis*. passim, Gregor. de Valent. *loco citat*. Ratio est, quia quasi dominus independenter à Superiore illa vtitur.

*Comm. ci. n. 8 l. Aliud. ff. de Reg. Iur. §. Refertur.*

*Tertia Instructio*. Quando conuertit in suum vsum particularem id quod est Fratribus commune, siue Prelati vel Officialis. *Aluarus lib. de planctu Ecclesiæ*. Et si enim bona Monasterij sint communia respectu omnium Religiosorum, non tamen singulorum. *Aliud enim est* (vt notat Nauar.) *vniuersitas, & aliud singuli de vniuersitate*. Gregor. de Valent. loco citat. ratio est, quia independenter veluti dominus rem sibi vsurpat.

*Quando Religiosus poßit dare elemosynam.*

*Num. 8. Num. 8. 2. 2. q. 32. art. 8. ad 1.*

*Quarta instructio*. Quando dat aliquid, etiam in eleemosynam sine licentia Superioris. Nauar. 3. de Regular. & 2. de Regul. vbi ait, quod *nullus Regularis simplex carens officio impendendi & administrandi, potest quicquam dispensare, etiam in pias causas, & eleemosynam sine Superioris assensu; etiamsi lex iubeat rem illam dari pauperibus*. quod etiam confirmat D. Thom. in hæc verba: *Regularis si habet dispensationem à Prælato commissam, potest eleemosynam facere de rebus Monasterij, prout sibi est commissum. Si vero non habet dispensationem, quia nihil proprium habet, tunc non potest facere eleemosynam, sine licentia Abbatis, vel expreßè habita, vel probabiliter præsumpta*. Ex qua licentia saltem

præsum

præſumta poſſunt Religioſi adhuc in peculio, Superiore conniuente, hærentes, facere eleemoſynam de ſuo peculio. *Nauar.* Poſſunt etiam ſtudioſi vel viatores tantam, quantam ſuæ qualitatis Sæculares dare ſolent. *Nauar. ibidem.* Imò vero quæcumque ſibi reliqua ſunt per parſimoniam, largiri poſſunt in eleemoſynam; dummodo quæ eis dantur in impenſas quotidianas, menſtruas vel annuas pro itinere faciendo. vel ſuſtentatione in ſtudijs, vel negotio aliquo agendo, dentur ea lege, vt nihil amplius teneatur Monaſterium eis dare, nec ipſi rationem de eis reddere. *Nauar. ibidem.* Poſſunt etiam Religioſi ſimplices extremè indigenti dare in eleemoſynam ſine vlla licentia. *Nauar.*

*An Religio viatores poſſint facere eleemoſynam. Comme 2. e Regul. nu. 1.*

*2. de Regular. Num. 28.*

*Quinta Inſtructio.* Quando turbatur, obmurmurat, vel conqueritur, Superiore ei aliquid tollente ex rebus conceſſis, vel vſurpatis. *Arioſtis & Aluarus ſupra.* Ratio autem cur in hoc Caſu peccet eſt, quia reuera tunc eſt affectu Proprietarius: vult enim ſibi vſurpare, & vindicare independenter à Superiore res illas, de quibus conqueritur, vel turbatur. *Nauar.*

*3. de Regular. Num. 28*

*Sexta inſtructio.* Quando celat Prælatum ſuum libros, pecuniam, veſtem, vel aliud, nō exiguum. Ioannes Andreas & Abbas *in Cap. ad Monaſterium. Extra de Statu Monachorum.* Syluest. *Verbo Religio 6.* Nauar. *loco citat.* Quēadmodum enim qui tacet verum, ſecundum Iura falſum committere videtur, ita qui celat Prælatum rem aliquam, illam eodem inuito retinere iudicatur. *Gregor. de Valent.* Cuius ratio eſt, quod talis eo ipſo indepen-

*Celans aliquid eſt proprietarius*

denter à Prælati voluntate vſurpat ſibi, quod celat.

*Septima Inſtructio.* Quando non eſt paratus quicquid habet, Prælato tradere. Maior, Nauar. & Antonin. ſuprà. Gregor. de Valent. *loco cita.* quia eo ipſo maximè independenter vtitur & vſurpat, imò impoſterum ſemper vult vſurpare res ſibi conceſſas independenter & quaſi dominus. Nauar. autem *Comment* 1. *de Regular.* peculium, quod quis habet ſine licentia prælati, & paratus non eſt repetenti tradere, appellat iniuſtum, quod etiã repetit *Comment. 2 de Regular.* vbi huiuſmodi Religioſum mortuum non eſſe in loco Sacro ſepeliendum aſſerit, cum Maiore & Alexandro.

*Num. 15.*

*Num. 21.*

*Octaua inſtructio.* Quando habet aliquid proprium, vel tanquam proprium ex licentia quidem ſui Superioris, ſed tamen ſine iuſta cauſa conceſſa, quam ſibi deeſſe non ignorat. Exempli cauſa, ſi Religioſus ignarus lyræ, habeat lyram, vel habeat libros, quibus nullo modo vtitur. Nauar. *in Can. Non dicatis.* ſeu Comment. *2. de Regular. num. 21.* & in Can. *nullam.* ſeu Com. *3. num. 28.* neque talis licentia diſpenſatio dici poteſt, ſed potiùs diſſipatio. Non enim diſpenſatiò ſine iuſta cauſa valet, vt docent Theologi, & Gloſſ. *in Cap. non voti &c.*

*Diſpenſatio data ſine legitima cauſa non valet. Extra. De voto, & voti redemptione.*

*Nona Inſtructio.* Quando reſiſtit reformatori volenti illam pecuniæ ſummam, quæ quotannis pro Veſtiario traditur vnicuique, tollere, & vitam communem reſtituere. Sunt enim in malo ſtatu tam Prælati, quam Subditi (vt in Belgicis, Germanicis ac

*Reſiſtens reformatori volenti peculiũ tollere, eſt in ſtatu damnationis.*

Bohemi-

Bohemicis suis Ordinationibus anno 160'. docuit Reuerendissimus Generalis) per quos stat, quò minus omnes in Monasterio vitam communem agant. ita Siluester & Archidiaconus ab eo citatus, *Verbo Religio. 6. num. 7.* quod luce meridiana clarius est, ex Cap. cit. *de Statu Monachorum* & ex Concil. Trident. & ex Gregor. de Valent. Idem habet Nauar. ex professo docens Canonicos Regulares viuentes per portiones certas in statu damnationis viuere, si reluctentur reformationi legitimæ, & legitima authoritate faciendæ. Antedictam tamen reformationem non videntur culpam mortalem incurrere Religiosi, si certum quid quotannis recipiant ad vestes, & alia necessaria sibi comparanda; modò approbante Superiore (qui hunc viuendi modum approbans peccat mortaliter, si aliter potest illis prouidere) id agant, neque accepta expendant in alios vsus, quàm sibi necessarios. Nauar. ibidem, cum multis alijs, quos citat Maior loco sæpius cit. Ita etiam Reuerendissimus Generalis in Ordinationibus citatis. Imò verò etiam addiderim cum Doctoribus passim, Religiosum posse sibi reseruare aliquam honestam pecuniarum summam, ad futuras necessitates, & quærere sibi necessaria ab amicis, parentibus, & alijs, quando non ei sufficienter prouidetur de bonis communibus Monasterij, prout etiam ego in Monasterijs Commendatis nonnunquam cogor permittere. Gregor. de Valent. loco citat. vbi ait sic debere Concil. Trident. citatum intelligi; cum liceat vnicuique iure naturali sibi prouidere, posito quod non prouideatur.

*Sess. 25. de Regul. cap. 2.*

*In 2. 2. Disp. 10 q. 4. punc. 3.*

*Commen. de Reg. nu. 28. & 31.*

*Franciscus à Longo Prato.*

Decima

*Extra de Statu Monachorum.*

*Decima instructio.* Quando peculium habet etiam Prælato permittente, de quo ad libitum disponere possit: *Cap. Monachi. & Cap. Monasterium.* Hoc enim induit & præ se fert quandam rationem dominij, cui renunciarunt Regulares. In hoc enim Casu expendit peculium sibi traditum sine dependentia à Prælato, & velut dominus. Gregorius. de Valent. *citi. loco.*

*Religiosus nō debet vti veste pretiosa.*

*Comm. 4. de Regul. nu. 27.*

*Vndecima instructio.* Quando vtitur veste pretiosa etiam ex consensu Prælati. *De Statu monachor.* Clement. 1. vbi teste Nauar. damnatur exquisitus ornatus, aut cultus in vestibus, nec non in cibis, potibus, equitaturis, & lectisternijs, ni grauis aliqua causa subsit. Azor. lib. 12.

*Duodecima instructio.* Quando opponit se Prelato visitanti cubiculum suum, vel reuoluenti supellectilem suam, vel tollenti res sibi prius concessas, vel à se vsurpatas. *Ariastus in Enchiridio.* Sic etiam Reuerendissimus in suis Relictorum ordinationibus citatis. Ratio est, quia eo ipso iam vsurpat independenter à voluntate Prelati quasi dominus, quod illi ad solum vsum facti erat concessum.

*Religiosus debet vti pecunia sua cum recursu ad Superiorem.*

*Decima tertia Instructio.* Quando res sibi à Superiore traditas sic expendit, vt nullum habeat ad Superiorem recursum. Res enim sibi commissas ad vsum à Prælato, sic debet cōseruare Religiosus, vt non possit (exempli causa) pecuniam sibi quotannis concessam expendere, nisi cum negatur ad Superiorem recursus; Alioqui peccabit mortaliter, *ex Maiore.* Et hoc est, quod etiam docuit septuagesimum primum Capitulum Generale nostri Ordinis,

*In 4. Sēt. Di. 38. q. 9 & 10.*

uando indixit & præcepit, ne quis pecunia bi annuatim concessa, in aliquo vteretur, si e Superioris licentia. Exempli gratia, etsi eligiosus habet pecunias, non potest vocare rtorem, vel iubere sibi vestem confici, ni recurrat ad Superiorem, qui hac in re facultatem largiatur. & ratio est; quia eo ipso videtur iam illud independenter à voluntate rælati quasi dominus vsurpare.

Decimaquarta Instructio. Quando donum liquod sibi factum seruat, & detinet, sine faultate Superioris: quod tamen intelligenum est, si donum sit tanti pretij, vt sufficiens t, si surriperetur, ad constituendum peccaum mortale. Nam si non sit sufficiens, Religiosus detinens committet quidem peccatum roprietaris, sed non mortale. Maior. Greg. e Valent. *ratio*, inquit Gregor. *est*, *quia eo so iam vsurparet rem independenter à volunta alterius, quasi dominus*. Ita enim Reuerenissimus Generalis in suis supradictis Ordinationibus Germanicis, Bohemicis, & Belcis.

*Detinens donum sine facultate.*

*Locis citatis.*

Decimaquinta Instructio. Quando concessam bi pro vestibus & alijs necessariis pensionem, insumit in comessationibus, compotaonibus, & huiusmodi, quia reuera talis aliet res sibi commissas sine rationabili voluntate Superioris. *Nauar.*

*Insumens vestiarium suũ in comessationibus.*

*Comment. 3. de Regular. nu. 28.*

Decimasexta instructio. Quando testamenm condit sine Summi Pontificis venia ex essa. Religiosus enim ex se siue simplex si Prælatus testari non potest, etiam ob pias usas. *Authentica* Ingressi. *Canone Quia ingre entibus, & Canon. Si qua mulier & ratio* est,

quia

quia nihil habet, & non est sui iuris, & neque velle habet, aut nolle, vt Nauar. ait. Dixi, sine expressa Summi Pontificis venia; primò, quia quicquid aliqui contrarium dixerint, mihi certum est cum Nauar. Couarru. & Molin. id concedi posse, non solum validè sed etiam licitè, modò interueniat aliqua rationabilis causa. Secundò, quia nullus alius à Pontifice ne quidé Generalis Abbas potest Religioso facere facultatem testandi. Nauar. *vbi sup.* & rationem affert, quia Religiosus testans præiudicat Iuri publico, & voto Paupertatis, super quo alius à Papa dispensare nequit. Azor loco cita. dicẽs, Testamentum esse ius & facultatem, qua Testator declarat, quid post obitum de suis bonis fieri velit, ac propterea cum non possit Abbas illud ius conferre, non posse eum facultaté testamenti condendi facere; sed tantummodo Papam, qui potest iustis & magnis de causis Paupertatis votum relaxare. Abbas enim non potest permittere subdito, quod ipse pręstare non potest, quia non potest dare quod non habet. Quare decipiuntur ij Ordinum Præfecti, qui potestatem testandi Abbatibus facere consueuerũt, & Abbates suis Religiosis. Decipiuntur (inquã) imò potius suos decipiũt. quia in Proprietate mori permittunt. Non est tamẽ damnabile, si aliquis Religiosus in ægritudine conficiat memoriale quoddam, quo significet desiderium suum dandi aliquid parentibus vel seruis: dummodo id non præstet ea mẽte, vt memoriale illud habeat vim obligatoriæ dispositionis, sed tantũ precatoriæ. Nec peccat Superior adimplendo hoc memoriale preca[illegible] quia id quod facit non acquirit vires

*Prælatus & Religiosus non possunt testari sine Papæ venia.*

*Comm.1. de Regul.nu. 44 Comm cit.nu. 57. & in Apol q.3.monit. 11. ca. de Test.n. 5.*

*Tract.2 de Iu. disp. 141 Cap. cum ad Monasteriũ § final. Extra. de Statu Monachorum.*

*Ca. Quod autem. de Iure Patronatus. L Si vniuersa c. de legat. Nauar.*

ex illa

ex illa petitione, vel spe, quam illi ægroto Religioso potuit dare, sed ex mera sua liberalitate; ex qua merè pendet largitio illorum bonorum, & quam mere liberaliter in petitos vsus, cum possit in alios pios vel suos proprios, conuertit. Ita Nauar. *loco cit.* *Commen. 2. d. Reg. nu. 23.*

*Decimaseptima Instructio.* Quando retinet superflua statui suo, etiam ex facultate Superioris sui. Syluest. Nauar. Gregor. de Valent. & ratio est, quia nulla huiusce superfluitatis concedendæ iusta causa assignari potest. Ita etiam Reuerendissimus Generalis supra. *Verbo Reli. 6 nu 7. Com. 3. De Reg. n. 28. in 2. 2. Dispu. 10. q. 4 pun. 3.*

*Decimaoctaua Instruct.o.* Sed de Monasteriorum Officialibus (vt vocant) quibus videlicet varia cura ministerium creditum est, putà, Quæstura seu Procuratio, Sacristia, Vestiarium, quid iuris? Docet id nostri sæcul peritissimus Canonum interpres Nauar. vbi etiam docet quam Religiosus emens aliquid intentionem habere, & quomodo interroganti respondere debeat. Iuuerit etiam hac de re Religiosi instituti peritissimum beatũ Antoninum Archiepiscopum Florent. consulere. Certe ille secutus magistrum suum Ioannem Dominici Cardinalem, deplorat abusum Monachorum, qui constituti à suis Conuentibus Procuratores, vel Syndici, vendunt, donant, cõmutant, dissipantque, non absque licentia se id actitare mentientes; cum nec ipsi Prælati possint donare, vel distrahere bona Monasterij. Quid igitur incumbit Officialibus istis? Res sibi commissas (aiunt Doctores isti) diligẽter tutari à furibus, à tineis, & cæteris incõmodis, quoad fas est immunes seruare. Vnicuiq; vero Fratrũ simpliciter ex Regulę pręscripto

*Quando Officiales Monasterii cõmittant proprietatem. Comm. 1. de Regul. nu. 3. 3. & 34. 3. par Tit. 16. ca. 1. §. 11.*

vel

*Officiales Monasteriorum non debent accipere stipendium.*

vel ordinatione Prælati distribuere. Denique vt sanctæ commmnitatis vsibus dicatis fideliter tractare. Obijcies fortè, nunquid non Oeconomo laboris ac industriç multç, quam adhibet, intuitu, aliquid amplius quàm reliquis concedendum? hoc est in quo criminis plurimum esse sacri illi Doctores clamant, vt Religiosi mercedem quandam ex ijs operibus quęrant, quibus ex obligatione perfunguntur: quandoquidem per professionis nexum ne sibi quidem voluntatem reliquam fecerint, quæ non in iugi Superiorum arbitrio esse debeat. Can. *Non dicatis.*

*12. q. 1*

*Decima Nona Instructio.* Quando semel in anno non conficit Catalogum bonorum sibi commissorum, & debitorum tam actiuorum quàm passiuorum. Tales enim reputat Capitulum Generale celebratum Pręmonstrati anno 1577. Proprietarios, & in sterquilinio iuxta Caput. *Monachi.* sepeliendos. Hinc est quòd Reuerendissimus Generalis modernus soleat hunc Articulum suis Relictis inserere.

*Capitulum Generale.*

*Extra De Statu Monachorum.*

*Omnes tam Claustrales, quàm Parochialium Ecclesiarium Rectores supellectilis suæ ac debitorum actiuorum & passiuorum Catalogum quotannis conficiant; & Superiori suo si Claustrales sint, die nouis sancta; si vero Rectores Ecclesiarum Parochialium, inter Pascha & Pentecosten tradant. In quo si quis rebellis repertus fuerit, tanquam Proprietarius puniatur, & in hac proprietate è viuis excedens, consuetis Orationum suffragijs priuetur. nec inter Fratres, iuxta determinationem Consilij Lateranensis, accipiat sepulturam.* Similem ordinationem antea ediderat Capitulum Generale anno 1575. *art. 24.*

*Vicesima Instructio.* Sed quid iuris de Parochialium Ecclesiarum Rectoribus; In hac instructione animus mihi est non solum describere ea, ad quę tenentur parochi ratione voti Paupertatis, sed etiam Obedientiæ. Inprimis igitur debent quotannis Catalogum illum conficere sub pœna Proprietario debita. Secundò, etsi non teneantur ex Nauar. dare ea, quæ sibi supersunt ex victu & vestitu, Monasterio; sed possint in pios vsus erogare, tamen non possunt sine licentia Prælati, ita sibi commissis bonis & redditibus sui beneficij vti, vt parentibus, vel amicis pro libito tribuant; nisi causa eleemosynæ & remunerationis. Et ne prætendant eleemosynam & remunerationem vbi locum habere non possunt, sicque Paupertatis votum infringant, Reuerendissimus Generalis hunc condidit Articulum in suis Relictis Germanicis & Bohemicis anno 1601. *Caueant Ecclesiarum Parochialium Rectores bonis sibi commissis vti tanquam suis, eaque Parentibus vel amicis sine bona D. Abbatis venia, impertiri; idque ne voti Paupertatis violatores existant.* Quod tamen intelligendum est de magna aliqua quātitate, non de parua.

*Parochi debent quotannis suorum bonorum Inuentarium Prælato tradere.*

*Lib. 3. Consil. Tit. de Regul. Consil. 70. num. 2.*

*Parochi quando possint sua bona largiri.*

*Franciscus à Longo Prato.*

Tertiò, si sunt Beneficiarij regulares certum est eos, quod quærunt, quęrere Ordini, & illi Monasterio, cuius sunt beneficiati, non Ecclesiæ cui prę sunt. Nimirum qui Canonici Præmonstratenses Parochię alicui designati, præterquam quòd sunt à Prælatis suis amouibiles, & in omnibus (excepta Sacramentorum & verbi Dei administratione) eorum correctioni subditi, sunt adhuc Pręlatis suis ita subiecti, vt in portione sua beneficiaria ab eis pēdeant

*Beneficiarij Regula[illegible] quod [illegible] Monast[illegible]io.*

adeo vt possint Prælati, ex Visitatoris decreto, annuam portionem, quam habent Beneficiarij resecare, & superflua Monasterio applicare vt patet ex Capitulo Generali 1231. Cuius hac de re Decretum reperi in Monasterio Osterhouien. in peruetusto codice pergamenio, quã mihi D. Vogiius eiusdem Monasterij dignus Antistes dono dedit anno 1601. Cuius Decreti tenor hic est.

*Decretum Capituli Generalis.*

*Statutum est etiam & præceptum, vt Visitatores Ordinis, cùm ad Ecclesias visitandas accesserint, de quantitate prouentuum Ecclesiarum Parochialium diligenter inquirant, & assignata dictis Presbyteris Parochialibus cõgrua portione, secundum loci & patriæ exigentiam, residuum Prælatis suis assignent in Ecclesiarum suarum commodum reuertendum. Quòd si aliqui eorum coram aliquo Iudice, qui non sit de Ordine nostro, super hoc quærimoniam deposuerint, aut quæstionem moue rint, ipso facto Excommunicationis sententiam incurrant.* Idem habetur Cap 9. Dist 4. Statutor. Est etiam aliud Decretum eiusdem Capituli Generalis ex quo id colligitur. Eius verba sunt. *Statuimus vt Canonici siue Conuersi in Parochijs, vel in Grangijs commorantes, si aliquod debitum ibidem contraxerint in præiudicium Ecclesiæ, per decennium emittantur; & quamdiu manet debitum, ad Ecclesiam propriam minimè reuertantur: Et si enormis fuerit iactura debiti, carceribus mancipentur.* Si verò sunt Beneficiati Seculares, etiam quærunt illi Monasterio, cuius sunt professi. Etsi enim de quorumdam sententia Regulares obtinentes Beneficia Secularia, quærant suo Beneficio, vel illi Ecclesiæ cuius sunt beneficiati, tamẽ cõsuetudo Ordinis

*Regulares in Beneficiis Secularibus acquirunt Monasterio.*

obtinuit

obtinuit, vt Religiosi nostri Ordinis Beneficia Secularia habentes, Monasterio suo quærant; vnde etiam coguntur quotannis non minus quàm beneficiati Regulares Catalogum suorum bonorum Prælato proprio tradere, ex Ordinis nostri antiqua praxi: nec desinunt esse ciues & Subiecti nostri Ordinis, sed pro talibus semper habentur, & se Superioribus, vt tales, repræsentare, semel saltem in anno solẽt; quod aliqui dicũt esse præter ius cõmune.

Quartò. Non possunt domum vel agrum à se acquisitum sine Prælati consensu alienare. Hæc est etiam praxis nostri Ordinis, quam, licet ex quorumdam sententia iuri communi contrariam, conseruare debemus, tanquam Paupertati, & Obedientiæ Monasticæ maximè cõsonam. Fundatur etiam hæc praxis sicut & Superior super computum illud, quod Beneficiatus nostri Ordinis tenetur quotannis reddere. Nisi enim subesset quoad illa bona Prælato suo, non cogeretur ad reddendam illorum bonorum rationem semel in anno. Computum autem illud originem habet à Statutis nostris, & confirmatur per Capitulum Generale anni 1577. Cuius Articulus quintus sic habet. *Capitulum inhærendo priuilegiis & Statutis Ordinis, & iuri communi & diffinitionibus antiquis Capituli Generalis, ordinat vt Religiosi Beneficiati teneantur se præsentare, & comparere quolibet anno, coram proprio Abbate aut Præposito; vel propter absentiam Priori Claustrali aliquo die hebdomadæ (Lætare) ante Pascha, ad integrè confitendum peccata proprio Sacerdoti; & ad computũ reddendum de omnibus fructibus suorũ Beneficiorũ, seu administratione,*

*Parochi non possunt agrum à se emptum alienare.*

*Capitulum Generale.*

 *prout*

*prout in Statutis continetur, & omnium rerū, quæ eis debentur, & quas debent*. Fundatur etiā super priuilegium a Summis Pontificibus concessum, quo Regularis ben fi i tus subest correctione Prælati sui in omnibus; exceptis ijs, quę ad Verbum Dei & Sacramenta pertinent. Ex quo sequitur eum quoad bonorum administrationem, eiusdem correctioni subesse; quandoquidem bonorum administratio, neque Verbum Dei neque Sacramenta respicit: vt etiam definiuit Capitulum Generale anno 1575. respondens ad Articulos propositos ab Abbatibus Belgij, per D. Oliuerium Abbatem de Castello Mauritaniæ, & aliquod annis antea videlicet anno 1549. Capitulum Generale teste D. Iudoco Coquerel Vicario Generali, in suo Relicto Lotharingiæ, cuius hæc sunt verba. *Ab hoc non eximitur Beneficiatus, quin ad minus semel in anno de conscientia sub pæna Excommunicationis; de administratione verò Templi, sub pœna Proprietarii proprio Pastori integram reddere teneatur rationem.*

*Oliuerius.*

*Iodocus Coquerel.*

*Parochi debēt redire ad Monasterium ad nutū Prælati. Ioann. Lucius*

Quintò debent redire ad Monasterium & Parochiæ renunciare, quotiescumque Pręlatus iudicat id expedire, vt patet ex priuilegio Prælatis Ordinis nostri concesso per Iulium secundum, quod vidi in Hannonia anno 1601. in insigni Monasterio Bonę Spei nostri Ordinis ope D. Ioannis Luci, eiusdem Monasterij Abbatis longè dignissimi. Cuius priuilegij pars hæc est *Vestris supplicationibus inclinati, permittimus quòd de cætero perpetuis temporibus, Abbates Priores, & alij Prælati huiusmodi, quoties eis videbitur, Canonicos præfatos à suis Ecclesiis, Vicariis & Capellis mouere, & ad sua Monasteria,*

*Prioratus & locis reuocare; & loco illorum sic amotorum alios Canonicos idoneos dictorum Monasteriorum, Prioratuum & locorum ad eorum nutum amouibiles ad Ecclesiarum, Vicariarum, Capellarum & locorum eorumdem, vt illis in Diuinis deseruiatur, & animarũ cura in eis, quibus illa immineat exerceatur, deputare liberè & licitè valeant. Qui sic deputati & alij pro tẽpore amoti præfatis Abbatibus, Prioribus, & Præfatis suis respectiuè obedire teneãtur, nec ab ipsorũ Abbatum, Priorum, & Prælatorũ obedientia etiam prætextu quorũcumque priuilegiorũ & indultorũ Apostolicorũ eis & dicto Ordini concessorum discedere vllatenus poßint vel debeant: quinimo ipsis Abbatibus, Prioribus, Prælatis subiecti sint & esse censeantur.* Et ex cap. 22. *Dist. 4 Statut. nostrorum*; super quod etiam priuilegium fundatur praxis Ordinis nostri, de qua paulo superius. Neque possunt agere de spolio contra Abbatem suum, quãdo spoliat Beneficio; quia omnia Beneficia Ordinis nostri sunt manualia; sunt enim ita perpetua & ad vitã data, vt Beneficiarij sint ad nutum; hoc est, prout expedire videbitur Abbati, amouibiles. *Nauar.* Reperi etiam priuilegium Alexandri tertij de hac re in Monasterio Osterhouiensi, in vetustissimo codice prædicto. Tenor priuilegij hic est.

*Beneficia Ordinis nostri sunt manualia 2. de Ragular. Num. 65.*

*Alexander Episcopus seruus seruorum* Dei *Venerandis Fratribus Archiepiscopis, ad quos litteræ istæ peruenerint, salutem & Apostolicam Benedictionem. Dilecti Filij Abbas Præmonstratensis, & alij Abbates sui Ordinis coram nobis exponere curauerunt, quod cum Canonici eiusdem Ordinis commorantes in Parochialibus Ecclesijs*

*ad eos spectantibus aliquo casu delinquunt. ita quòd expediret eos ad Claustrum suum receptu-ros disciplinam : Ordinis reuocari; quidam vestrum indignum fauorem impendentes eisdem, ipsos retinere conantur in locis, in quibus nequeunt absque scandalo & Ecclesiarum ipsarum dispendio commorari. Ad hæc cùm in eorum aliquos propter suos excessus Excommunicationis sententiam promulgatis, relaxare non vultis eandem, nisi pecuniaria pœna præcedente. Idèoque vniuersitatem vestram ad instar bonæ memoriæ Honorij Papæ prædecessoris nostri rogandam duximus, & monendam; per Apostolica vobis scripta mandantes, quatenus cum dicti, Abbates tales ad Claustrum propter scandalum, & Ecclesiarum dispendium euitandum, seu etiam pro disciplina Monastica circa delinquentes huiusmodi exercenda duxerint reuocandos, non obsistatis eisdem, nec illis fauorem indebitum impendatis; sed instituentes, prout ad vos pertinet, in ipsis Ecclesiis alios vobis præsentatos ab ipsis, delinquentes reuocari ad Claustrum liberè permittatis, disciplinam Ordinis recepturos, ne aliter faciendo tribuatis eis audaciam detrectandi Obedientiæ iugum & ipsorum Abbatum potestatem quodāmodo eneruetis. Illud autem districtius inhibemus, ne pro relaxandis Excommunicationis sententiis promulgatis in ipsos, pœnam pecuniariam exigatis; cùm nec habeant proprium, nec illorum culpa debeat in Ecclesiæ dispendium redundare. Datum Anagniæ 4. Nonas Nouembris, Pontificatus nostri anno secundo.* Ex huius priuilegij tenore patet etiam non pos-

*Episcopi vel Officiales non possūt exigerē à Parochis nostri Ordinis pecuniam.*

*Parochus non potest vtibo*

se Parochum suis bonis vti ad libitum, & bona illa esse Monasterij neque posse Episcopos ab illis pœnam Pecuniariam exigere, ipsosque Parochos Obedientiæ iugo non minus, quàm Claustrales subesse debere. Huic priuilegio conforme est Capitulum Generale anno 1320. celebratum, in quo præcipitur, vt Parochi parochias suas resignent ad mandatum Prælatorum suorum sub pœna carceris tam diu subeunda, quamdiu parere noluerint.

*nis suis ad libitum.*
*capitulum Generale.*

Neque solum tenentur renunciare Parochiæ ad præceptum Prælati ratione delictorum commissorum, sed etiam ratione maioris vtilitatis Monasterij, etsi nullo modo delinquerint, vt videre est in Articulo 24. Capituli Generalis in Ordine nostro celebrati anno 1322. Cuius hæc sunt verba depromta ex prædicto codice pergameneo *Illicitos atque temerarios ausus Canonicorum nostri Ordinis, qui per Prælatos suos ad Curas Parochiales regendas, secundum formam priuilegiorum Diœcesanis præsentantur, ipsas resignare nolunt ad suorum præceptum Prælatorum, licet quandoque pro scandalo, nonnunquam pro maiori vtilitate Ecclesiæ sint reuocandi, sed Diœcesanis aut suis Officialibus ac bonis suarum Parochiarum, de quibus Prælatis suis respondere tenentur, largiuntur, vt ipsos in sua rebellione foueant, & defendant in graue damnum & scandalum Ordinis & suarum periculum animarum, reprimere volentes, Statuimus omnes & singulos Canonicos nostri Ordinis, qui Parochiales Ecclesias, quas tenent in præsenti, aut in futuro tenebunt, resignare noluerint ad suorum mandatum seu præceptum*

*Parochi tenentur redire ad Claustrum quando id vtilitas Monasterii requirit.*
*Capitulum Generale.*

 *Præla-*

*Prælatorum, primò, secundò. & tertiò competenter requisiti, si per tres dies in rebellione persistant, Excommunicationis sententiam incurrisse, quam sententiam si per decem sustinuerint, aut si sic ligati immiscuerint se Diuinis, per Secularem potestatem, si opus fuerit decernimus capiendos, & in carcerem detrudendos, ibidem secundum quantitatem delicti damni, & scandali, plus vel minus puniendos. Quòd si reperti fuerint de bonis Parochiarum suarum quas tenent vel tenebunt, absque licentia Prælatorum suorum ad loca seu personas quæ non sint de Ecclesia, vnde sint Canonici ad valorem viginti solitorum sterlingorum fraudulenter asportasse, pœna, furti puniantur. Illi vero Canonici qui ad Curas regendas à Prælatis suis electi fuerint Diœcesanis præsentandi, si eas contumaciter & proteruè recipere recusauerint, voce careant & Obedientia nominata, & quandiu in rebellione tali persliterint, vbique vltimi in sedibus omnium habeantur. Qui autem officium siue Obedientiam sibi à Prælato suo iniunctam acceptare, vel acceptam inuito Prælato suo, proprio motu dimittere præsumserint, pœna simili puniantur.* Ex cuius ordinationis verbis satis etiam colligitur, bona Parochorum esse Monasteriorum, cuius sunt Canonici; nec posse eos ea ad libitum expendere; quandoquidem ij damnatur qui ea Officialibus ad sui tuitionem impertiuntur; & dicitur ibidem quòd de illis bonis debent Prælatis suis respondere. Ex eiusdem ordinationis verbis colligitur etiam apertissimè potestas Prelatorum ad reuocandos

*Bona Parrochorum sunt Monasteriorum.*

dos

dos Parachos.

Sextò. Non possunt bona aliqua Monasterij ad Firmam (vt aiunt) accipere sine Prælati sui facultate, & aliquando sine ipsius Generalis expressa venia, quia nonnullis Monasterijs Reuerendissimus Generalis defunctus D. Ioannes ad Pruetis vir & moribus, & litteris cõspicuus prohibuit, vt est in illustrissimo sancti Pauli Virdunensis Monasterio, anno 1578. Cuius prohibitionem iuuerit fortè subijcere. *Cùm Proprietatis crimen debeat quàm longissimè à viris Religiosis relegari, ideo in virtute salutaris Obedientiæ, & sub pœnis in Statutis nostris & sacris Canonibus contentis districtè præcipimus omnibus & singulis dicti Monasterij Religiosis, tàm Claustralibus, quam Ecclesiarum parochialium Pastoribus, ne aliquid quodcumque sit, ad Firmã, siue sub annuo censu proprio nomine accipiãt vel acceptũ retineant sed tantũ sub nomine totius Conuentus. Et quia relatum nobis est Fratrem Sebastianum Missart Pastorem Ecclesiæ Parochialis de Meugiennes, decimas dictæ Ecclesiæ ad Monasterium pertinentes sub annuo censu proprio nomine retinere, præcipimus vt de cætero sub solo Conuentus nomine eas recipiat, & eidem Couentui rationem receptarum prædictarum decimarum fideliter reddat, alioqui tanquàm Proprietarius castigandus per priorem.* Hæc ordinatio habet originem à Capitulo Generali celebrato anno 1527. Cuius Articulus decimus quintus sic habet. *Capitulum inhibet omnibus Prælatis Ordinis, ne de cætero domus, curtes, decimas, seu quæcunque alia bona suorum Mo-*

*Parochi in possunt decimas vel quid aliud Monasterij ad Firmam accipere.*

*Capitulum Generale.*

*nasteriorum suis Religiosis sub annuo censu conducant, & hoc ad vitandum vitium Propretatis, Alias ipsam locationem ipso facto decernimus irritam & inanem. literis, permissionibus, obligationibus, iuramentis in contrarium factis seu faciendis non obstantibus. Tenore insuper præsentium omnes locationes sic antehac contra Statutorum & iuris communis decisionem seu dispositionẽ factas reuocando, & contrauenietes per Censuras Ordinis p proprios prælatos si opus fuerit cõpescẽdo.*

Parochi non possunt lites intendere cõtra Abbates

Septimò. Non possunt lites contra Abbates suos Regulares intendere, sine expressa Abbatis Generalis licentia, vt habetur in Articulo quinto Capituli Generalis anno 1579. celebrati in Mónasterio Laudunensi. Cuius hæc sunt verba. *Capitulum prospiciens multorum Religiosorum Pastorum insolentiam, & inobedientiam, qui sibi omne ius & proprietatem decimarum, & aliorum redditunm in Beneficiis vendicant, neglectis proprijs Patribus & domibus, nec verentur lites intentare contra domos proprias in scandalum Ordinis, & priuilegiorum, ac Statutorum subuersionem, Capitulum inprimis declarat omnia Beneficia, etsi Pastores ab Episcopis instituantur, esse de mensa Abbatis & Conuentus, ne videamur habere proprium contra votum, & declarat, prout sæpe declaratum est, omnes Pastores seu Priores, aut Capellanos, aut alios Officiarios esse reuocabiles occasione occurrente per Abbatem Religiosum, inhibetque omnibus Religiosis, ne lites intentent nisi de consensu Abbatis Quod si eorum portio non sit sufficiens, conquerentur coram Visitatore enumeratis veraciter fructibus.*

Religiosi no Iri Ordinis possũ cogi ad benefi cium.

Octauo. Possunt cogi ad suscipiendum Beneficium Regulare sui Monasteri

sterij . quia Regularis debet [illegible] parere Prælato in omnibus ad Regulam & Monasterium pertinentibus. *D. Thom & Nauar.*

Nonò Non possunt in extrema ægritudine, sua bona (etiam inter viuos) donare, nisi in seruitij præstiti aliquantam compensationem, vt patet ex Articulo 18. Capituli Generalis celebrati in Monasterio Præmonstratensi anno 1577. Cuius articuli tenor hic est. *Ad aures Capituli peruenit Fratrem Petrum de Launoy Religiosum Veromandensem Curatum sancti Remigij de Pontbreu diē clausisse, non sine suspicione Proprietatis; Capitulum mandat Fratri Toussano Clauet Præmonstratensi Curato de Donchy, vt percontetur, etiam interposito iuramento, de bonis dicti, cui dederit, vel quis acceperit. Quod si Proprietarius mortuus fuerit, vult Capitulum, vt corpus eius effodiatur & in sterquilinio sepeliatur. Mandantes omnibus nobis subditis, vt si bona eius habeant, reddant proprio Abbati.*

*2.2.q.104, ar 5 4. de Regul, Num. 23.*

*Parochi non possunt in extrema ægritudine sua donare.*

*Capitulum Generale.*

Decimo. Non possunt inconsultis suis Abbatibus resignare, vt patet ex eodem Capitulo in Art. 16. Cuius tenor subijciēdus etiā videtur. *In sequēdo Statuta & Priuilegia inhibet omnibus Beneficiatis, ne incōsultis propriis Abbatibus resignēt sub pœna priuationis Beneficij, Stalli, & omnium honorū, & tales resignationes vel permutationes nullas esse declarat.*

*Parochi non possunt sine venia resignare, Capitulum Generale.*

*Parochi tenentur ad abstinētias Regulares*

Vndecimo. Tenētur etiā ad ieiunia Regularia, videlicet ad ieiunia Aduentus, dierū Veneris & Vigiliarū, sacrosancti Sacramēti, & B. Virginis nec nō ad ieiunia Rogationū, vt patet ex Bulla Honorij, quā edidit de exēptione Ordinis nostri, & quā ego in supradicto libro pergamenio reperi; vbi etiā expressè prohibet, ne personæ etiā seculari carnes porrigātur in curtib. & in

Constitutio ... hæc promit... *In grangiis vero seu Parochialibus Ecclesiis seu commorantibus sub pœna grauioris culpæ quadraginta dierum inhibetur, ne carnibus vescantur.* Quod etsi intelligendum sit de tempore, quo nunquam comedebãtur carnes in Ordine nostro, tamen hinc sumitur argumentum, quod nunc à fortiori, tempore Aduentus, Septuagesimę, dierum Mercurij, & aliorum nonnullorum ab Ordine prçscriptorum, non liceat in Parochialibus Ecclesijs carnes comedere; quandoquidem ijs temporibus in Monasterio comedi non debent. Quod autem Parochos ad huiusmodi abstinentias & ieiunia obligari credam, facit Bulla Pontificia in Statutorum nostrorum fronte posita, in qua esus carnium diebus Mercurij & Septuagesimæ omnibus Ordinis nostri professoribus ita interdicitur, & ieiuniũ diebus Veneris & Aduentus omnibus itidem ita prçscribitur, vt etiam ipsi Capitulo Generali substrahatur potestas in ijs dispensandi. Imò vero vbi Religiosi tenentur ad lanea, ipsi etiam tenentur, vt clarum est ex cap. 13. eiusdem Dist.

Duodecimò. Non possunt exire de Parochijs suis sine necessitate Parochiarum manifesta, nec alimentum sumere in domibus Secularium, si non distant vna leuca à Parochiã, nisi euidenti necessitate occurrente, vt videre est in Cap. 4. Dist. *3. Stat. ar. 2. & 3.*

Decimotertio. Tenentur semel (vt minimum) in anno in Monasterium accedere, peccatorum suorum confitendorum ergo, vt videre est in Capitulo Generali anni 1577. Hoc Decretum conditum etiam fuerat à Capitulo

Genera

Generali anni 1549. vt testatur in suo Relicto D. Iodocus Coquerel Vicarius Generalis, quod edidit eodem anno in Lotharingia. Non tenentur tamen nunc post Constitutionem Clementis Octaui, peccata sua Prælato aperire, nisi habeant Casus reseruatos, sed solum illi, quem huic officio Prælatus expressè prę fecerit. Casus autem Prælatis reseruatos numerauimus Speculo 4. Præludorū posteriorū.

*Iudocus Coquerel.*

Decimoquarto. Possunt cogi ad recipiendos socios Religiosos in suis Parochijs, vt patet ex Bulla citata Honorij tertij, vbi hæc verba habentur. *Parochialibus autem Ecclesijs, quas habetis liceat vobis quatuor aut tres de Canonicis vestris ad minùs ponere, quorum vnus Diœcesano Episcopo præsentatur, vt ei curam animarum committat; ita quidem quòd ei de spiritualibus, vobis autem de temporalibus debeāt respondere.*

*Parochus Regularis potest cogi ad admittendum sociū.*

Decimoquintò. Non possunt debita contrahere, vt patet ex Capitulo Generali citato superiùs.

Decimo sexto. Non possunt negotiari vel animalia secularibus personis ad medietatem tradere, vel ad tempus locare, vt prohibetur Cap. 27. *Dist. 4.* & *ar. 9.* Capituli Generalis anno 1522 celebrati; quod docet præterea id non posse sine proprietate fieri etiam de licentia Prælatorum.

*Parochus non potest agere mercatorem.*

Decimoseptimo. Antequam Ordinarijs pręsententur, possunt cogi ad pręstandum iuramentum de reditu ad Claustrum, quando id Prælatus iniunxerit, idque vi Decreti facti Capitulo Generali anno 1374. die 2. mensis Octobris. Decretum autem est huiusmodi. *Statuimus quod Canonici nostri Orodinis de cæ*

*Parochus potest cogi ad præstandum iuramentum de redita.*

*tero ad Ecclesias Parochiales minimè præsententur, nisi prius præstito solemni iuramento, quod ad mandatum Prælatorum suorum ab eisdem Ecclesiis ad Claustrum vnde exierint reuertentur, etiam disciplinam, si deliquerint recepturi Contradictores si qui fuerint, aut rebelles per Censuram Ecclesiasticam compescendo inuocato ad hoc si necesse fuerit, auxilio brachii secularis.*

*Quis dicatur dominium alicuius rei vsurpare.*

*Vltima Instructio.* Denique Religiosus simplex culpam mortalem, eamque Proprietatis committit, quandò dominium alicuius rei pecuniariæ siue pecunia æstimabilis sibi vsurpat. Iam vero reputatur sibi vsurpare dominium alicuius rei, quantum in se est, qui aliqua bona pecuniaria, vt vestes, mensam, equos, pecuniam, libros & similia apud se habet, de quibus perindè disponit, & ordinat, ac si Secularis esset; videlicet cum pro libito, sibi concredita distrahit vendendo, commutando absque vlla Superioris venia. *Maier Syluester, & alij passim citati à Syluestro, vt Innocent. Hostien. Ioann. Andreas, Archidiaco. & Turrecremata.*

*In 4. Stent D. 38. q. 9. Verbo Religio 6.*

## *SPECVLVM XLV.*

*In quo apparet, an Religiosus manens sub Obedientia Prælati in Monasterio, possit tuta conscientia quotannis accipere & retinere apud se certam quantitatem pro Vestiario.*



*Rima instructio.* Religiosi in duplici sunt Genere. Quidam in Monasterijs sub Prælato viuunt: Alij in pago vel agris separati morantur. Quod

ad hos attinet, non est dubium quin possint pecunias habere, quandoquidem à Monasterio seiuncti, non possunt quotidie de communi Cellario & Vestiario necessaria accipere. Quod verò ad illos, sit.

*Secunda Instructio.* Peccant mortaliter Religiosi Conuentuales, qui (poscente Prælato) non volunt dimittere peculium. *Maior. D. Antonius Syluester & Archidiaconus ab eo citatus, & alij passim, vt patet ex superioribus.*

*Tertia instructio.* Non possunt illam pecuniæ summam vel peculium independenter habere vel retinere. Et hoc adeo clarum est, vt nullus Author hac in parte dissentiat, sed cōsentiāt oēs præsertim D. Tho. D. Antonius. Maior. Card. Turrecremata. Alexand. & Caiet. Ioannes Andreas, Ariostis, Syluester, Archidiaconus, Naua. & Gregor. de Valent. locis citatis. Ratio aũtem Religiosi non possint aliquid independēter habere est, quòd indepēdenter habere aliquid sit eius esse dominum, vt patet ex Doctoribus, & potissimum ex Nauar. quales esse stante voto Paupertatis non possunt, vt omnium est sententia, & ratio dictat. Quamobrem videtur mihi illa Professionis formula, qua nonnulli promittunt Paupertatem eo modo, quo nunc in tali Monasterio scilicet difformato seruatur, & gloriantur sibi peculium tolli non posse; Vel non bene intelligi, vel nulla prorsus esse. Vel enim hac Professione intendunt pecuniam habere dependenter, vel independenter, si dependenter, ergo eis tolli potest; quandoquidem in hoc non sunt sui iuris, sed alterius, à quo dependent; si independenter, ergo illius sunt domini; quandoquidem do-

*Qui nolunt dimittere peculium peccant mortaliter.*

*In 4. Sen. dist. 38. q. 9.*

*3. par. Tit. 16. ca. 1. §. 11. verbo Religio. 6. num. 7.*

*Cur Religiosi nil possint independenter habere.*

*Commen. 1. de Regul. nu. 12. & seq.*

*Professio nonnullorum reprobatur.*

minium

minum in eo consistit, vt quis suo arbitrio sine cuiusquam iniuria habeat facultatem vsurpandi rem aliquam & ea vtendi independenter ab alterius voluntate, ex Nauar. loco paulò ante citato. Id quod in Religiosum cadere non potest. Religiosi enim per votū Paupertatis abdicant se hoc dominio. Quando enim faciunt votum Paupertatis, promittunt se neque habituros liberam illam facultatem circa rem aliquam, neque vsurpaturos quicquam independenter à Superioris seu Prælati voluntate: ac propterea si illi profitentes, ex vi Professionis sic emissæ, independenter pecunias habent, verè Professi non sunt, neque Religiosi: quandoquidem Religiosus non est, qui Paupertatis voto, quæ independentia à Prælato consistit, astrictus non est. Requirunt enim Doctores hæc tria Paupertatem, Castitatem, & Obedientia ad constituendum Religiosum, vt testis est D. Thom. & Gregor. de Valent.

*Quid promittunt qui vouent Paupertatem.*

*Tria requiruntur ad constituendū Religiosum.*

2.2.q.186.ar. 3. vsque ad 7. 2.2. D. sp. 10. q. 4. punct. 2.

Non est igitur quòd supradicti profitentes glorientur se tale ius per talem professionem acquisiisse, vt peculium sibi tolli non possit, sed si hac Professione vti & simul Religiosi esse volunt, non possunt aliud per illam prætendere, quàm se non peccaturos, vtendo pecunia siue peculio, quamdiu Prælatus permiserit: adeo vt per illam restrictionē siue modificationē professionis (*prout nunc hic seruatur*) nihil independentiæ à Prælato illis accedat; sed tantum quòd habendo quandam annuam pecuniæ quantitatem, prout consuetudo inualuit in Monasterio, ad subueniendum necessitatibus, nullum Proprietatis crimen committant,

mittant, toto tempore, quo quantitatem illam approbat Prælatus, & ea vtuntur in solis necessitatibus dependenter à Prælato. Et certe si hoc modo accipiatur illa modificatio, optima est ad tollendos scrupulos, quos non sine causa habent aliqui Religiosi viuentes cum tali pecuniæ quantitate, putantes illam Paupertati Monasticæ repugnare. Quod si illi profitentes clament se nihil aliud voluisse per illam modificationem, quam impotentiam in Prelato tollendi à se peculium; reclamabo & ego contendens nullam fuisse eorum professionem, quia Paupertatem Monasticam, quę debuit per eā stabiliri, destruit, & votum Proprietatis sub tali independentia, loco voti Paupertatis, admittit. Quare tales non esse Religiosos, sed potius antireligiosos, vel saltem vt nullius Ordinis Religiosos (quandoquidem nullus ordo sine Paupertate & independentia est) ad summum Pontificem remittendos, vt absoluantur; vel vt non esse professi declarentur; aut vt minimùm, vt alius ordo nouus creetur, cui inscribantur, adoptētur, & incorporētur.

*Reprobatur quorundam professio.*

*Quarta Instructio.* Non possunt peculium illud, siue pecuniam illam pro vestitu annuatim concessam accipere, & retinere, sine iusta causa. Nauar. Iusta autem causa accipiēdi & retinendi illā pecuniam, est quando aliunde non prouidetur, vt consentiunt omnes; vel quando non possunt soli erigere communitatem, vt quia nō sunt Superiores, vel ea authoritate non pollent.

*In peculio requiritur iusta causa. In Cap. Non dicatis, nu. 21.*

*Quinta Instructio.* Non possunt peculium illud ad quodlibet, & prout somniat animus, exponere. *Ca. Monachi & Ca. ad Monaster.*

*Extra de Statu Monachorum.*

*Peculii possessores multis exponunt se periculis.*

*Sexta instructio.* Qui in Monasterijs, vbi hęc pecuniæ quantitas solet singulis distribui, viuunt, multis sunt expositi periculis violandæ Paupertatis; cum difficillimum sit pecunias pro sui administratione habentes, Proprietatis actus non exercere; vel enim pecunijs vtũtur ad libitum, vel sine recursu ad Prælatum, vel in comessationibus & compotationibus, vel in superfluis, vel in nociuis, vel in inhonestis, vel independenter & tanquam domini, vel illas celant, vel parati non sunt, adueniente Prælati mandato, illas relinquere, sed potius murmurare & resistere; quorum tamē nullum absque peccato committi potest, vt cõsentiunt Doctores omnes citati. His positis sit.

*In quibus Monasteriis possit peculium permitti.*

*Toto Comm. 2 de Reg. in Ca. Non dicatis.*

*Iusta causa concedendi peculium quæ sit.*

*Visitatorum est iudicare in quibus Monasteriis nõ possit prouideri nisi per peculium.*

*Septima instructio.* Certum mihi quidem est cum Nauar. in Monasterijs quibusdam Commendatis, & alijs nonnullis etiam sub Abbatibus Regularibus constitutis, posse singulis Religiosis dari quotannis certam pecunię quãtitatem pro Vestiario, quando videlicet illis aliter nõ potest prouideri (Visitatorum aũt est de hac prouisione possibili, vel impossibili iudicare.) Aliter non video quomodo Abbates & Ordinum Præfecti id possint tuta conscientia permittere, vel etiã tolerare. Inprimis quia in talibus Monasterijs deest iusta causa concedendi peculium, cuius defectu, vt sępius docuimus ex Nauar. *num 2. & 16.* & ex alijs passim, non potest peculium esse licitum Religioso. Deinde id repugnat intentioni Fundatorum, & Institutorum Ordinum, vt ostendetur paulò post. Tertiò. Quia peculiũ illud multorum malorum est origo & causa, vt etiã ostendetur. Quartò. Quia id Concil. Trident.

pro

prohibet. Quintò. Quia id viri probi passim detestantur. Sextò. Quia Religiones reformatæ id abhorrent. Septimò. Quia qui reformari volunt, in tollendo peculio, tanquam primario Riligionis hoste, primam nauant operam. Quare sit.

*Peculium non est licitum sine iusta causa. Sess. 25. da de Reg. ca. 2*

*Octaua instructio.* Videtur mihi quotas illas pecuniarum annuatim pro Vestiario vnicuique in particulari designatas, vbi aliter prouideri potest, omnino esse damnandas; Superioresque, qui eas permittunt, & Inferiores qui resistunt Superioribus eas tollere volentibus, vel in eis cum periculi, quod cum ijs coniungitur cognatione sibi placent, & inhærent, amare suum & suorum imminens & graue periculum, ac proinde grauiter & mortaliter peccare. Nauar. Pro quo facit illud Sapientis relatum in Cap. ad audientiam de Homicidio. *Qui amat periculum, in illo peribit. Ex quo* (inquit Nauar.) *Magistralis illa Regula colligitur, peccare mortiferè illum, qui se ingerit loco, personis; aut factis, in quibus se peccaturum mortiferè probabiliter credit.* Accedit quod qui aliquid apud se detinet, sine iusta causa etian consentiente Prælato, peccet mortaliter, & fiat proprietarius cum Prælato, vt ostendimus ex Nauar. Cum ergo in Monasterijs, in quibus potest aliter prouideri Religiosis, quam per peculiũ huiusmodi iusta causa peculij concedendi non sit, non videntur posse à peccato excusari, qui seipsos suosque, quantum possunt, peculio non priuant. Dixi (quantum possunt) ad excipienda Monasteria, in quibus aliter prouideri non potest; & ad excipiendum Religiosos eos, qui non possunt soli communitatem

*Quando vestiaria annua sint dãnanda.*

*In 3. par. Decr Cap. 14. n. 26*

*Eccles. 3.*

*Com. Can. Inter verba 11. q. 3. Concl. 3. num. 19.*

*Comm. 2. de Regul. nu. 21.*

 erigere.

erigere. Sufficit enim quòd ſint parati & cupiant peculium ſuum, adueniente Superioris reformatione, relinquere; & quòd interim caueant actus Proprietatis à Capitulo ſeptuageſimo primo Generali prohibitos, & à nobis ſuperiori Speculo explicatos exercere.

*Quis animus eſſe debeat Religioſo timorato exiſtenti in Monaſterio difformato.*

*Quid ſufficit Religioſo peculium habenti.*

*Epitome eorũ quæ dicta ſunt de peculio.*

*Nona Inſtructio.* Vt quod de peculio ſentio, paucis complectar; Dico eum, qui vouit Paupertatem Monaſticam, poſſe habere particularem ſui adminiſtrationem & peculium cum venia Superioris. Sed non ſine iuſta cauſa obtẽtam, vt bene notat Nauar. *3 de Regu nu. 15. & 21. & 1. de Regul. nu 15.* qualẽ ij, quibus aliter prouideri poteſt, non habent, vt colligitur ex Nauar. *2. de Regul. nu 24.* & alijs paſſim. Sed non eo modo, quo nunc paſſim in Monaſterijs difformatis; ad diſponendum de eo ad libitum, vt piè & doctè ſanctus Antonin. & Gregor. de Valent. Sed non independenter, vt rectè Arioſtis in Enchridio. Sed non ſine recurſu ad Superiorem, vt conſtanter Maior *in 4. d 38 q 9. & 10 &* Capitulum Generale ſeptuageſimum primum noſtri Ordinis. Sed non ad ſuperflua comparanda vel retinenda, vt bene Sylueſter *verbo Religio 6 nu. 7.* Sed non poſt Concil. Trident. in Monaſterijs, in quibus poteſt aliter prouideri. Hęc enim ſunt verba Concilij. *Adminiſtratio autem bonorum Monaſteriorum ſiue Conuentuum ad ſolos Officiales eorundem ad nutum Superiorũ amouibiles pertineat.* Dein Concil. Trident. Cap. 1. *Statuit vt omnes Regulares ad Regulæ quam profeſſi ſunt præſcriptum, vitam inſtituant,* atqui Regula noſtra habet pręſcriptum, vt viuamus de communi Cellario, & ve-

*5. par. Tit. 16. Cap. 1. §. 11.*

*in 2. 2. Diſp. 10. q. 4. pun. 3*

*Seſſ. 25. de Regul. ca. 25. Concil. Trid. de peculio quid ſtatuat.*

ſtiario

ſtiario, & *vt Præpoſitus diſtribuat vnicuique; ſicut cuique opus erit.* Secundum Apoſtolicã vitam. Habet etiam Concil. *vt Prælatus nulla bona mobilia, etiam nomine Conuentus Regulari concedat, & quòd mobilia vndecumque quæſita ſtatim tradantur Superiori* Vnde colligitur nullo modo licere Religioſo, cui de communi prouideri poteſt, peculium retinere. Quod aduertens Nauar. hæc nobis, veritate cogente, ſcripta de ſtatu eorum, qui cum peculio viuunt, reliquit.

*Ca. 2. eiuſdem Seſſ.*

*Comm. 3. de Reg. nu. 33. & 33.*

*Arbitror* (inquit) *prædictum Statum non eſſe iudicandum reprobum, etiam poſt* Concil. *Trident. Imprimis donec per Superiores reformetur, & ad originariam obſeruantiam reducatur. Tum quia illa verba prædicti Capituli (Omnes Regulares vitam ſuam inſtituant, & componant) ſignificare videntur priùs eſſe inſtituendam, & componendam, quàm teneantur ſeruare, & idem ſignificant verba illa (Omnis cura & diligentia à Superioribus adhibeatur.) Tum quia non pertinet inſtituere, & componere ad ſingulos, ſed ad Prælatos & vniuerſos ſiue Capitula. iuxta Cap. Cum omnes de Conſtitut. cum Gloſſ. & ei adnot. & ita ſingulares excuſarentur à peccato, donec illa inſtitutio, & compoſitio fieret, nec per eos impediretur.*

*Sententia Nauarri peculio. Religioſi hærẽtes in peculio non peccant, donec reformentur.*

*Secundò, quod peccant Superiores neligentes inſtituere, & componere, ſiue reformare, & magis contrauenientès reformare volentibus, & etiam ſingulares impedientes ea; quia contraueniunt menti, & verbis Concilij, quod eſt peccatum. Cap qui peccat. 23. q. 4.*

*Superiores negligentes reformare peccant. Religioſi reſiſtentes reformationi peccant.*

*Tertio, quòd magis adhuc peccant, qui post reformationem eam non seruant, quia clariùs legem transgrediuntur, & clarior transgreßio cæteris paribus maior est, quàm dubia. Argument. notat.* Capitul. I. *de* Constitut. *& ca.* Capellanus. *de* Ferijs. *adeo quòd non est mortale transgredi ius humanum malè intellectum secundum Innocent.* in Cap. Per tuas 2. nu. 4. de Simon. *quando id contingit propter magnam difficultatem, & subtilitatem eius, vt sentit Bal.* in l. ab eo. C. quomodo, *& quando iud. relatus à Fely.* in Cap. nam, de Constit.

*Religiosi non tenentur ad primū rigorē.*

*Quartò, quòd prædicti Superiores non videntur teneri ad reducendam eandem omnino formã, quæ in principio Regularũ obseruabatur, tunc enim nulla vestis, nullus liber, nullus calceus, nulla denīq; alia res erat peculiaris, vt colligitur ex viginti & amplius locis Regulæ B. Augustini notatis à Ioanne Gerson seu ab alio, quisquis fuerit Author prædicti libelli, contra Canonicos proprietarios in prima parte relati suprà* nu. 25. *At nunc etiam quique reformatißimi Monachorum, habent non solùm prædicta peculiaria, sed etiam cellas. & sellas claues, lectos, & id genus alia, & satisfacere viderentur, qui suos Ordines reformarent ad præscriptum horum, qui à sapientibus censentur satis reformati. Argum. illius. Qui vehementer emungit, elicit sanguinem, relati* in Ca. denique 4. dist.

*Prouerb. 30.*

*Quinto, quod cum ex causis cunctis Religiosis communibus prædicta peculiaria omnibus permittantur, iustè posset alicui Ordini, Monasterio vel alicui personæ singulari, aliquid aliud amplius*

*per*

*permitti ex particularibus causis, in eis concurrentibus, quia à potentiori causa maior effectus producitur* Cap.1.& 2.cum eis adnot. de confirm.vtil.

*Sextò, hoc consequi quod si Ecclesiæ Cathedralis, vel alterius splendor, & consuetudo antiqua, quæ sine scandalo multorum non posset vna vice eradicari, requireret, vt aliquot alia peculiaria relinquerentur, possent iustè alla relinqui sine violatione Consilij, in quod facit responsum illud sapientissimi, prudentissimique Cardinalis Caiet ad Prouincialem Lusitaniæ consulentem super reformatione Dominicanorum illius regni, scilicet, (coge intrare mare per fluuium) significans paulatim, & suauiter si fieri posset, & non vno impetu, & ex abrupto vltimam reformationem esse inducendam, vt multa & grandia scandala, quæ hoc solent consequi, excusentur.*

*Septimò, quòd saltem disputando posset defendi, etiam post prædictum Concil. licere predictum Statum limitatum in Conclusione 7. quæstionis principalis saltem in aliquot Ecclesiis, non obstante illo. Tum quia in d. Comment. Cap. Non dicatis. nu 15. conclusimus posse teneri, quod prædictum Concilium non corrigit antiquos Canones, sed solum explicat illos, quasi quidam commentarius eorum, & consequenter, quod sicut antiqui Canones, vt ibidem monstrauimus, permittunt Regularibus ex causa, aliquod peculia, sic & prædictum Concilium intelligendum sit vetare illa eis, ne sine iusta causa teneant, vel concedantur; &*

*Nota diligenter verba Nauarri. quibus ait posse quidem peculiū defendi, sed disputatione.*

*consequenter, quod ille status limitatus, vt ibi limitauimus, posset permitti, vbi iusta causa id posceret.*

*Octauò, quod licet disputando, hoc septimum dictum defendi posit; consulendo tamen videtur tenendum, quòd mens Concilij fuit, quòd licet prædictus Status moderatus vt supra, sit bonus; quia tamen est melius reducere ad antiquum originarium Regulæ, restituatur ad illum: quod proculdubio faciendum est, vbi sine scãdalo fieri potest.*

*Nonò, quòd dubium est an permitti posit hoc in Ecclesijs, in quibus id sine magno scandalo fieri nequit, quales arbitror esse quasdam Metropoles, & Cathedrales Ecclesias, in quibus Canonici vltra Refectorium commune, Cellas & Dormitorium intra Ecclesiarum septa, habent singulas domus extra illa ad recipiendum hospites; quod regno, & vrbibus, in quibus sitæ sunt, est pergratum; putaturque splendori Ecclesiarum, vrbium & regnorum conuenire. Equidem arbitror potius esse sustinendum illum; quàm cum maximo regni, vrbis, & Ecclesiæ scandalo etiam pessimo mutãdum: modò illæ quinque moderationes additæ in septima quæstione seruentur.* Hæc Nauar. Ex quibus colligere est peculium illud, quod passim in Monasterijs, in quibus potest aliquid prouideri:. viget, militare contra Concilium Tridentin. ac proinde esse damnabile; Statumque peculij reprobum esse ac infernalem: quippe qui sit contra intentionem ac præceptum Spiritus sancti Concilij eiusdem, non minus quam cæterorum, præsidis. Bene igitur positum à nobis superius est, peculium de iusta licentia Supe-

rioris tolerari fortaſſis poſſe, ſed non poſt Concilium Tridentinum. Addo etiam, ſed non inuito Superiore, vel eo non conſentiente. Et ne huius doctrinæ Author videar, legatur diligenter Nauar. Quo loco & alibi licet omnes neruos intendat ad probandum licitum eſſe Religioſis peculium, tamen fateri cogitur ſtatum eorum Religioſorum, qui portionibus ſeparatis & periculo gaudent, eſſe de ſe damnabilem & infernalem, ſi ſex non concurrant. Eius verba ipſiſſima referam, ne in peculio herentibus videar de meo aliquid adijcere. *Concludo igitur* (inquit) *pro parte negante prædictum ſtatum non eſſe de ſe damnationis & infernalem, modo concurrant ſex. Primum, quòd ea quæ ſibi dantur, nulla tenus ſibi dentur, nec accipiantur ab eis pro ſuis quo ad dominium, quia non ſunt illius capaces, ſed quo ad ſolum vſum ſuum facti decentem, vel alium pium, vt tradimus latè in Cōm. Can. Cui portio. num. 31. Secundum quòd non vtantur eis diſpendendo illa in vſus malos, vanos, vel profanos, quia per talem vſum etiam Abbates peccarent peccatum Proprietarij, vt diximus ibi. Tertium, quòd ſi per leges diuiſionis vel chartas, quas vocant rationes, vel conſtitutiones, & diſtinctiones portionum, quas vocant priuilegiatas, vel alias iuſtas ordinationes, vel Statuta Eccleſiæ fuerit cautum, ne quis eorum faciat eleemoſynam, vel aliud pium opus, vel non niſi vſque ad certam quantitatem de ſuperfluo ſine licētia particulari Prælati, ad vnguē ſeruētillam. Quartum,*

Comm. 3. de Regul. nu. 28.

Peculium eſt omnino infernale, niſi ſex concurrant, ex Doctor. Nauar.

*quod Prælati saltem tacitè ei modo viuendi consentiant, vel consentire debeant: quod addo propter dicenda infra. Quintum quod iusta de causa fiat prædicta licentia expressa vel tacita per dicta in dict. Commentar.* Can. Non dicatis. Nu. 22. *Sextum. quod non contradicant reformationi legitimæ auctoritate legitima faciendæ. Dixi, legitimæ, ob dicenda infra eodem.* Hæc Nauar. qui propter cõditionum numeratarum defectum in Roncaualle sibi tutum non esse, votum Paupertatis Deo em suum reddere, est arbitratus. Eius verba clara sunt, quæ ad maiorem fidẽ referã. *Sed & ego ipse (inquit) cùm nimio rogatu suscepissem habitum Regularem in præfata Roncaualle quod recusabam facere, ob id quod in ea status in quæstione propositus seruabatur, protestatus fui, me nunquam accepturum portiones illas peculiares & priuilegiatas in victum & vestitum; quod ad vnguem seruaui, eo quod mihi non erat gratus huiusmodi status.*

*Comm. 3. de Regul. nu. 25. Peculium semper fuit odio sum. Nauarro.*

Iam vero quis non videat, ea quæ dantur pro vestitu in plerisque Monasterijs, accipi & impendi ordinariè, non solum ad vsum sacti decentem & pium; cum illa non nisi compotationibus, comessationibus & huiusmodi communiter inseruiant? Quis in plerisque Monasterijs, vbi tamen viget peculium, peculij concedendi iustam causam adinueniat? Quis denique non videt huiusmodi peculium per Præfectũ nostrũ Generalẽ in Monasterij, in quibus aliter prouideri potest, prohiber? Tantum abest vt permittatur, præcipuè vero in Monasterijs Hispaniç Belgij, Sueuiæ, Bauariæ, Austriæ, Franconiæ, Bohemiæ, & alijs quibusdam tam Germaniæ, quam Lotharingiæ

nostri

ostri Ordinis. In quibus tanquam ad aliter rouidendum sufficientibus Reuerendissimus Generalis modernos id, me cooperãte & teste, ub pœna Inobedientię prohibuit; & peculiũ mne Religiosis simplicibus, in illarum Pro inciarum Monasterijs degẽtibus, sustulit an o 1601. Cuius prohibitionis in Belgio factę enorem, quia secundum diuersa Monasteria iuersus est, hic describere nimis prolixum ffet. In cæteris verò Prouincijs nominatis, uia eadem in singulis Monasterijs est verbo um illius prohibitionis series, eam huic car- e inseri curauimus, vt vnusquisque Patris ii Generalis animum in deturbanda Propri- tatis lue perspiciat, sicque sibi consulere tan- em incipiat. Prohibitio illa sic habet.

Quomodo Reuerendissimus Gen. alis non permittat peculium.

## Ad voti Paupertatis obseruationem.

*NE inposterũ Religiosi sint voti Paupertatis violatores, Præcipimus in virtute saluta s Obedientiæ, & sub pœna Excõmunicationis, D. bbati siuè Præposito vt eos vitam communem Apostolicam (cui ipso professionis die nos deum- imus) agere compellat, nullòque prætextu eis rtam pecuniæ summam quotannis tribuat, aut culium permittat, sed sint eis omnia commu a, & distribuatur iuxta Regulæ præscriptum, nicuique victus & tegumentum, sicut cuique pus erit.*

Ordinatio Reuerendissimi D. Francisci à Longo Prato ad tollendum peculium.

*Vt autem hanc ordinationem faciamus, mouet os salitis nostræ ac vestræ periculum. Totum e- m vitæ curriculum in malo statu tam Prælati,*

quàm

*quam Subditi conficiunt, per quos stat quo minùs omnes vitam agant communem, vt docent Docto-res Syluester & Archidiaconus ab eo citatus* Verbo Religio 6. num.7. *quod satis clarum est tam ex multis Capitibus de Stat. Monach. quam ex* Concil. Trident. Sess. 25. de Regul. *Idemque ostendit omnium nostri seculi peritissimus Canonum interpres Nauar. in Commentar.* 3. de Regul num.27. *vbi ait Prælatos ac Religiosos viuentes per portiones certas in statu damnationis esse si reformationi legitimæ & legitima authoritate faciendæ contradicant, & 3. de Regul. nu. 32 asserit peccare Superiores negligentes reformare ad mentem Concilij Trident. quod Concilium sine vlla dubitatione præcipit communitatem victus & vestitus.*

*Nos, vt hoc imminens damnationis malum à nostris detorqueamus ceruicibus, vobis iterum tam D. Abbati quàm Priori & Religiosis, in virtute salutaris Obedientiæ sub pœna prædicta præcipimus. vt Proprietatem vitiorum omnium matrem è Monasterijs deturbetis, Paupertatemque, quæ de essentia Religionis est, amplectentes vitam omnino communem ducatis, & sicut pascimini ex vno Cellario, sic induamini ab vno Vestiario, iuxta sanctũ Regulæ sanctissimi Patris Augustini Decretum.* Cap.8.

*Ad id vobis præcipiendum teneri me sub pœna damnationis tenent Doctores citati, cui astipulatur sanctus Antonius* 3. p. Titul. 16. Cap. 1. § 11.

*Ad id obseruandum vos obligari sub pœna damnationis locis citatis docent. Doctores citati.*

*Ad id*

*ad id vos obligat Regula Cap.1. vbi disertis verbis ait. Nemo sibi aliquit vendicet proprium, siue in vestimento, siue in quacumque re; Apostolica enim vita optamus viuere. Et paulò post idem inculcat his verbis. Primum propter quod in vnum estis congregati, vt vnanimes habitetis in domo & sit vobis anima vna ac cor vnum in Deo, vt non dicatis aliquid proprium, sed sint vobis omnia communia & distribuatur vnicuique vestrum à Præposito vestro victus & tegumentũ, nõ æqualiter omnibus, quia non æqualiter valetis omnes, sed potius vnicuique sicut cuique opus fuerit. Sic enim legitis in Actibus Apostolorum, quia erant eis omnia cõmunia, & distribuebatur vnicuique sicut cuiq; opus erat. Et verbis proximè sequẽtibus idẽ loquitur hoc modo. Qui aliquid habebant in seculo quando ingressi sunt Monasterium, libenter illud velint esse commune Cap. verò 8. clarius idem præcipit his verbis. Vestes vestras in vnum habete, sub vno custode, vel duobus, vel quod sufficere potuerint ad eas excutiendas, ne tinea lædantur: & sicut pascimini ex vno Cellario; sic induamini ab vno Vestiario.* Act.2.& 4.

*Ad id etiam Statuta Ordinis vos obligant* Cap. 10.11.&12. Dist. 2. *Imò* Cap.13.. *eiusdem Dist. habentur hæc Verba, vestiaria sint communia: quæ quidem Verba directè sunt contra eos qui summam quandam pecuniæ tribuunt Religiosorum cuilibet ad sibi comparandas, vestes in particulari, & asseruandas in propria cista. Quod est etiam è diametro contra illud.*

Cap.

*Cap 8. Regulæ nostræ Tamen si vestra toleratur infirmitas, vt hoc idem vestimentum recipiatis quod posueritis, in vnum tamen locum sub communibus custodibus, habete quod ponitis.*

*Ad id etiam Patrum nostrornm authoritas, qui sic vexerunt, & ita nobis viuendum præscripserunt, Cap. citat. Statutorum nostrorum nos obligat, quos nobis imitandos potius quàm modernos proponere debemus.*

*Nec valet amplius illa, qua quidam Proprietatem suam tueri solebant, excusatio. Quòd videlicet quicquid habent, illud tantũmodo ad vsum cum consensu Superioris teneant Nam nos totius Ordinis Generalis Superior, quique summam post Summum Pontificem habemus in Ordine potestatem, id vobis minimè permittimus. Imò pronuntiamus & inclamamus esse damnabile, prohibemusque Prælatis vestris, ne id vobis concedere præsumant, facultatemque, si quam hac in re faciant, nullam esse declaramus. Nec est quòd clametis illud esse nouum Non enim illud nouum est, quod à senioribus nostri Ordinis Patribus fuit obseruatum. Et quia fortaßis illud vetustate obsoletum clamabitis, iuuat vos rogare, vt Capituli Generalis anno 1549. celebrati Articulos perlustretis, ibi enim quod vetustate obsoletum putabatis, Patres salutis ouium ac propriæ memores studiosè renouarunt. Testis huius rei locupletißimus est bonæ memoriæ Iudocus Coquerel Sacræ Theologiæ Professor eximius sancti Iusti Bellouacensis Diœcesis Abbas & totius Ordinis nostri Vicarius, qui de tollenda illa pecuniæ summa singulis Religiosis distribu-*

*enda*

*nda Articulum in præfato Capitulo conditum in Relicto, quod in Monasterio Baß fontis edidit his erbis testatus est. Capituli Generalis decisione rohibemus communitatis Præposito, ne vllam pecuniæ quotam seorsum Fratribus distribuere audet, sed vt vita seruetur Apostolica, vnicuique distribuat, sicut cuique opus fuerit.*

*Imò verò quis illud nouum vel vetustate obsoletum appellet, quod vbique præterquam in quorusdam angulis strictißimè seruatur? Idque Summi Pontificis Decreto, cuius verba per Episcopum Vercellensem nuntium Apostolicum cum potestate Legati à Latere, exarata & in Monasterio Floressiensi à nobis reperta hæc sunt.*

*Communis vitæ ratio Religiosis adeo est necessaria, vt ea non diligenter obseruata, Paupertatis votum (quod nihil proprij admittit) vix ac ne vix quidem inuiolatum esse poßit. Cùm verò variis nominibus Proprietatis crimen hactenus apud vos viguisse videatur, ideo nos ad illud planè tollendum, atque extirpandum Reuerendo ipsi Abbati sub graui suspensionis arbitrio nostro subeundæ pœna à Diuinis, districtißimè iniungimus, vt vnius mensis spatio, à præsentium insinuatione ita inter vos communem vitam instituat, vt communiter per se vel per alium seu alios ad id deputandos Religosos, omnia ad victum & vestitum necessaria communi Monasterij impensa subministret. Neque vllo vnquam tempore quicquam pecuniæ proprijve, pitantiæ, vini, vestiarij, hortorũ aut pomeriorum, prouentuũ aliave quauis ratione habere permittat. Monachis verò ipsis, qui victu*

& vesti

*& vestitu contenti nihil præterea quærere, aut prætendere debent seriò prohibemus; ne quicquã proprij, minus autem pecuniæ, quouis quæsito colore teneant. Quòd si quis propriæ salutis immemor, huic Decreto nostro minime obtemperauerit, atque in Proprietatis crimen incidisse deprahensus fuerit, eum Abbas tanquam votifragum, seuerè atque etiam carcere pro modo culpæ arbitratu suo puniat: quauis consuetudine, quæ potius morum corruptela censenda est, aut etiam Superiorum permissu, non obstantibus.*

## *SPECVLVM XLVI.*

In quo apparet Paupertatis votum esse totius Religionis Monasticæ fundamentum, & econtrà Proprietatem esse vitiorum omnium in Monasterijs regnantium fomitem.

S. Bonauent. in vita B. Francisci.

*Cum sæpe à Fratribus rogaretur B. Franciscus quænam virtus præcipuè & maximè nos Christo Domino commendaret, gratosque faceret, testatur vir sanctitate simul & doctrina eximius Bonauentura eum inusitato quodam affectu respondisse, Paupertatem; eam enim esse viam salutis, humilitatis fomentum, perfectionis radicem, & ab ea multiplices fructus quanquam occultos, & paucissimis cognitos permanere.*



*Rima Instructio.* Inquinata est Castitatis via, corrupta est Obedientię semita, factum est Regularum, Statutorumque iter præposterum.

Et vnde

Et vnde hoc? euerso fundamento, cur domus corruerit non est quærendum. Totius Religionis Monasticæ fundamentum, basisque firmissima est Paupertas voluntaria; vt domus fundamento innititur, sic Religio Paupertate stabilitur. Hoc probè intellexit magnum illud Franciscani Ordinis decus, & ornamentum sanctus Bonauentura, qui in Libro, quem inscripsit Apologiam Pauperum, totius Religionis claustralis fundamentum Paupertatem appellauit. Sed longè antiquiorem B. Bonauentura Religiosum P. S. Antiochum placet audiamus, vbi inter alia de hac voluntaria Paupertate, ait. *Facultatum omnium possessio ablegata semel à quopiam, & excussa non obscurè declarat synceram esse Monachi cōuersationem. Qui nullum possidet peculium Monachus, aquila est altiuola. Inops Monachus liber fit paucorum vsu, vt quamplurimis perfruatur. Qui peculio exuit se, vtique nouit quia inquilinus est, & aduena super terram: ex eò enim quod nihil circumfert secum rei temporariæ & secularis, per hoc prodit se sempiterna illa expetere.* Et inferius. *Generosæ prorsus ac Deum synceriter amantis animæ argumentum est nihil mundi possidere velle. Qui eiusmodi est, hæres quidem Dei, cohæres autem fit Christi, &c.* Et rursus inferius. *Primum quod ex huiusmodi abdicatione facultatum proficiscitur, ingenua est & perquam honesta libertas curæ omnis; & quæ hinc etiamnum resilit paupertas nullis patens insidijs, &c.*

*Paupertas est fundamentum Religionis.*

*Homil. 89. quæ cum reliquis eiusdem Homil. collecta habetur in Appendice Bibliothecæ S S. Patrum.*

*Secunda Instructio.* Sed quisnam de Monasterijs Paupertatem deturbauit? quis hoc fundamentum euertit? Proprietas; & vnde hæc Proprietas, quanam ex regione apud nos diuertit,

*Vnde Proprietas inMonast*

quonam ex antro prorupit? quonam ex fonte manauit? ex fonte diuisionis. Abbas nimirum partem vnam bonorum Monasterij, Prior alteram, Religiosi tertiam sortiti sunt; & horum vnusquisque sua portiuncula, non tanquam communi, sed tanquam propria vsus est. Olim è duodecim Apostolis, vnicus Iudas fuit Proprietarius; vtinam hodie è duodecim, vel vnus quispiam æmulator adesset B. Petri, qui non in speciem, sed seriò cuncta reliquit.

*Matth. 19.*

Si speculam conscendere iubet, & ex ea Monasteriorum quorumdam dispicere, & attendere ruinas spirituales, non occurret illarum alia verior causa, quàm bonorum Monasterij præposterè singulis ad proprios, nec cæteris cõmunes vsus attributa portio. Vere quidem dixit Apostolus, quia *radix omnium malorum est cupiditas*, sed non minùs verè boni omnes, qui malorum omnium in Claustris grassantium fomitem dolentes, vociferantur esse Proprietatem. Et vt ciuitatis illius Babylonicæ fundamentum asserit fuisse cupiditatem Augustinus, ità boni. sensatique omnes primariæ in Monasterijs dissolutionis fundamentum fuisse Proprietatem dicere non veretur. Ecquis nostrum id non videat, cum ea quę nefariè committuntur in Monasterijs, pecuniæ præsidio, eiusque potentia, quam pecunia efficit, committantur? Manant ex Proprietate, tanquam fumus ex igne, capitalia omnia quæ in Claustris reperiuntur; vitia. *Amor pecuniæ* (inquit Canon quidam) *massa est omnium criminum*

*1. ad Timoth. 6. Proprietas in Monasterio est causa malorum ibidem regnantium.*

*Tertia Instructio.* Manat fastus Monasticus ex Proprietate. Dum enim amplissima

illa

illa Fundatorum patrimonia in sua esse potestate, ijs se ad libitum vti, in suos vel alienos vsus conuertere quomodolibet posse aduertunt Abbates proprietarij, tum cistas erigunt, & quicquid pene lubet, audent. Tum videas hos quadrigis in modum principum, illos multorum equorum apparatu; istos opiparis conuiuijs super opulentos seculares attolli. Nec mirum. Superbię enim typhus ex abundantia pecuniarum existit, vt mirum videri non debeat, si Atheniensium Respublica suos illos ciues, quos nimis opibus intumescere aspiciebat; nunquam ferre potuerit, sed foras ad decennium fuerit amandare solita.

*Superbia ex Proprietate oritur.*

*Quarta instructio.* Manat ex Proprietati auaritia. Si enim omnia, prout Apostolica nostra statuit Regula, in communi possiderētur; nullus auaritiæ locus relinqueretur: non essent priuata marsupia; illis implendis tantum operæ ac laboris minimè poneretur; magnam hic supellectilem non cogeret, ille vsuras non exerceret, hic pecuniam fenebrem non mutuaret; ille in occultandis loculis dies noctesque minimè insumeret.

*Auaritia ex Proprietate oritur.*

*Quinta instructio.* Eodem ex alueo libidinum fomenta suppetunt. Si enim pecuniæ in cistis reconditæ non haberentur, meretriciæ sordes angustis cellularum officinis abditæ conseruari non possent. Qua enim facinorosum earũ obsequium mercede compensaretur.

*Libito ex Proprietate oritur.*

*Sexta Instructio.* Manat ex Proprietate liuor Monasticus Vnusquisque alterius inuidet Cathedræ, dignitati, vel officio. Et quorsum? quia nimirum Cathedra multum pecuniarum secum vehit. Eapropter Plato alicubi eā solam

Rempublicam scripsit dissidijs, inuidiaque cariturum, a qua longissimè abessent hæc infausta pronomina, *meum tuum*.

*Contentio nascitur ex Proprietate.*

*Septima instructio.* Manat ex Proprietate in Monasterijs animorum dissentio. Contentiones enim quæ inibi quandoque sunt, plerumque ex eo quod vnusquisque quæ sua sunt quærit oriuntur. Vix aliud videas in supremis Parlamentorum Curijs, quam Religiosos huc & illuc discurrentes ad eas instruendas lites, quas in sese inuicem ardens Proprietas adinuenit. Non sic Carthusiani qui cum communes habeant loculos, litibus, Proprietatis furijs, in sese inuicem armari non possunt. *Si illic*, inquit D. Gregorius (scilicet in Monasterio) *peculiaritas à Monachis habetur, nec concordia, nec charitas in eadem congregatione potest permanere. Quid est autem habitus Monachi, nisi contemptus mundi? Quomodo igitur mundum despiciunt, qui in Monasterio positi aurum quærunt?* Vbi vero nulla charitas, iustè dixeris Cœnobia esse tartara, & inhabitantes Dæmonibus esse peiores. Eadem, vt docuit quidam insignis nostri seculi Auctor, *mater est intemperantiæ, comessationum, & ebrietatum, quæ olim sic multis locis obtinuerant, vt vix reputarentur peccata. Taceo hæc nonnunquam laudata & pallio virtutum obuoluta fuisse. Qui enim huiusmodi sunt, solent à plerisque prædicari tanquam hospitales, prudentes, qui tempori se nouerint accommodare, hylares, liberales, licet dicat Apostolus ebriosos, comessatoresque regnum Dei non consequuturos. Miraris tales à regno excludi cœlorum? Attende eorum nequitiam &*

*Epistolarum Lib. 10. Epist. 22.*

*Petrus à sancto Andomaro lib. 2. instit. Monasticæ. Cap. 35.*

*1. ad Corinth. 6*

*am & desinens mirari. Qui eiusmodi sunt, communiter Diuina fastidiunt, carnalia verò sectantur, nouis, vanis, impudicis, iocis, scommatibus iaciendis & excipiendis se exercent, hospites, non in quibus reficiatur Christus, sed qui aures & corda nugis impleant, quærunt. Ipsis denique Refectorium, Cellula, verba Diuina, quæ cibi sunt animæ, nausea, studium aliam sacrarum litterarum contemnitur, Diuinum officium negligentissimè percurritur. Ad id seriùs conuenitur, & ante finem exitur.*

*Octaua instructio.* Manat ex Proprietate peccatum gulæ Monasticæ. Si enim proprium non haberetur, vnde mensæ opiparè sternerentur, compotationesque in mediam noctem producerentur, non suppeteret. Testes compello luculentissimos Paupertatis Monasticæ cultores Capuccinos, Minimos, Carthusianos, & alios, apud quos ne vllum quidem compotationis, ebrietatisque vestigium videas: nimirum, qui ab eorum Monasterijs exulat Proprietas. *Gulam generat Proprietas.*

*Nona instructio.* Manat ex Proprietate Diuinarum rerum fastidium. Si enim in peculio augendo, vel conseruando tempus non tereretur, ad Diuina proculdubio alacriores redderemur, sicque seriò mammonæ valedicentes, Deo diligentius seruiremus. Scitum est illud, *non potestis Deo seruire & mammonæ* *Proprietas generat acediã.* *Matth. 6.*

*Decima instructio.* Manat denique ex proprietate totius Monasticæ disciplinæ contemptus: silentium tantis Patrum collationibus commendatũ contẽptum reddidit Proprietas; abstinẽtiã, & ieiunia vera Religiosi insignia ex *Proprietas peperit contemtũ omniũ obseruãtiarũ Manasticarum.*

 ulari

ulare fecit Proprietas; correctiones (quæ sunt vera ægrotantium animorũ pharmaca) pı ocul relegauit, & odiosa omnibus pene reddidit Proprietas Quæ vt luculentius intelligamus, oculos per omnia omnium Religionum domicilia circumferamus. In illis nihil nisi obedientię, modestiæ, ieiunij, silentij & cæterarum obseruantiarum conculcatas semitas conspicere licebit. In alijs verò, in quibus Euangelica Paupertas tam propensè, curæ cordique esse cernitur, nihil nisi, tum harum omnium, cum cæterarum virtutum cõtinuum desiderium ac frequens exercitium animaduertes. Causam si quæris, certissimam hanc accipe, quòd vt in illorum Monasterijs Proprietas, cæterorum vitiorum facilè princeps & alumna, sedẽ fixit; sic in alijs Paupertas voluntaria totius ędificij Monastici firmissima basis permansit. Lubet iterum Carthusianos inuisere, apud quos Regularis semper viguit disciplina. Miratus sum alias non semel, quomodo tamdiu sine reformationis stimulo hæc Carthusiana Religio, prętei cæterarum consuetudinem, in suorum votorum, Constitutionumque custodia persisterit; sed post multas huc & illuc animi cursitationes, non occurrit disciplinę Regularis tamdiu bene laudabiliterque seruatæ verior causa, quàm quòd Paupertatem voluntariam mordicus sacris illis ac perpetuis (vt ita dicam) carceribus (sic enim eorum Monasteria grauissimi Canonum interpretes vocitant) summo complexu & studio relegarũt; Proprietatemque, ne foribus quidem astare permiserunt. Sed quid externis delector exẽplis? Apud nos etiam huius veritatis testes non

*Quibus sanctæ Paupertatis neglectus est honor.*

*Cur Carthusiani adhuc persistant in primo feruore.*

desunt.

desunt. Eos intelligo, qui ea nostri Ordinis incolunt Monasteria, in quibus votorum Regularumque diligens semper fuit obseruatio, quam non nisi Paupertati voluntariȩ (cuius semper cultores extiterunt) adscribere queant. Sic dubio procul virtutum Monasticarum quodammodo carcer est & ergastulum Paupertas (non patitur enim eas aufugere) & cōtra vitiorum omnium propagatrix est Proprietas, quæ ea Monasterijs & inuehit, & inuecta custodit, augetque; adeo vt roganti quæ sit prima in Religione pestis, responderi meritò possit Proprietas; quæ sit secunda, Proprietas; quȩ tertia, Proprietas: cæterȩ enim Religionis pestes ex ea sola originē ducere iure dici possunt. *Si enim* (vt ait quodā loco Climacus) *Paupertas voluntaria est abdicatio solicitudinū sæculi iter ad Deum sine impedimento, expulsio omnis tristitiæ fundamentū pacis, mundicia vitæ, quæ nos liberat curis omnibus vitæ transeuntis, & facit vt Dei Mandata perfectè exequamur*; quid Proprietatem, quæ Paupertati Religiosȩ è diametro opponitur, esse dicemus? Nonne sæculariū rerū implicationem, ad Dæmonē iter expeditissimum, pacis omnis ruinam, cordis immundiciam, & quominus in via Mandatorum Dei curramus, obstaculum definiemus? Contrariarum enim rerum contrariæ descriptiones esse debent.

*Paupertas est virtutū carcer*

*Prima, secūda tertia pestis Monasteriorū est proprietas.*

*Descriptiō paupertatis ex Climaco.*

*Vera descriptio proprietatis.*

*Vndecima Instructio.* Porro ne videar finxisse ex Proprietatis alueo præfata vitia prodire, consulatur lumen non solum Canonicorum Regularium, sed etiam totius Ecclesiæ Diuus Augustinus. Is in epistola quadam profert hoc egregium Proprietatis elogiū. *Rem peculiarem*

*D. Augustini sententia de Proprietate.*

*omnino fuge. Vide quanti & quales de hoc pestifero morbo peculiaritatis perierunt.* De *peculiaritatis namque radice oriuntur hæc vitia superbia, inobedientia, auaritia, vana gloria voracitas, mendacium, loquacitas, atque luxuria* Subiungitque Augustinus. *Illum morbum habendi peculium, voco morbum pestiferum, & illecebrorsum, quem te oportet relinquere, si non vis sempiternam beatitudinem amittere.* D. Greg. etiam scribens ad Ioannem Subdiaconum, cum agit de Constantio quodam Monacho, *Cognoui,* ait, *quòd idem Constantius peculiaritati studeat. Quæ res maximè testatur eum cor* Monachi *non habere* Et post pauca. *Hoc autem Fratri, & Coepiscopo nostro, omnino dicere stude, vt peculiaritatem à quatuor aut quinque* Monasterij Monachis, *à quibus corrigi hactenus nunquam potuit, studiosissimè compescat, & hoc Monasterium à tali Peste mundare festinet; quia si illic peculiaritas à Monachis tenetur, nec concordia, nec charitas in eadem congregatione poterit permanere.* Eiusdem est opinionis sanctissimus Author Climacus, vbi sic loquitur de proprietate. *Hæc & scelera, & furta; inuidias, cædes, diuortia, inimicitias, procellas, iniuriarum memoriam, crudelitatem, mala denique omnia inuenit.* Idem Religiosis omnibus inclamat Cassianus de morbo Philargyriæ siue proprietatis agens. *Malorum* (inquit) *omnium efficitur radix, & inextricabilis nequitia fomes efficitur. Pro hac non mendacij, non periurij, non furti facinus admittere perhorrescit; non fidem frangere, non iracundiæ noxio furore suppleri. Si quoquam à spe quæstus deciderit, non honestatis, non humilitatis modũ transcēdere pertimescit, sit-*

*Lib. 10. Regis seu Epist.* *Epist. 22.* *Gradu 16.* *Lib. 7 de Philarg. C. p. 6. 7. & 8.*

*que*

*que ei per omnia, vt alijs venter, ita huic aurũ & spes lucri pro Deo Indignatur ad omnia. & ad singula opera murmurat, atque suspirat nullaque iã reuerentia reseruata, velut equus durissimus ad præcipitium fertur infrenis, nec victu quotidiano nec solito indumento contentus, non se diutius hæc toleraturum testatur; Deum quoque non ibi solum modo esse proclamat, nec salutem suam in illo tantum loco esse conclusam.*

## MANDATVM 20.

Et distribuatur vnicuique à Præposito vestro victus & tegumentum. *Obligat sub mortali.*

### SPECVLVM. XLVII.

*In quo videtur, quando Religiosis debeant distribui aut denegari necessaria.*

PRima instructio. Hic damnatur consuetudo illa distribuendi vnicuique annuatim pecunias pro Vestiario. Si enim victus & tegumentum debent à Pręposito distribui, sequitur non debere ab vnoquoque sibi distribui?

*Secunda instructio.* Non solum Regulę consentaneum est, vt Præpositus distribuat vnicuique, sed etiam Familiarum secularium antiquæ consuetudini. Solet enim pater Familias filij suis victum & vestitum distribuere.

*Tertia instructio.* Etsi bona Monasterij sint communia, non tamen potest Religiosus de ijs accipere ad libitũ. Non enim bona Mona- *Quomodo bona Monasterij sint cõmunia.*

sterij sunt ita communia, sicut sylua alicui pago, de qua licet vnicuique accipere iuxta necessitatem; sed sunt ita communia, vt totum à toto possideatur, & nihil prorsus à parte, vt docet Humbertus hoc loco. Quare Religiosus re aliqua Monasterij indigens, debet ad Prælatum vel Officiarium eius rei petendæ & impetrandę causa accedere: alioqui si propria autoritate vellet accipere, cēseretur velle esse sui iuris, ac propterea peccare contra vota Paupertatis & Obedientiæ.

*In Monasteriis bene reformatis nulla est sollicitudo necessariorum*

*Quarta Instructio.* In Monasterijs bene reformatis vix petitioni rei alicuius relinquitur locus, quia omnia suo tempore & loco Religiosis ministrantur ab Officialibus Monasterij: prout expertus sum non semel in aliquot nostri Ordinis Monasterijs, in quibus Religiosus nulla tenetur sollicitudine petendi sibi necessaria. Si enim vestes sunt laceræ vel calcei, solus Vestiarius in eis restaurandis, & nouis præbēdis est sollicitus, sicque de cæteris. Ex quo apparet vitam illam perfectè communem ad perfectæ beatitudinis ( in qua nulla sollicitudo animos torquet) quietem accedere. Melior proculdubio est dies vna in huiusmodi Monasterijs super millia in dissolutis.

*Rebelli necessaria neganda.*

*Quinta Instructio.* Rebelli pœnitentiā non agenti oportet victum & tegumentum denegare, vt sic vexatio det intellectum.

*Excōmunicatio necessaria neganda.*

*Sexta Instructio.* Excommunicatio non procuranti absolutionem oportet necessaria denegare; & si detur ei victus, id parcè & in mensa separata: Imò vero vitari maximè debet; vt citius ad mentem redeat. Humbertus hoc loco.

*Septima*

*Septima Instructio.* Non debent prælati in incarceratorum victu, per Statuta nostra assignato, facilè & sine graui causa dispensare, ne in carcere discant superbire, non humiliari, & ne in carcere lautè seu commodè habiti, potius correctionem contemnant, & eludant, quam resipiscant, & iam peccare propter carceris comminationem minimè vereantur. Idem dicendum videtur de cæteris omnibus pœnis propter delicta iniunctis; in quibus Statuta passim prohibent dispensari. *Non est facile dispensandum de victu incarceratorum*

## MANDATVM 21.

Non æqualiter omnibus, quia non æqualiter valetis omnes, sed potius vnicuique sicut cuique opus erit. Si enim legitis in Actibus Apostolorum, quia erant eis omnia communia, & distribuebatur vnicuique sicut cuique opus erat. *Obligat sub mortali, nisi lenitas materiæ excuset. Apostol. Act. Cap. 2. & 4.*

## *SPECVLVM XLVIII.*

### *In quo videntur damna vestiarij annuatim concessi.*

PRima *Instructio.* Hinc damnatur illa pecuniæ summa, quæ annuatim datur vnicuique pro necessarijs; quia illa distributione summę vnicuique datur æqualiter, nec habetur vllus respectus valentium vel non valentium, quod ego dolens testari possum. Vidi enim in nonnullis Monasterijs Religiosos aduersa valetudine *Damnatur annuum vestiarium.*

vexatos à Prælatis derelinqui, hoc solo nomine, quòd distributiones illas non minùs quàm cęteri accepissent. Imò verò à fide dignis accepi ægrotos quosdam consumpto peculio, eò penuriæ deuenisse, vt vnius medicinæ defectu in prę sentia Pręlati de tanta egestate moniti, miserabiliter emori cogerentur. Nolo huius rei testes nominare, ne videantur Prælatis velle detrahere. Nolo à mortuis illis testimonium accipere, ne videar velle illos ad conquerendum de Pręlatis suis suscitare. Nolo Monasteriorum, in quibus id accidit, mentionem expresso nomine facere, ne videar Prælatorum illorum verenda detegere. Sufficit mihi, ad peculium damnandum, illorum qui id dolentes dolenti retulerunt, testimonium.

*Secunda instructio.* Non valētes in duplici sunt genere. Prioris generis sunt valetudinarij, quibus oportet prouidere iuxta valetudinis qualitatem. Posterioris generis sunt ij, qui non possunt adimplere quod cæteri, vel aliqui eorum possunt, vt ignorantes, quibus non oportet æqualiter de libris prouidere.

*Mortale est denegare necessaria Religiosis.*

*Tertia instructio.* Vt mortalem culpam committit Prælatus, qui Religioso concedit superflua. (Syluester & alij supra) ita etiam, si necessaria deneget: facit enim contra legem boni dispensatoris, & contra iustitiam distributiuam, quæ vult vt vnicuique distribuantur bona communia, iuxta cuiusque meritum vel necessitatem, vt docent D. Tho. Caiet. & Gregor. de valent. vbi ait violationem iustitię distributiuæ esse peccatum mortale.

*2.2. q. 61. art. 1. 2. & 4. in 2.2. Disp. 5. q. 5. punc. 1.*

MANDA

## MANDATVM 22.

Qui autem aliquid habebant in seculo, quando ingressi sunt Monasterium libenter illud velint esse commune.

*Hoc Mandatum obligat sub mortali, nisi leuitas materiæ excusset.*

## *SPECVLVM XLIX.*

*In quo apparet, ad quem pertineant bona Religiosi professi.*

PRima *Instructio*, Bona Religiosorum per professionem, tam iure Ciuili, quam Canonico transeunt in ius Monasterij: quando videlicet Monasterium est capax bonorum immobilium, cuiusmodi sunt Monasteria Religiosorum, qui mendicantes non habentur, si ante professionem de suis bonis non disponant. *Molina de Iustitia & iure. Nauar. Authent. Ingressi. C. de sacro Eccle. Authent. Conuersationis. §. illud de Monachis. Authent. Nunc autem. C. de Episcop. & Cleri. & Can si qua mulier. Can quia ingredientibus. Can. nunc autem.*

*Bona Religiosorum transeunt in ius Monasterij.*

*Disput. 140.*

*Secunda Instructio.* Non possunt Religiosi post Concil. Tridentin. vsumfructum eorum bonorum, quæ habebant in seculo, vel eorum, quæ sibi ex patrimonio obuenerunt in Monasterio, etiam ex facultate Prælati, sibi retinere, vel bene docent Corduben. & Azor. quando ex communibus Monasterij bonis illis potest sufficienter prouideri. Nam si non posset ex illis prouideri, iure naturali sibi prouidere possent, vt docet post alios Gregor. de Valent. Quare sit.

*Religiosi non possunt vsumfructum bonorum suorum retinere.*

In 2.2. Disp. 10 q. 4. punct. 3.

*Religiosi quomodo possint succedere bonum paternum.*

*Tertia Instructio.* Peccant contra hoc Mandatum, Inprimis, qui habent redditus patrimoniales, quos sibi appropriant, & quibus soli ad libitum vtuntur. Qua in re, vt diximus, non potest Superior dispensare cum eo, qui est eius Monasterij Religiosus; in quo potest illi, non minus quam cæteris prouideri de communibus bonis. Non enim Prælatus est supra Concil. Oecumenicum, à quo id vetatur, & Prælatis in ea re dispensandi potestas præripitur. Nec refert quod in multis Ordinis nostri Monasterijs, vt in celeberrimo sancti Pauli Virdunensis, Religiosi possint paternis ac maternis bonis non minus quam Seculares succedere; quandoquidem certum est id de successione in communi, non in particulari intelligi debere. Priuilegium enim illud cōcessum est ad amplificanda Monasteria, non ad vniuscuiusque in particulari luxum ac voluptatem.

## MANDATVM 23.

*Hoc Mandatum obligat sub mortali, nisi indlibe ratio, vel leuitas materiæ excuset.*

Qui autem non habebant, non ea quærant in Monasterio, quæ nec foris habere potuerunt.

## SPECVLVM L.

*In quo apparet non minus esse damnabile in Religioso velle proprium, quam habere.*

*Qui vult aliquid habere est affectu Proprietarius.*



*Rima Instructio,* Non minus est dānabile & peccato mortali obnoxiū velle efficaciter habere in Monasterio aliquid propriū, quam reipsa retinere,

retinere, vt docet Nauar. & ratio est, quia per votum Paupertatis, Religiosus non solum ea quæ habebat reliquit, sed etiam ea quæ habere poterat, nimirum voluntatem habendi. Vnde quoties aliquid actu deliberato possidere, vel habere cupit, quod illi non licet reipsa posside re vel habere, mortaliter peccat, estque affectu Proprietarius.

*Secunda Instructio.* Dolendum magnopere est, aliquos reperiri, qui in victu & vestitu ea superflua & voluptuosa quærant in Monaste rio, & murmurant, si è vestigio non consequã tur, ad quæ nullo modo foris aspirare pote rant; in quos acriter inuehitur Aluarus Pelagius, eisque quadrare asserit, quod gloriosus Hieronym. scripsit. *Qui vix rugientem ven trem pani siligineo saturare in mundo poterant, nunc in Religione similaginem & mella fastidiunt; squalidi famelici & nudi in mundo, in Ordine delicati.* In quos iterum inuehitur cum stomacho idem sanctus Doctor ad Nepotianum sic scribens. *Sunt ditiores Monachi, quam antea fuerant seculares; possident opes sub Christo pau pere, quas sub locuplete Diabolo non habuerant; & suspirat eos Ecclesia diuites, quos tenuit mun dus antea mendicos.*

*Liber de plã ctu Ecclesiæ. art. 54.*

*Epist. ad Nepotianum.*

*Tertia Instructio.* Decipiuntur ij, qui Monasteria ingrediuntur, vt egere nequeant, vel vt necessaria ad mortalem hanc vitam sustentan dam habeant. Etsi enim qui Monasteria ingre diuntur, huiusmodi res consequantur, non tamen ea intentione principali ac primaria; ingredi debent, vt docet Humbertus hoc loco alioqui ijs similes sunt, qui Christum Domi num propter panum multiplicationem seque-

*Quâ intẽtione debeat quis in gredi Mona sterium.*

*Ioannis Cap 6*

bantur,

bantur, & in sui ingressus côpensationem temporalia, quæ seminant, metent, non æterna quę non intendunt

Comm. 1. de Regul. nu. 7. Cur plurimi in Monasteriis non perficiant.

*Quarta instructio.* Nauar. hanc esse rationem asserit cur plurimi in Religione nullum progressum faciant, & cur palato non sano insuauis sit panis spiritualis, qui sano est amabilis: Porro eos qui alia causa quam deuotionis, ingrediuntur Religionem, hoc Catalogo perstringit. *Alius ingreditur parentum metu, vel importunitate: alius vt se de illis vindicet ingerendo illis dolorem: alius vt vitet iustas reprahensiones, fugiat curas, labores egestatem, opprobrium, vel contemptum aliorum; alius vt fiat Abbas, Prior, Commendatarius Beneficiarius: alius quia priùs ira, leuitate, timore mortis, vel alia de causa, quàm deuotionis vouit ingressum.* Hos omnes arguit cum Caietano Ordinis Prędicatorum Generali prudentissimo & Cardinali eruditissimo, qui docet quomodo is qui Religionem ingredi tentat, dispositus esse teneatur. Nimirum ait, is est bene dispositus, *qui omnem suam fiduciam sustinendi onus Religionis ponit in Deo, & interiori affectu verè vult relinquere omnia: ita vt non remaneat affectus ad honorem, non ad gloriam, non ad carnem, & sanguinem, neque ad id genus alia quia in hac renuntiatione siue expropriatione consistunt sumptus ædificandi turrim perfectionis in Religione*, quos ita supputare debet, vt caueat eos turri inchoata suppeditare non posse, & sic cæterorum cachinnis pateat, *postquam cœperit ædificare, & non potuerit consummare.* Vt autem paucis instruatur homo, qua intentione debeat ingredi Religionem, dico cum Nauar. eum qui alicui

2. 2. q. fin. seu vltim. art. 1.

Luc. 14.

Reli-

Religionis Ordini paratus est se ascribere, debere sibi pro scopo prefigere victoriam carnis mundi, & Diaboli; adeptionem charitatis, quę in via haberi potest; & consecutionem beatitudinis tam viæ, quam patrię. Volo dicere, quod quicumque ingreditur Religionem, debet ingredi, vt inimicos suos visibiles & invisibiles superare, Deo totus seruire, charitatis perfectionē adipisci & tandem saluari possit. *Commen. citat num, 11.*

# MANDATVM 24.

Sed tamen eorum infirmitati, quod opus est tribuatur: etsi paupertas eorum, quando foris erant nec ipsa necessaria poterat inuenire.

*Hoc mandatū obligat sub mortali, nisi leuitas materiæ aut inaduertentia excuset.*

P*Rima Instructio.* Hoc Mandatum ex superioribus videlicet 19.& 20. Mādatis satis explicatū manet; eo enim ipso quò quis factus est membrum Religionis per professionem, debet cum cæteris membris particeps esse bonorum, quæ ad totum Monasterij corpus fouendum concessa sunt, etiamsi antea stipem ostiatim emendicaret.

*Secunda instructio.* Non est is iudicandus murmurator in Claustro, qui de necessarijs sibi non ministratis, vel denegatis conqueritur apud eos, quorum interest illa ministrare, vel procurare vt ministrentur. Imò verò in Religionibus bene ordinatis constituitur vnus atque alter in singulis Monasterijs, qui

*Quis iudicetur murmurator.*

huiusmodi querimonias excipiant, vel monendo Superiorem, vel conquestorem compescendo, prolatis ijs in medium, quæ querimoniam valent extinguere. In huiusmodi Religionibus verum est, quod ait Climac. *Non dicet homini necessitatem suam, sed quæ offeruntur quasi de manu Domini suscipiet.*

*Gradu. 16.*

## MANDATVM 25.

Tamen non ideo putent se esse fœlices, quia inuenerunt victum & tegumentum, quale foris inuenire non poterant.

*Hoc Mandatũ obligat sub veniali tantum, nisi interueniat vana cõplacentia, vel superbia mortalis.*

P*Rima instructio.* Peccant contra hoc Mandatum illi Religiosi, qui interius gloriantur de victus & vestitus abundantia, qua in Monasterio fruuntur; quippe propter hanc abundantiam non verentur Magnatibus huius seculi sese coæquare; vel Seculares, qui non ita lautè tractantur, contemnere. In quo peccatum modò mortale, modo veniale committi potest, iuxta vanæ glorię vel superbię, vel contemptus cæterorum magnitudinem.

*Religiosi conditionis suæ immemores.*

*Secunda instructio.* Nonnunquam accidit, vt Religiosi conditionis præteritæ immemores, elationem mentis incurrant, suisque meritis deberi arbitrentur, quæ eis liberaliter à Religione conceduntur. Climacus: *Vidi nonnullos pecunijs pauperes, qui prioris suæ paupertatis obliti, in conuersatione pauperum spiritu diuites effecti sunt.* Qui certe graui se ingratitudi-

*Gradu, 16.*

nis erga Deum & Religionem periculo exponunt. Quod periculum vt vitare queant, diligenter Sapientem monentem attendant. *In die bonorum ne immemor sis malorum*, & *Memento paupertatis in tempore abundantiæ*: & *Mel inuenisti, comede quod sufficit tibi*. Audiant & patronum suum D. Augustinum sic consulentem alicubi. *Vtilius terrena opulentia tenetur humiliter, quam superbè relinquitur.* *Eccles. ca. 11. Cap. 18 Prou. cap. 25.*

## MANDATVM 26.

### Nec erigant ceruicem, quia sociantur eis ad quos accedere non audebant.

*Ho: Mandatū tātum obligat sub veniali, nisi accedat malus aliquis finis.*

P*Rima instructio*. Societas Magnatum in Religione debet Religiosos ad laudes Dei canendas cum Dauide excitare. *Suscitans* (inquit) *à terra inopem, & de stercore erigens pauperem, vt collocet eum cum Principibus*: debet ad amorem Religionis inuitare, vt pote quæ eis conferat quod mundus dare recusarat: debet in spem futuræ in Paradiso societatis eleuare. si enim in hac valle miseriæ Religionis beneficio Magnatibus associari merentur, quanto magis in Regione gloriæ? quod prædixit dilectus Domini discipulus his verbis. *Quod vidimus annuntiamus vobis, vt societatem habeatis nobiscum, & societas nostra sit cum patre & Filio eius Iesu Christo* *Psalm. 112.* *1. Epist. cap. 1.*

*Secunda instructio*. Ceruicem erigere ob causam hic allatam pertinet ad vanam gloriam, quæ est complacentia & appetitus gloriæ inordinatus, quādo videlicet aliquis appetit

manifestationé propriç excellétiç inordinatè, & propter causam minimè legitimá. Sic Doctores Verbo Vana gloria, vel Vana iactantia.

## MANDATVM 27.

*Hoc Mandatū obligat sub mortali vel veniali pro ratione obiecti.*

Sed sursum cor habeant, & terrena vana non quærant, ne incipiant Monasteria diuitibus esse vtilia non pauperibus, si diuites illic humilientur & pauperes illic inflentur.

### *SPECVLVM LI.*

*In quo apparet grauitas peccatorum Superbiæ & Auaritiæ in Religioso.*

P*Rima Instructio.* Religiosus debet sursum cor habere, Deo gratias agendo pro necessarijs sibi in Religione tam benignè ministratis. Quā ego libenter eum monuerim hoc modo. Necessaria si affluant, noli cor apponere; ne baculo arundineo, de quo inniti videaris: quin potiùs cum Salomone. Vide cuncta quæ fiunt sub cœlo, & ijs diligenter consideratis, depositoque omni affectu seu appetitu terrenorum & vanorum, in hæc verba cum eodem prorumpe; *& ecce vniuersa vanitas.* Nam, vt dicit Climacus, *nudus operarius totius mortalis affectionis inimicus, quæ sibi adsunt, quasi non sint ita existimat, et sic apprehendit.*

*Isai.*
*Isai. Cap. 36.*
*Eccl. 1. Cap.*
*Gradu. 16.*

*Cur superbia esse debeat aliena à Religioso.*

*Secunda instructio.* Res noua & insolita est superbia in paupere. Propterea dicit hic D. Augustinus, *ne incipiant Monasteria diuiti*

*bus*

*bus esse vtilia & non pauperibus.* Ratio est, quia in paupere non reperitur materia superbiæ, quæ sunt honores & diuitiæ. Vnde sapiens volens reprimere superbiam hominis dicit. *Quid superbit terra & cinis?* Vere igitur in vitis Patrum. *Pallor cum humilitate & macies honos est Monachi* Et in Epistola quadam Bernardus. *Labor & latebra & voluntaria paupertas, hæc sunt, Monachorum insignia: hæc vitam solent nobilitare monasticam.* Isidorus de summo bono. *Summa Monachi virtus humilitas, summum vitium eius superbia. Tunc se quisque Monachum iudicet quando se minimum existimauerit, etiamsi opera virtutum maiora gesserit.* Quo autem modo & qua occasione superbire vt ita loquar, debeat Religiosus pulchrè declarat Eucher. Lugdun. quodam in Sermone. *Verius Religiosus* (inquit) *debet esse neglector quietis, fugax voluptatis appetitor laboris, patiēs abiectione, impatiēs honoris, pauper in pecunia, diues in consciētia, humilis ad merita, superbus ad vitia. Accedat his & Gregor. Nyssen. Monachis delitiæ sunt continētia & actio: otiū, & gloria, à nemine cognosci.*

*Eccl. cap. 10.*

*Ep. 42. ad Hēricum Senonē Archiepisc. sub finem.*

*Lib. 3. ca. 20.*

*Quodam loco.*

*Tertia instructio.* Docet hoc loco Humbertus multos esse in Monasterijs, quibus non sunt Monasteria ad salutem, occasione ex his verbis accepta (*ne incipiant.*) Ego verò ijs, quæ in medium profert Humbertus, addiderim, nonnullis non solum Monasteria non esse ad salutem, sed esse ad damnationem; cum ij qui gratiam diuinitus oblatam respuunt, tanquam donorum Dei contemptores, damnationis obnoxij habeantur: quales sunt illi Religiosi, qui suis dissolutionibus occasionem bene sanctèque viuendi diuinitus sibi in Monasterijs

*Quomodo Monasteria quibusdam sua damnationis loca.*

oblatam deſpuunt,&proculcant, De qua occaſione multa à nobis dicta ſũt Speculo primo.

*Quinta inſtructio.* Quærere terrena & vana, pertinet ad Auaritiam; quæ graue peccatum eſt Religioſo, cui per Paupertatis votum non ſolum non habere, ſed nec appetere bona terrena licitum eſt. Qua de re B. F. Antiochi ſententiam audiamus. *Dicit ſcriptura, Maledictus qui facit idolum, & ponit in occulto. Haud ſecus facit qui vitioſo affectu laborat auaritiæ. ille quidem procidit idolo rubigne pallenti ac prorſus inutili hic autem ſecum circumferit imaginem prorſus inanem, nempe diuitiarum ambitioſam cogitationem. Atque vt venter ſuis ventricolis euadit in Deum ita iſti aurum pro Deo habent. Dæmon hic tinea quadam efficitur in oſſibus Auari per anxiam. & irrequietam ſollicitudinem. Iure optimo in Sacris litteris peſtilenti hac paſſione interdicimur.* Porro, quia auaritia eſt vitium monaſticæ Paupertati oppoſitum, & vitium Capitale, de ea hic in gratiam Confeſſariorum noſtri Ordinis, nonnulla ſubijciam documenta.

*Homel. 8 Citatur in Appendice Bibl. ſacræ.*
Deut. 27.
*1. ad Timot. 6.*

*Quinta Inſtructio.* Religioſus non poteſt eſſe auarus quin ſit Proprietarius, cùm auaritia ſit vitium inclinans ad inordinatum appetitum pecuniæ, cui renuntiauit Religioſus per votum Paupertatis. Quare Religioſus auarus non ſolum peccat contra iuſtitiam, ſed etiam contra Paupertatis votum; ac propterea Confeſſarius, ſi hoc vitium in pœnitente ſuo Religioſo reperiat, ſolicitè debet in eo funditus euellendo operam ponere.

*Qui eſt auarus eſt Proprietarius.*

S I E

## SPECVLVM. LII.

*In quo conspiciuntur remedia contra Auaritiam.*

PRima *instructio*. Vt Auaritiæ siue Proprietatis vitium ex animo pœnitentis Religiosi auellat Confessarius, primum doceat eum perpendere paupertatẽ filij Dei in hoc seculo. *Propter vos egenus factus est, cum esset diues: vt illius inopia vos diuites essetis.* Imò tam pauper, vt ipsemet dixerit. *Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos; filius autem hominis non habet, vbi caput suum reclinet.* Qui etiam propter nos nudus suspensus est. Posita igitur ob oculos pœnitentis Religiosi huiusmodi consideratione, addat, Religiosum esse Christi sectatorem: vtpote qui hoc eiusdem Christi consilium sit secutus. *Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam & sequatur me*; ac propterea eum nudum cum glorioso Hieronymo, debere nudum Christum sequi.

*Paupertas filij Dei pro nobis suscepta.*

*2. Corinth. 8.*
*Luc. Cap. 9.*
*Matth. 16.*
*Cap. 10.*
*Matth. 19.*

*Secunda instructio.* Secundò, doceat eum perpendere hæc verba Christi pro nobis nudi, apud Mar. *Quam difficile qui pecunias habent, in regnum Dei introibunt?* Et, *Amen dico vobis, quia diues difficilè intrabit in Regnum Cœlorum.* quibus verbis statim subiecit. *Facilius est camelum per foramen acus transire, quam diuitem intrare in Regnum Cœlorum.* Quæ si vera sunt de seculari diuite, votis omnibus soluto, quid de Religioso reipsa vel affectu diuite

vexatos à Prælatis derelinqui, hoc solo nomine, quòd distributiones illas non minùs quàm cęteri accepissent. Imò verò à fide dignis accepi ægrotos quosdam consumpto peculio, eò penuriæ deuenisse, vt vnius medicinæ defectu in pręsentia Pręlati de tanta egestate moniti, miserabiliter emori cogerentur. Nolo huius rei testes nominare, ne videantur Prælatis velle detrahere. Nolo à mortuis illis testimonium accipere, ne videar velle illos ad conquerendum de Pręlatis suis suscitare. Nolo Monasteriorum, in quibus id accidit, mentionem expresso nomine facere, ne videar Prælatorum illorum verenda detegere. Sufficit mihi, ad peculium damnandum, illorum qui id dolentes dolenti retulerunt, testimonium.

*Secunda instructio.* Non valētes in duplici sunt genere. Prioris generis sunt valetudinarij, quibus oportet prouidere iuxta valetudinis qualitatem. Posterioris generis sunt ij, qui non possunt adimplere quod cæteri, vel aliqui eorum possunt, vt ignorantes, quibus non oportet æqualiter de libris prouidere.

*Mortale est denegare necessaria Religiosis.*

*Tertia instructio.* Vt mortalem culpam committit Prælatus, qui Religioso concedit superflua. (Syluester & alij supra) ita etiam, si necessaria deneget: facit enim contra legem boni dispensatoris, & contra iustitiam distributiuam, quæ vult vt vnicuique distribuantur bona communia, iuxta cuiusque meritum vel necessitatem, vt docent D. Tho. Caiet. & Gregor. de valent. vbi ait violationem iustitię distributiuæ esse peccatum mortale.

*2.2. q.61. art. 1.2. & 4.*
*in 2.2. Disp. 5. q.5. punc.1.*

MANDA

## MANDATVM 22.

Qui autem aliquid habebant in seculo, quando ingressi sunt Monasterium libenter illud velint esse commune.

*Hoc Mandatum obligat sub mortali, nisi leuitas materiæ excusset.*

## SPECVLVM XLIX.

*In quo apparet, ad quem pertineant bona Religiosi professi.*

PRima Instructio, Bona Religiosorum per professionem, tam iure Ciuili, quam Canonico transeunt in ius Monasterij: quando videlicet Monasterium est capax bonorum immobilium, cuiusmodi sunt Monasteria Religiosorum, qui mendicantes non habentur, si ante possessionem de suis bonis non disponant. *Molina de Iustitia & iure. Nauar. Authent. Ingressi. C. de sacro. Eccle. Authent. Conuersationis. §. illud de Monachis. Authent. Nunc autem. C. de Episcop. & Cleri. & Can si qua mulier. Can quia ingredientibus. Can. nunc autem.*

*Bona Religiosorum transeunt in ius Monasterij.*

*Disput. 140.*

*Secunda Instructio.* Non possunt Religiosi post Concil. Tridentin. vsumfructum eorum bonorum, quæ habebant in seculo, vel eorum, quæ sibi ex patrimonio obuenerunt in Monasterio, etiam ex facultate Prælati, sibi retinere, vel bene docent Corduben. & Azor. quando ex communibus Monasterij bonis illis potest sufficienter prouideri. Nam si non posset ex illis prouideri, iure naturali sibi prouidere possent, vt docet post alios Gregor. de Valent. Quare sit.

*Religiosi non possunt vsumfructum bonorum suorum retinere.*

In 2.2. Disp. 10 q. 4. punct. 3.

*Religiosi quomodo possint succedere bonum paternum.*

*Tertia Instructio.* Peccant contra hoc Mandatum, Inprimis, qui habent redditus patrimoniales, quos sibi appropriant, & quibus soli ad libitum vtuntur. Qua in re, vt diximus, non potest Superior dispensare cum eo, qui est eius Monasterij Religiosus, in quo potest illi, non minus quam cæteris prouideri de communibus bonis. Non enim Prælatus est supra Concil. Oecumenicum, à quo id vetatur, & Prælatis in ea re dispensandi potestas præripitur. Nec refert quod in multis Ordinis nostri Monasterijs, vt in celeberrimo sancti Pauli Virdunensis, Religiosi possint paternis ac maternis bonis non minus quam Seculares succedere; quandoquidem certum est id de successione in communi, non in particulari intelligi debere. Priuilegium enim illud cócessum est ad amplificanda Monasteria, non ad vniuscuiusque in particulari luxum ac voluptatem.

## MANDATVM 23.

*Hoc Mandatum obligat sub mortali, nisi indliberatio, vel leuitas materiæ excuset.*

Qui autem non habebant, non ea quærant in Monasterio, quæ nec foris habere potuerunt.

## SPECVLVM L.

*In quo apparet non minus esse damnabile in Religioso velle proprium, quam habere.*

*Qui vult aliquid habere est affectu Proprietarius.*

PRima *Instructio*, Non minus est dãnabile & peccato mortali obnoxiũ velle efficaciter habere in Monasterio aliquid propriũ, quam reipsa retinere,

retinere, vt docet Nauar. & ratio est, quia per votum Paupertatis, Religiosus non solum ea quæ habebat reliquit, sed etiam ea quæ habere poterat, nimirum voluntatem habendi. Vnde quoties aliquid actu deliberato possidere, vel habere cupit, quod illi non licet reipsa posside re vel habere, mortaliter peccat, estque affectu Proprietarius.

*Secunda Instructio.* Dolendum magnopere est, aliquos reperiri, qui in victu & vestitu ea superflua & voluptuosa quærant in Monasterio, & murmurant, si è vestigio non consequantur, ad quæ nullo modo foris aspirare poterant; in quos acriter inuehitur Aluarus Pelagius, eisque quadrare asserit, quod gloriosus Hieronym. scripsit. *Qui vix rugientem ventrem pani siligineo saturare in mundo poterant, nunc in Religione similaginem & mella fastidiunt; squalidi famelici & nudi in mundo, in Ordine delicati.* In quos iterum inuehitur cum stomacho idem sanctus Doctor ad Nepotianum sic scribens. *Sunt ditiores Monachi, quam antea fuerant seculares; possident opes sub Christo paupere, quas sub locuplete Diabolo non habuerant; & suspirat eos Ecclesia diuites, quos tenuit mundus antea mendicos.*

*Liber de plãctu Ecclesiæ. art. 54.*

*Epist. ad Nepotianum.*

*Tertia Instructio.* Decipiuntur ij, qui Monasteria ingrediuntur, vt egere nequeant, vel vt necessaria ad mortalem hanc vitam sustentandam habeant. Etsi enim qui Monasteria ingrediuntur, huiusmodi res consequantur, non tamen ea intentione principali ac primaria; ingredi debent, vt docet Humbertus hoc loco alioqui ijs similes sunt, qui Christum Dominum propter panum multiplicationem sequebantur,

*Quã intẽtione debeat quis ingredi Monasterium.*

*Ioannis Cap 6*

bantur, & in sui ingressus cõpensationem temporalia, quæ seminant, metent, non æterna quę non intendunt

Comm. 1. de Regul. nu. 7.
Cur plurimi in Monasteriis non perficiant.

*Quarta instructio.* Nauar. hanc esse rationem asserit cur plurimi in Religione nullum progressum faciant, & cur palato non sano insuauis sit panis spiritualis, qui sano est amabilis. Porro eos qui alia causa quam deuotionis, ingrediuntur Religionem, hoc Catalogo perstringit. *Alius ingreditur parentum metu, vel importunitate: alius vt se de illis vindicet ingerendo illis dolorem: alius vt vitet iustas reprahensiones, fugiat curas, labores egestatem, opprobrium, vel contemptum aliorum; alius vt fiat Abbas, Prior, Commendatarius Beneficiarius: alius quia priùs ira, leuitate, timore mortis, vel alia de causa, quàm deuotionis vouit ingressum.* Hos omnes arguit cum Caietano Ordinis Prędicatorum Generali prudentissimo & Cardinali eruditissimo, qui docet quomodo is qui Religionem ingredi tentat, dispositus esse teneatur. Nimirum ait, is est bene dispositus, *qui omnem suam fiduciam sustinendi onus Religionis ponit in Deo, & interiori affectu verè vult relinquere omnia: ita vt non remaneat affectus ad honorem, non ad gloriam, non ad carnem, & sanguinem neque ad id genus alia quia in hac renuntiatione siue expropriatione consistunt sumptus ædificandi turrim perfectionis in Religione*, quos ita supputare debet, vt caueat eos turri inchoata suppeditare non posse, & sic cæterorum cachinnis pateat, *postquam cœperit ædificare, & non potuerit consummare.* Vt autem paucis instruatur homo, qua intentione debeat ingredi Religionem, dico cum Nauar. eum qui alicui

2. 2. q. fin. seu vltim. art. 1.

Luc. 14.

Religionis Ordini paratus est se ascrbere, debere sibi pro scopo pręfigere victoriam carnis mundi, & Diaboli; adeptionem charitatis, quę in via haberi potest, & consecutionem beatitudinis tam viæ, quam patrię. Volo dicere, quod quicumque ingreditur Religionem, debet ingredi, vt inimicos suos visibiles & invisibiles superare, Deo totus seruire, charitatis perfectionē adipisci & tandem saluari possit. *Commen. citat num, 11.*

## MANDATVM 24.

Sed tamen eorum infirmitati, quod opus est tribuatur: etsi paupertas eorum, quando foris erant nec ipsa necessaria poterat inuenire.

*Hoc mandatū obligat sub mortali, nisi leuitas materiæ aut inaduertentia excuset.*

PRima Instructio. Hoc Mandatum ex superioribus videlicet 19.& 20.Mādatis satis explicatū manet; eo enim ipso quò quis factus est membrum Religionis per professionem, debet cum cæteris membris particeps esse bonorum, quæ ad totum Monasterij corpus fouendum concessa sunt, etiamsi antea stipem ostiatim emendicaret.

*Secunda instructio.* Non est is iudicandus murmurator in Claustro, qui de necessarijs sibi non ministratis, vel denegatis conqueritur aqud eos, quorum interest illa ministrare, vel procurare vt ministrentur. Imò verò in Religionibus bene ordinatis constituitur vnus atque alter in singulis Monasterijs, qui *Quis iudicetur murmurator.*

huiusmodi querimonias excipiant, vel monendo Superiorem, vel conquestorem compescendo, prolatis ijs in medium, quæ querimoniam valent extinguere. In huiusmodi Religionibus verum est, quod ait Climac. *Non dicet homini necessitatem suam, sed quæ offeruntur quasi de manu Domini suscipiet.*

*Gradu. 16.*

## MANDATVM 25.

*Hoc Mandatū obligat sub veniali tantum, nisi interueniat vana cōplacentia, vel superbia mortalis.*

Tamen non ideo putent se esse fœlices, quia inuenerunt victum & tegumentum, quale foris inuenire non poterant.

P*Rima instructio.* Peccant contra hoc Mandatum illi Religiosi, qui interius gloriantur de victus & vestitus abundantia, qua in Monasterio fruuntur; quippe propter hanc abundantiam non verentur Magnatibus huius seculi sese coęquare; vel Seculares, qui non ita lautè tractantur, contemnere. In quo peccatum modo mortale, modo veniale committi potest, iuxta vanæ glorię vel superbię, vel contemptus exterorum magnitudinem.

*Religiosi conditionis suæ immemores.*

*Secunda instructio.* Nonnunquam accidit, vt Religiosi conditionis præteritæ immemores, elationem mentis incurrant, suisque meritis deberi arbitrentur, quæ eis liberaliter à Religione conceduntur. Climacus: *Vidi non nullos pecuniis pauperes, qui prioris suæ paupertatis obliti, in conuersatione pauperum spiritu diuites effecti sunt.* Qui certe graui se ingratitudi-

*Gradu. 16.*

nis

nis erga Deum & Religionem periculo exponunt. Quod periculum vt vitare queant, diligenter Sapientem monentem attendant. *In die bonorum ne immemor sis malorum*, & *Memento paupertatis in tempore abundantiæ*: & *Mel inuenisti, comede quod sufficit tibi*. Audiant & patronum suum D. Augustinum sic consulentem alicubi. *Vtilius terrena opulentia tenetur humiliter, quam superbè relinquitur.* Eccles. ca. 11. Cap. 18 Prou. cap. 25.

## MANDATVM 26.

### Nec erigant ceruicem, quia sociantur eis ad quos accedere non audebant.

Ho: Mandatū tātum obligat sub veniali, nisi accedat malus aliquis finis.

PRima *instructio*. Societas Magnatum in Religione debet Religiosos ad laudes Dei canendas cum Dauide excitare. *Suscitans* (inquit) *à terra inopem, & de stercore erigens pauperem, vt collocet eum cum Principibus*: debet ad amorem Religionis inuitare, vt pote quæ eis conferat quod mundus dare recusarat: debet in spem futuræ in Paradiso societatis eleuare. si enim in hac valle miseriæ Religionis beneficio Magnatibus associari merentur, quanto magis in Regione gloriæ? quod prædixit dilectus Domini discipulus his verbis. *Quod vidimus annuntiamus vobis, vt societatem habeatis nobiscum, & societas nostra sit cum patre & Filio eius Iesu Christo* Psalm. 112. 1. Epist. cap. 1.

*Secunda instructio*. Ceruicem erigere ob causam hic allatam pertinet ad vanam gloriam, quæ est complacentia & appetitus gloriæ inordinatus, quādo videlicet aliquis appetit

manifestationé propriç excellétiç inordinatè, & propter causam minimè legitimá. Sic Doctores Verbo Vana gloria, vel Vana iactantia.

## MANDATVM 27.

*Hoc Mandatũ obligat sub mortali vel veniali pro ratione obiecti.*

Sed sursum cor habeant, & terrena vana non quærant, ne incipiant Monasteria diuitibus esse vtilia non pauperibus, si diuites illic humilientur & pauperes illic inflentur.

## *SPECVLVM LI.*

*In quo apparet grauitas peccatorum Superbiæ & Auaritiæ in Religioso.*



*Rima Instructio.* Religiosus debet sursum cor habere, Deo gratias agendo pro necessarijs sibi in Religione tam benignè ministratis. Quã ego libenter eum monuerim hoc modo. Necessaria si affluant, noli cor apponere; ne baculo arundineo, de quo inniti videaris: quin potiùs cum Salomone. Vide cuncta quæ fiunt sub cœlo, & ijs diligenter consideratis, depositoque omni affectu seu appetitu terrenorum & vanorum, in hæc verba cum eodem prorumpe; *& ecce vniuersa vanitas.* Nam, vt dicit Climacus, *nudus operarius totius mortalis affectionis inimicus, quæ sibi adsunt, quasi non sint ita existimat, et sic apprehendit.*

*Isai.* *Isai. Cap. 36.* *Eccl. 1. Cap.* *Gradu. 16.*

*Secunda instructio.* Res noua & insolita est superbia in paupere. Propterea dicit hic D. Augustinus, *ne incipiant Monasteria diuitibus*

*Cur superbia esse debeat aliena à Religioso.*

*bus esse vtilia & non pauperibus.* Ratio est, quia in paupere non reperitur materia superbiæ, quæ sunt honores & diuitiæ. Vnde sapiens volens reprimere superbiam hominis dicit. *Quid superbit terra & cinis?* Vere igitur in vitis Patrum. *Pallor cum humilitate & macies honos est Monachi.* Et in Epistola quadam Bernardus. *Labor & latebra & voluntaria paupertas, hæc sunt, Monachorum insignia: hæc vitam solent nobilitare monasticam.* Isidorus de summo bono. *Summa Monachi virtus humilitas, summum vitium eius superbia. Tunc se quisque Monachum iudicet quando se minimum existimauerit, etiamsi opera virtutum maiora gesserit.* Quo autem modo & qua occasione superbire vt ita loquar, debeat Religiosus pulchrè declarat Eucher. Lugdun. quodam in Sermone. *Verius Religiosus* (inquit) *debet esse neglector quietis, fugax voluptatis appetitor laboris, patiẽs abiectione, impatiẽs honoris, pauper in pecunia, diues in consciẽtia, humilis ad merita, superbus ad vitia. Accedat his & Gregor. Nyssen. Monachis delitiæ sunt contiñetia & actio: otiũ, & gloria, à nemine cognosci.*

*Eccl. cap. 10.*

*Ep. 42. ad Hẽricum Senonẽ Archiepisc. sub finem.*

*Lib. 3. ca. 20.*


*Quodam loco.*

*Tertia instructio.* Docet hoc loco Humbertus multos esse in Monasterijs, quibus non sunt Monasteria ad salutem, occasione ex his verbis accepta (*ne incipiant.*) Ego verò ijs, quæ in medium profert Humbertus, addiderim, nonnullis non solum Monasteria non esse ad salutem, sed esse ad damnationem; cum ij qui gratiam diuinitus oblatam respuunt, tanquam donorum Dei contemptores, damnationis obnoxij habeantur: quales sunt illi Religiosi, qui suis dissolutionibus occasionem bene sanctéque viuendi diuinitus sibi in Monasterijs

*Quomodo Monasteria quibusdam sua dãnationis loca.*

## SPECVLVM. LII.

### *In quo conspiciuntur remedia contra Auaritiam.*



*Rima instructio*. Vt Auaritiæ siue Proprietatis vitium ex animo pœnitentis Religiosi auellat Confessarius, primum doceat eum perpendere paupertatē filij Dei in hoc seculo. *Propter vos egenus factus est, cum esset diues: vt illius inopia vos diuites essetis.* Imò tam pauper, vt ipsemet dixerit. *Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos; filius autem hominis non habet, vbi caput suum reclinet.* Qui etiam propter nos nudus suspensus est. Posita igitur ob oculos pœnitentis Religiosi huiusmodi consideratione, addat, Religiosum esse Christi sectatorem: vtpote qui hoc eiusdem Christi consilium sit secutus. *Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam & sequatur me*; ac propterea eum nudum cum glorioso Hieronymo, debere nudum Christum sequi.

*Paupertas filij Dei pro nobis suscepta.*

2. Corinth 8.

Luc. Cap. 9.

Matth. 16.

*Secunda instructio*. Secundò, doceat eum perpendere hæc verba Christi pro nobis nudi, apud Mar. *Quam difficile qui pecunias habent, in regnum Dei introibunt?* Et, *Amen dico vobis, quia diues difficilè intrabit in Regnum Cœlorum.* quibus verbis statim subiecit. *Facilius est camelum per foramen acus transire, quam diuitem intrare in Regnum Cœlorum.* Quæ si vera sunt de seculari diuite, votis omnibus soluto, quid de Religioso reipsa vel affectu diuite

Cap. 10.

Matth. 19.

dicendum erit, qui diuitijs omnibus acquisitis, & acquirendis per solemne Paupertatis votum propter Christum renunciauit.

*[N]atura est pau[cis] contenta.*

*Tertia instructio.* Doceat eum seriò cogitare, huic vitæ tam breui, quæ velut transitus, & aqua decurrens est: pauca necessaria esse ac sufficere; illaque pauca, nimirum victum & vestitum (quibus contentos esse etiam Seculares D. Paulus iubet) nobis esse per Religionis liberalitatem acquisita.

*Ad Tim. 6.*

*Quarta Instructio.* Doceat eum perpendere diuitias & huius seculi bona nunquam satietatem afferre; quin imò *quo plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ.* Comparãtur enim diuitiæ aquæ salsę, quæ cum ad sitim extinguendam sumatur, magis eam accendere, experientia probatur.

*[A]ct. Cap. 5.*

*Quinta Instructio.* Doceat eum aduertere miserum Ananiæ & Sapphiræ exitum, qui, quod in primæuo Religiosorum conuentu, aliquid etiam suorum bonorum, inconsulto Prælato suo, D. Petro, retinuissent, morte repentina perierunt.

*Sexta Instructio.* Doceat venturam mortis certissimę incertam horam, in qua suis omnibus contra Paupertatis votum acquisitis sic exuetur, & spoliabitur, vt nunquam nisi igne infernali vestiendus sit; sicque eum Regnum cœlorum (quod Paupertati Monasticæ debetur) propter terrenorum quorumdam breuissimam possessionem vel affectum, perditurum. Valet autem plurimum hæc considera tio. Nam ex D. Gregor. *Si consideremus, quæ & quanta sunt nobis promissa in Cœlis, vilescunt animo omnia, quæ habentur in terris.* Porro mor-

*[H]omel. 37. in [E]uangel.*

*[Gr]ad. 16.*

tis

*tis memoria* (inquit Climac.) *corpus ipsum quoque abnegabit.* Grad. 16.

*Septima Instructio.* Doceatur neminem mittentem manum ad aratrum & respicientem retrò, aptum esse regno Dei: qualis est is, qui votum Paupertatis emisit, & ad bona quę reliquit, rursus affectum conuertit. Luc. 9. Cap.

*Octaua Instructio.* Doceat eum perpendere se esse seruum Christi, ac propterea auaritiæ, quę dicitur *idolorum seruitus*, non debere intentum esse; cum impossibile sit duobus domi nis seruire. Deinde Deum esse zelotem, nec velle seruum sibi specialiter addictum, mammonæ inseruire. *Auaritia est idolorum seruitus.* Ad Ephes. 5. Matth. 6.

*Nona Instructio.* Doceat eum perpendere *quemuis auarum esse Euangeliorum irrisorem, transgressoremque voluntarium.* Ex Climac. Quod si ita est, quantò magis id de Religioso censendum est, qui Euangelicam Paupertatem est professus? Gradu. 16.

*Decima Instructio.* Doceatur perpendere ex Climaco, *quia qui auaritiam & proprietatem vicit, sibi omnes curas amputauit; qui verò illis deuinctus est, nunquam orabit purè.* Nam oratio terrenorum socia, purè in Deum ferri nequit, sed *vir nudus* (vt ibidem ait Climac.) *purißimam orationem emittit. Qui verò cupidus est, materiæ imagines in oratione versat.* Gradu eodem. *Auarus nunquam est deuotus.*

*Vndecima instructio.* Doceatur meditari, Proprietarium Religiosum semper esse vel in necessarijs acquirendis, vel pecunijs congregandis anxium. Vidi ego (testis est Deus quia non mentior) quosdam post peculium expensum tantis angi curis, & sollicitudinibus torqueri, vt coacti vestes laceras portare, vel amicos *Proprietarius semper est anxius.*

sine potu remittere, loqui aliquot diebus sine imprecationibus, nominis Dei in vanum assumptione viderentur non posse. Adeo verum est quod ait Climac. *Neque fluctus vnquam deerunt mari, neque auaro siue Proprietario, iracundia & mœror deesse poterunt; Qui auaritiæ* (siue proprietatis) *materiam contempsit, hic lite omni & controuersia liber euasit. Qui verò possidere amat, pro acu vsque ad mortem corrixabitur.*

Gradu. 16.

*Duodecima instructio.* Doceatur radicem omnium malorum, quę Monasteria inuaserunt esse cupiditatem & Proprietatem, ex Speculo 46. *Hæc enim*, vt idem Author eodem loco, *scelera, & furta, inuidias, cædes, diuortia, inimicitias, procellas, iniuriarum memoriam, crudelitatem, mala denique omnia inuenit.*

*Proprietas mala omnia adinuenit.*

*Decimatertia instructio.* Doceatur perpendere, nihil se habere, cum omnibus renuntiarit. Quare se non posse aliquid sibi actu vel affectu vsurpare, quin alterius bona vsurpet vel appetat; sicque alteri iniuriam inferat; quod fieri non potest sine peccato mortali, cum auaritia, quæ opponitur iustitiæ, semper sit ex se peccatum mortale. Nauar. *Quid enim* (inquit Author citat.) *iam habent proprium, qui ipsum quoque corpus suum alieno imperio exposuerunt?*

*In manual. Cap. 2. 13. nu. 20.*

*Decimaquarta instructio.* Doceatur eum qui tristatur propter alicuius boni terreni carentiam, nōdum esse pauperem Euangelicum. *Anachoresis enim* (teste Climac. ibidem) *omnia arbitratur vt stercora; sin verò contristetur in aliquo, nondum quæ sit vera nuditas, agnouit.*

*Decimaquinta instructio.* Doceatur quæ sit

Paupertatatis Monasticæ vtilitas. Climac. ibidem. *Nuditas rerum omnium curarum est depositio, securitas vitæ, viator omnibus impedimentis liber, mœroris alienatio, mandatorum fides Nudus Monachus mundi totius est dominus Deo enim curam sui credidit, & per fidem omnes possidet seruos.*

*Decima sexta Instructio.* Confessarius has pœnitentias Religioso auaro vel Proprietario iniungat, inprimis vt priuet se, quantum poterit, rebus sibi necessarijs. Deinde, vt eleemosynas frequentes faciat, si administrationem, quæ id patiatur, habeat. Tertiò, Si nullam sui vel alterius administrationem habeat, loco eleemosynę corporalis, iniungatur illi spiritalis, vt instructio pauperum, eorum ministerium, oratio pro ipsis, vel ieiunium, & huiusmodi. Quartò, Ne cum auaritiæ deditis conuersetur & Proprietarios maximè euitet. Quintò, Vt eorum Religiosorum, qui Paupertatem Monasticam ad amussim obseruant, societatem quærat. Sexto, Vt quolibet die aliquam temporis morulam Christi inopis, & in cruce nudi pendentis, paupertati meditandæ impendat.

*Pœnitentiæ iniungendæ Proprietario.*

*Decima septima instructio.* De affectu & appetitu inordinato terrenorum multa habet Cassianus *toto lib. 7.* de spiritu philargyriæ.

MANDA-

## MANDATVM 28.

*Hoc Mandatũ obligat sub veniali tantum, nisi fastidium illud Confratrum ad contẽptũ notabilem perueniret.*

Rursus etiam illi, qui aliquid esse videbantur in seculo, non habeãt fastidio Fratres suos, qui ad illam sanctam Societatem ex paupertate venerunt; magis autem studeant non de parentum diuitum dignitate, sed de pauperum Fratrum societate gloriari:

## SPECVLVM LIII.

*In quo apparet, quis in Religione sit nobilis.*

PRima *Instructio* Duplex est nobilitas, temporalis, & spiritalis. Temporalis, quia est quædam qualitas concessa per eum, qui tenet principatum, qua nobilis ab alijs plebeis distinguitur, non potest esse in Religioso, quia debet simul cum alijs æqualiter vitam ducere, vt habet. Text. *in Can. Quisquis. & Can. final. Dist 41.* Sunt enim omnes in Religione, sine personarum respectu, æqualiter tractandi & puniendi, nisi sint complexionis delicatę. *Cap Cùm ad Monasterium de Statu Monachorum*. Hinc est quòd nobiles suo ingressu in Monasterium nobilitatem & titulum domus perdunt, vel potius eis se abdicant, vel votum Paupertatis, quæ priuilegia, quæ nobilitatem sequuntur, respuit. Huic doctrinæ fauet Authent. *de Monachis in principio, & 27 q. 2. Can. Scripsit.* Quo in loco Glossa ait *quòd si Rex vel Imperator ingrederetur Monasterium, religionemque*

*Quomodo Professio renũciet nobilitati.*

*prosi*

*profiteretur, desineret esse Rex vel Imperator, quia Religiosus habetur pro mortuo*.16.q.1. Placuit. Idem etiam asserit Aluarus *lib 2. de Planctu Ecclesiæ ar*.24 Spiritalis verò nobilitas, quæ in humilitate, & virtutum acquisitione consistit, Religiosum maximè decet; cum ex D. Bernardo in Epistolis, *Monachi insignia sint labor, latebræ, & Paupertas voluntaria.*

*Insignia Religiosi.*

*Secunda Instructio.* Ex prędictis sequitur magnopere decipi eos Religiosos, qui quòd ex nobili genere prodierint, cęteros contēnūt, vel se illis pręferūt; & peccare modò venialiter modo mortaliter, iuxta grauitatē vel paruitatē obiecti vel scandali; cum id non possit ex alio alueo quàm ex superbia vel vana gloria deriuari. Hinc est quòd Nauar. *Comment. Can. Inter verba* 11.q.3. *Conclus.* 5. *nu*. 64. agens de honore, quem sibi immeritò venantur Religiosi ex nobili stirpe oriundi dicat, *Monchos, & Monachas qui se magnifaciunt, eo quòd ex illo, vel illo genere descendant, & contemnunt alios genere inferiores, & interdum piget eos, quòd foris sciatur; vel alios præter filios filiasue Magnatum in suis Monasterijs sibi conuiuere, debere reformare suos cogitatus; quoniam licet per votum Paupertatis non renuncient honoribus, & praeminentiis virtuti, probitatique delbitis, renunciant tamen honori eis ex ostentatione & exteriori apparatu proueniendo. Vterque Thomas* 2.2.q.186 *ar* 7.*ad* 4.

*Nobiles in Monasteriis quo modo peccent.*

*D. Thom. & Thom. Caiet.*

*Tertia instructio.* Peccant etiam contra hoc Mandatum, qui inter familiaria colloquia non possunt nobilitatem generis sui reticere. Magis (inquit Legistator) *studeant de pauperum Fratrum societate, quam de parentum diuitum* digni

*In quo debet gloriari nobilis ex Stirps in Monasterio.*

*dignitate gloriari.* Huius autem farinę Religiosi videntur in hoc respicere retro. & bonis honoribusque, quibus se abdicauerunt, inhiare; quibus ego inculcarem libenter post sancti Alexij nobilissimi Romani exemplum in occultando genere suo, etiam in domo paterna, quod vas electionis Paulus Galatis inclamat: *Non est Iudæus neque Græcus; non est seruus, neque liber; non est masculus, neque fœmina. Omnes enim vos vnum estis in Christo.* Quo loco occurrit mihi illud illustrissimi Cardinalis Bellarmini dictum, qui cum Religiosum quendam audiret grandia de genere suo propalantem, sic ipse, quamuis ex nobilissima prosapia oriundus, seipsum abiecit, & iactatorem confudit. Ego vero sum pastoris ouium filius. In hoc Patriarchas viros nobilissimos & potentissimos imitatus, qui coram Pharaone constituti, nihil aliud quam *Pastores ouium & nos & Patres nostri sumus*, de se prædicarunt.

*Cap. 3.*

*Cardinalis Bellarminus vir doctissimus & Humillimus.*

*Genes. 47.*

*Quarta instructio.* Humbertus hoc loco ostendit Religiosos esse sibi mutuo Fratres triplici modo, videlicet natura, fide & Religionis conformitate, ac propterea non debere eos sese mutuo contemnere, iuxta illud Malachiæ: *Quare despicit vnusquisque fratrem suum?* Addiderim ego esse spirituales, ac propterea Fraternitatem illam pluris æstimari ab ipsis debere, quàm carnalem, cum spiritalia carnalibus sint longè præstantiora.

*Religiosi sunt sibi mutuo Fratres triplici modo.*

*Cap. 2.*

*Quinta instructio.* Absit à Religioso gloriari, nisi cum Apostolo, *in cruce Domini nostri Iesu Christi*; quandoquidem vnusquisque gloriari solet in eo, quod excellit in suo statu. Faber

*Quis in re debeat gloriari Religiosus.*

enim ferrarius non gloriatur in quadrando lapide, sed in ferro acuendo, & Faber non inuidet gloriæ Latomi alicuius, sed Fabri. Status autẽ Religiosi, est status Crucifixi. Religiosos enim D. Chrysostomus propterea quodã in loco *Crucifixos* appellat, quod crucem suam quæ in Religionis austeritatibus amplexandis consistit, portare, & in cruce Christi, & suis infirmitatibus, exemplo Apostoli, gloriari debeant: cum ipsi sint hoc Christi consilium sequuti: *Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam & sequatur me.* Vt autem Confessario in promptu sint remedia ad tollendam pœnitentis sui Religiosi superbiam, vel vanam gloriam, sequentes instructiones in Speculo sequenti subieci.

*Ad Galat. 6.*

*Matth. Cap. 16.*

## *SPECVLVM LIV.*

### *In quo apparent remedia contra Superbiam.*

PRima *instructio.* Ad remedium Superbiæ plurimum proderit ostendere pœnitenti Religioso, statum Religionis esse loca pœnitentiæ non superbiæ, esse scholas abdicationis & contemptus suiipsius; esse latebras & cauernas hominum fugientium pompas, honores & dignitates huius seculi, ac propterea eos Monasteriorũ cõditionẽ & naturã peruertere, qui in eis superbiunt; existimando se habere à seipsis quod habent; vel credẽdo se non gratis, sed ex

*Vana gloria.*

debito

debito accepisse: vel laudari appetunt cum cæterorum despectu; volentes singulariter videri, habere quod habent, non ad gloriam Dei, & salutem proximi; aut ambientes honorem de excellentia quam non habent: vel ex peccato gloriam quçrunt, vel ob vanam gloriam principaliter orant, concionantur, eleemosynas largiuntur: vel Ecclesiasticas ambiunt dignitates indignè, vel in malum finem: vel præsumunt & aggrediuntur cum notabili Dei irreuerentia aut proximi detrimento, quo est supra vires vel merita; vt cum quis vult audire confessiones sine sufficienti scientia, vel potestate absoluendi, vel dispensandi: vel nolunt præceptis Superiorum recta prçcipientium subdi, & eorum repræhensionibus subijci: vel se extollunt supra id quod sunt contra gloriam & reuerentiam Dei, aut proximi charitatem: vel tres nouas aut verba inueniunt, quibus sint alijs admirationi, in contemptum Diuini cultus; aut damnum notabile proximi, vt cum quis vestes ad excitandum alios ad luxuriam, vel ad contemptum Religionis, vel superantes suum statum, vel conuiuia magnifica neglecta æris alieni, cui obnoxius est solutione procurat: vel volunt curiosa sectari ac eorum notitiam malis artibus adipisci, aut in malum certè finem, vt qui vellet scire artes magicas; vel obscœnas historias aut impudicitiæ sordes redolentia poemata voluntare, vel quod peius adhuc est, libros hæreticos legere, vel eos etiam qui nihil nisi vana aut ridiculà continent, relictis ijs quæ sunt sui officij: vel simulant se habere quod non habent, aut excel-

*Præsumptio.* *Inobedientia.* *Iactantia.* *Inuentio nouitatis.* *Curiositas.* *Hypocrisis.*

lentius

lentius quam habent, fingentes sanctitatem præposterum ob finem, vt ad seminandum falsam doctrinam, vel adipiscendam Ecclesiasticam dignitatem, qua sunt indigni: vel pertinacius hærent in propria sententia ad ostentationem proprij ingenij, nolentes credere meliori; idque vel in rebus fidei, vel spectantibus ad bonos mores, contra communem Doctorum opinionem, & Ecclesię authoritatem, aut in notabile damnum proximi: vel impugnant scienter veritatem, vel contendunt ita inordinate, de eo quod sibi videtur, vt proximus scandalizetur: vel nolunt à propriâ voluntate discedere, vt alijs consentiāt circa doctrinam pertinenten ad charitatem Dei, aut salutem propriam, aut alienam; idque de industria, & consilio dissentiendi à proximo. Porro hæc omnia vt explicata sunt, peccata mortalia reputantur, quamuis venialia esse possint ex indeliberatione, vel actus imperfectione, vel materię leuitate. *Contentio.*

*Secunda Instructio.* Proderit secundò ob oculos pœnitentis Religiosi ponere, Religiosum nihil habere, sed omnibus renunciasse, videlicet corpori per Castitatem, animæ siue voluntati per Obedientiam, & bonis externis per Paupertatem; ac propterea non posse superbire nisi de nihilo, quod est absurdū, cum superbia sit de excellentia propria non de nihilo. Sapiens; *Tres Species odiuit anima mea, pauperem superbum, diuitem mendacem; & senem fatuum & insensatum.* Climacus vero hac omnimodam Religiosi renunciationem, & ex qua, tanquam ex fonte humilitas scaturire debet, attendens, Religiosum sic describit. *Absurda est superbia in Religioso.* *Eccl. cap. 29.*

*Monachus est animi oculus omni elatione carens, immobilisque corporis sensus. Monachus est humilitatis abyssus spiritū omnē præcipitās & suffocās.*

*Qnid sit Religiosus.*
*Gradu. 22.*

*Tertia Instructio.* Proderit tertiò illi repræsentare, bona Monasterij esse cōmunia, nec esse alicuius particularis, sed cōmunitatis; ac propterea Religiosū nō debere propter aliquā excellētiam in se existētem superbire; quandoquidē illa sua nō est, sed communitatatis, vel Dei cui eam in Professione donauit.

*Quarta instructio.* Proderit quartò ostendere, Religiosum esse partem, & membrum cōmunitatis; ac propterea non debere extolli, si quid habet excellentiæ, sed totum, cuius est pars, vel corpus, cuius est membrum. Neque enim pes gloriatur in sua fortitudine, sed homo qui totū est quoddā, cuius pars infima, pes est.

*Religiosus debet vti rebus omnibus tanquàm mutuo acceptis.*

*Quinta Instructio.* Proderit quintò docere, Religiosum ijs omnibus, quibus vtitur, vti tanquam rebus mutuo acceptis, & ad Deum per donationem in Professione, spectantibus; ac proinde de ijs non debere gloriari, sed ei à quo ipse mutuo accepit, gloriam dare. Neque enim qui strenuo equo alterius vtitur, sibi merito applaudere potest, sed mutuanti. *Quid habes* (inquit Apostolus) *quod non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? Pudor est* (inquit Climacus.) *Alieno ornamēto gloriari, extremaq; demētia de donis extolli.* Si ita est, quanto magis de mutuo concessis?

*1. ad Cor. c. 4.*
*Gradu. 22.*

*Inanis gloria perdit bona opera.*

*Sexta instructio.* Proderit sexto, si doceat Religiosum omnium bonorum operum, quę in Monasterio, tanquā cælesti horreo congregat, iacturam per inanem gloriam, vel iactantiam, vel præsumptionē, quasi in instanti, & in ictu

oculi

oculi facere. *Superbia enim bonis operibus* (vt ait Legislator) *insidiatur vt pereant.* Et hoc est etiã quod inculcat Climac. his verbis. *Cenodoxia est speciè quidem immutatio naturæ, morumque peruersio & obseruatio querelæ: qualitate vero laborum dißipatio, sudorum perditio, thesaurorum insidiæ, perfidiæ alumna, superbiæ præcursor, in porta naufragium, in area formica. Quæ etsi tenuis est, laboribus omnibus & fructibus insidiatur. Expectat formica dum perficiatur triticum; Cenodoxia verò dum congregentur opes. Gaudet illa, vt furetur; hæc autem vt dißipet. Gaudet desperationis spiritus, cùm videt multiplicari vitia; Cenodoxia verò cùm virtutem multiplicari videt. Prioris ianua multitudo vulnerum, secundæ verò diuitiæ laborum. Obserua diligenter, & vsque ad mortem & sepulchrum, inuenies hanc nefariam labem, quotidie vestibus, vnguentis, pompis, aromatibus & alijs florere. Lucet omnibus affatim Sol, omnibusque studijs Cenodoxia aggaudet. Verbigratia, si ieiuno, inaniter glorior, si latendi causa soluo ieiunium, tanquam prudens iterum glorior; si splendidè vestitus sum, vincor ea peste, si vilius induar, denuo glorior, si loquar, hac superor, si taceam, iterum superatus sum. Quocumque hunc tribulum ieceris, erecto persistit aculeo.* Hæc Climac. Ex quibus patet quã multis modis insidietur nobis Vana gloria, ac proinde quæ nos ipsi gerere debeamus, ne in eius subtilissimos laqueos incidam⁹: sicq; omniũ vigiliarũ, ieiuniorũ, silẽtij, & cæterarũ austeritatũ Monasticarũ mercedẽ euacuemus, *Monachus enim* (vt ibidẽ Clima.) *inaniter gloriãs, duab. ex partib. læditur.* Gradu. 21.

*Corpus enim per afflictionem conterit, nec vllam inde mercedem recipit.*

*Septima Instructio.* Proderit septimo exponere, Quid sit homo, quam vilis & abiectus, vtpote qui quoad corpus ex fœtida & sordida materia coagulatus sit, & nunc stercorum saccus existat; siti, inedię, frigori, ac calori, morbis omnibus, & miserijs, ac tandem morti subiectus, & post eam, esca vermium indubie futurus. Climac. *Noli elata ceruice gloriari luteus cum sis. Plurimi enim qui sancti atque omni materia pudore fuerant liberi, de cœlo deiecti sunt* Quoad animam verò etiam est miserabilis. Scatet enim illa innumeris etiam defectibus, errore & ignorantia; & infinitis prauis affectionibus, in quibus reprimendis miser homo totus sollicitus & anxius viuit.

*Quam vilis sit homo.*

*Gradu. 22.*

*Octaua instructio.* Proderit octauò, exponere vanitatem, & fluxum rerum mundanarum, vt honoris, fauoris, nobilitatis; pulchritudinis, diuitiarum, scientiæ, dignitatum, & aliorum bonorum externorum, ob quæ mortales tantopere gloriantur; quamque stultum sit de hoc se iactare, vel extollere, quod velut ventus, & fumus euanescit.

*Fluxus rerum mundanarum.*

*Nona instructio.* Proderit nonò ostendere, quàm imperfecta, & impura sint opera nostra bona, in quibus gloriamur, vel alios despicimus. Sunt enim teste Isai. *Quasi pannus menstruatæ omnes iustitiæ nostræ.*, & nihil habent boni, vel meriti, nisi Dei gratia cooperante: quicquid verò vitij admixtum habent, à nobis, velut ab impurissimo fonte, scaturire dignoscitur. Miscemus enim gratiæ Dei, & sancti Spiritus donis, mentis nostrę diuagationes

*Quam opera nostra sint impura.*

*Cap. 64.*

absurdissimas, cordis affectus stolidissimos, negligentias, irreuerentias & omissiones innumeras: adeo vt de illis nostris bonis magis Diuinum iudicium vereri, quàm de ijs gloriari debeamus; cùm Diuini Vatis oraculo, *Maledictus ille* censeatur, *qui facit opus Domini negligenter.* *Hier. 48. secundū edit. 70 Interp.*

*Decima Instructio.* Proderit decimò, exponere Superbiam maximè dedecere hominem; cū ab ipso Deo, quē nō agnoscit in suis donis, sit ex nihilo creatus, & ab ipso ita dependet quotidie in cōseruari, vt si leuissimo momēto suū cōcursum subtrahit, homo totū suum esse amittat; vtpote qui ex se ipso nihil aliud possit quàm in nihilū tendere, deficere, & in peccati voraginem corruere. *Superbia dedecet hominem.*

*Vndecima Instructio.* Proderit vndecimo, docere hominem ita suapte natura esse imbecillē, ac miserū, vt cadere possit, sed à peccato surgere, nisi diuino munitus auxilio, nō possit. In hoc similis vnius anni puerulo, qui solus cadere, sed surgere sine nutricis ope nequit. *Homo suapte natura imbecillis.* *Simile.*

*Duodecima instructio.* Proderit duodecimò, exponere in quot & qualia pericula peccandi incidat quotidie homo; quam vilia sint peccata; quàm fœda, quàm Deo, & eius ministris odiosa, & quæ non nisi flammam perpetuam operantur; ac proinde suppetere magnam occasionem sese innumeris modis abijciendi & despiciendi, & ne minimum quidem sese extollendi; cum suis peccatis, quasi funibus, quotidie vinciatur, & ad patibulum æternum pertrahatur.

*Decimatertia instructio.* Proderit decimotertiò, ostendere incertitudinem status homi- *Eccles. cap. 9.*

nis, videlicet quod nesciat an odio vel amore dignus sit, An finaliter damnatus, vel saluandus. Quid igitur extollitur?

Humilitas filii Dei. *Deicimaquarta instructio.* Proderit decimo quarto, exponere humilitatem filij Dei. Qui *cum in forma Dei esset*, coæqualis & consubstantialis æterno Patri, *exinaniuit semetipsum formam serui acipiens*, & inter homines vilissimos, vt abiectissimus, post triginta tatrium annorum, vel circiter humillimum decursum, pro peccatis nostris, cruci vilissimæ & ignominiossimæ affigi voluit. Quid igitur nos natura & conditione vilissimi, & nulla re, nisi ipsis peccatis, ob quæ expianda filius Dei ita se abiecit, quasi ornati superbire cogitamus? Non pudet humanam intumescere atque extolli fragilitatem in conspectu Diuinæ Maiestatis, ita pro peccatis nostris abolendis sese humiliantis, & ad humilitatem sic nos exhortantis, *Discite à me, quia mitis sum & humilis corde?*

Ad Phil. 2.

Matt. cap. 11.

*Decimaquinta instructio.* Proderit decimoquinto, Sanctorum, qui humilitatem vnicè coluerunt, exempla percurrere; & ostendere quomodo Deus se illis beneuolum, & amicũ exhibuerit, variaque Spiritus sancti charismata concesserit: vt beatę Virgini, cui ob insignẽ humilitatem, vt fatetur in Cantico suo *Magnificat*, priuilegia inaudita, & insolita, & vt ipsa ait, mirabilia seu magna fecit. *Ad quem respiciam, nisi ad pauperculum, & contritum spiritu & trementem sermones meos?* Optimè nos in hac parte monet Climacus. *Nunquam nosmetipsos disquirere & diiudicare desinamus: iugiter probatissimorum Patrum, qui ante nos luminarium in mo*

Luc. 1. cap.

Isai. 66.

Humilitas nascitur ex sui scrutatione.

Gradu. 22.

*in modum splenduerunt, vitam ac mores intueamur, nosque ad illorum comparationem studiosius examinemus. Tunc sanè tunc nosipsos ne vestigium quidem diligentioris conuersationis attigisse inueniemus, sed seculari adhuc instituto immorari.*

*Decimasexta Instructio*. Proderit decimosexto, Superborum pœnas explicare, vt Luciferi, Saulis, Nabuchodonozoris, Roboami, Antiochi, & aliorum, quorum superbiam Deus miris, ac diris pœnis est persequûtus, vt pote qui superbis resistat, humilibus autem det gratiam. Et certè etiamsi aliquis nullo alio malo grauaretur, quàm sola Superbia, nihilominus miser, contemptus, & odiosus foret apud Deum, vt patet de Lucifero. Hinc D. Bernardus. *Quid tu superbis terra & cinis? Si superbientibus Angelis Deus non pepercit, quanto magis tibi putredo & vermis? Nihil ille fecit, nihil operatus est; tantum cogitauit superbiam; & in momento & ictu oculi irreparabiliter præcipitatus est. Fugite superbiam, Fratres mei (quæso) multum fugite. Initium omnis peccati superbia, quæ tam velociter ipsum quoque syderibus cunctis clarius micantem æterna caligine obtenebrauit Luciferum; quæ non modo Angelum, sed Angelorum primum in diabolum commutauit.* Si sic actum est de Angelo, quid de terra & cinere? Ille in cœlo intumuit, tu in sterquilinio. Quis non tolerabiliorem censeat in diuite quàm paupere superbiam, cum potentibus cognata videatur superbia?

*Superborum pœnæ.* *Isai. 14.* *1. Reg. 15.* *Daniel. 4.* *3. Reg 12.* *1. Machab. 6. & 2. lib. ca. 9.* *Serm. 1. de Aduentu, & 6. circũstantiis eius.*

*Decimaseptima instructio*. Proderit decimo septimò, subijcere oculis pœnitẽtis aretalogũ

*Gradu. 21.*

esse idolorum cultorem, *quippe qui*, vt docet Climac. *Deum quidem colere & venerari videtur hominibus vero, non Deo placere studet.*

*Decima octaua instructio* Proderit decimooctauo, docere ex Climaco ibidem, *Eum qui in prærogatiuis naturalibus, puta acumine, peritia, lectione, pronunciatione, ingenio, cæterisque omnibus, quæ nobis sine nostro labore prouenmunt, extollitur, nunquam eis quæ supra naturam sunt bonis potiturum. Qui fidelis est in minimo, & in maiori fidelis est*, ait Christus, *& qui in modico iniquus est, & in maiore iniquus est.* Accedit quod ea quę nobis sine vllo labore proueniunt, Dei dona sint. *Quæcumque* (inquit Climacus) *tibi ante natiuitatem fuere virtutum bona, eis solis gloriare; nam quæ post generationem, tibi Deus largitus est, vt ipsam quoque natiuitatem. Quas ergo virtutes præter mentem acquisiuisti, illæ sola tuæ sunt. Mentem enim tibi largitus est Deus: & quæ extra corpus exegisti certamina, ex tuo solo studio fuerunt, corpus quippe non tuum est opificium, sed Dei.*

*Gradu. 21.*

*Luc. cap. 16*

*Omnia nostra sunt Dei dona Gradu. 22.*

*Decima nona Instructio.* Proderit decimo nonò, indicare pœnitenti cenodoxiam proditoris personam induere, cum quasi pro audientium vtilitate virtutes propalare suggerit. *Quid autem proderit homini*, (ait Climac.) *si mundo vniuerso prosit, sibi vero ipsi detrimentum faciat?* Porro vt aduertas hanc proditionem, subijcit idem Climacus de quodam sui temporis humili Anachoreta. *Cum sederem* (inquit) *in cœtu quodam, aduenientes ad me cenodoxiæ & superbiæ Dæmones iuxta me ex vtraque parte sederunt. Vnus ex his quidem digito suo illo nouissimo pulsauit latus meum, hortans vt aliquid quod ad*

*Cenodoxia prodit hominem. Gradu. 22.*

con

*contemplationem pertineret, siue opus quodlibet in deserto à me gestum loquerer; quem cùm à me expulissem, dicens; Conuertantur retrorsum & erubescant, qui mala cogitant: mihi protinus is qui à sinistris erat, ad aurem dixit: Eia bene fecisti, magnusque effectus es; quippe qui prudentissimam matrem meam viceris. Ad quem ego ritè, sequentes versus assumens, dixi; Auertantur statim erubescentes, qui dicunt mihi, Eia bene fecisti.* *Psalm. 6.*

*Vicesima Instructio.* Proderit vicesimo, ipsi pœnitenti Religioso repræsentare, psalmodię ac orationis suæ quotidianæ interruptionem, distractionem, & indeuotionem. Climacus. *Quoties ad inanem gloriam studiosè aliqua facere tentamus, luctus nostri meminerimus ac nostræ secretioris & tepidæ orationis, prorsusque illius improbitatem obtundemus, atque irreuerentiam transferemus: si tamen veræ orationis nobis cura est.*

*Indeuotionis causa plerũque est vana gloria Gradu. 21.*

*Vicesima prima Instructio.* Confessarius debet Religioso pœnitenti de Superbia, vana gloria, iactatione, præsumptionę, inobedientia, contemptu & cæteris superbiæ operibus, has, vel similes pœnitentias iniungere, videlicet, vt nunc exerceat opera vilia, purgando caligas, calceos, vestes, immunda loca, vasa, & scutellas Confratrum, lectos eorumdem, vel etiam seruorum sternendo. Modo, vt infimo loco accumbat, simpliciores & viliores poplite flexo, vel capite inclinato salutet, eis sese adiungat, & cum eis familiariter cõfabuletur, eis infirmitates suas, quæ nullum pariunt scãdalum, vel infamiã, aperiat, & eos honoret ac reuereatur. Aliàs, vt hospitalia perlustret, pauperibus & ægrotis ministret, vulnerum

*Pœnitentia superbis iniungenda.*

ſaniem detergat, cibum eis porrigat, & eorum, vel Fratrum pedes oſculetur. Si autem aliquibus diſpliceret aliquod horum præſtare, aliud iniungatur, vt cui diſplicet caligas Confratris purgare, iniungatur ei humilis ſalutatio eiuſdem Confratris. Alias etiam iuuerit iniungere vt humi ſe proſternat, humum ſæpius deoſculetur, ſibimetipſi exemplo ſancti Franciſci conuicietur, vt roſarium flexis genibus, vel humi iacens recitet. *Miſerere mei Deus*, ſæpius inclamet. *Peccaui ſuper numerum arenæ maris.* Et, *iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum. Putruerunt & corruptæ ſunt cicatrices meæ à facie inſipientiæ meæ*, ſæpius repetat: occurrentes Fratres ſalutet dicendo, omnes actiones meę ſicut *pannus menſtruatæ*, vel ego, *puluis & cinis*, vel ego, *ſicut terra ſine aqua*, vel *omne donum deſurſum eſt deſcendens à Patre luminum*, vel quod facere debui nondum feci, ac propterea ne ſerui quidem invtilis nomen commerui. Alias, vt non loquatur, ſicque aretalogus eſſe nequeat. Alias, vt ignominiam quærat. Alias, vt quotieſcumque laudatur, iniquitatum ſuarum recordetur.


*Pſal. 37.* *Eſa. 64.* *Geneſ. 18.* *Pſal. 142.* *Iacob. 1.*

## MANDATVM 25.

Ne extollantur, ſi communi vitæ aliquid de facultatibus ſuis contulerunt. Nec de ſuis diuitijs magis ſuperbiant, quia eas Monaſterio partiuntur, quàm ſi in ſeculo fruerentur. Alia quippe quæcumque iniquitas in malis operibus exercetur, vt fiat, ſuperbia verò etiam bonis operibus inſidiatur, vt pereant.

*Hoc Mandatum obligat tantum ſub veniali, niſi interueniret inſignis Fratrum contemptus, vel ſcandalum notabile.*

SPECV-



*Nstructio vnica.* Contra hos præclarè Eucherius Lugdunensis Præsul. *Non satis prodest* (inquit) *quod à nobis qualescumque facultates excludimus, quando in nobis resederunt cupiditates. Inde est, quod interdum de rebus paruissimis excitamur & pro vilium rerum appetitu vilissimas intentiones mouemus. Et inter hæc quomodo exultat aduersarius noster, quando nos videt ad hoc maxima contempsisse, vt in minimis deformius vincamur? Ideoque ea, quæ foris posita erant abiecisse nihil prodest, nisi etiam ea quæ intus ipsius animæ visceribus adhæserunt, radicitus euellantur. Vnde & Apostolus non dixit, Aurum & argentum radix est omnium malorum, sed magis cupiditas diuitiarum: & non solum diuites, sed & qui volunt diuites fieri incidere in laqueum tentationum. Ergo Apostolus non solum habentes, sed ipsam habendi persequitur voluntatem. Ideoque nihil proficit homo relinquendo quod extra se est, qui vitia intra se tenet. Itaque (vt dixi Fratres) hic sumus, & toti non sumus.*

*Homel. 5. ad Monachos.*

*1. ad Tim. 6.*

## *SPECVLVM LV.*

### *In quo apparent damna superbiæ in Religioso.*


*Rima instructio.* Huiusmodi iactantia, vel vana gloria communiter est peccatum veniale, quia in ea reperitur sola vanitas, quæ non est aliud quam venialis, nisi coniungatur cum magno Confratrum contemptu, & scandalo.

*Doctor Fumus. Verbo iactantia.*

*Secunda instructio.* Aluarus lib. 2. ar. 76. notat

*Triplex claustralium Superbia.*

mul


saniem detergat, cibum eis porrigat, & eorum, vel Fratrum pedes osculetur. Si autem aliquibus displiceret aliquod horum præstare, aliud iniungatur, vt cui displicet caligas Confratris purgare, iniungatur ei humilis salutatio eiusdem Confratris. Alias etiam iuuerit iniungere vt humi se prosternat, humum sæpius deosculetur, sibimetipsi exemplo sancti Francisci conuicietur, vt rosarium flexis genibus, vel humi iacens recitet. *Miserere mei Deus*, sæpius inclamet. *Peccaui super numerum arenæ maris.* Et, *iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum. Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ à facie insipientiæ meæ*, sæpius repetat: occurrentes Fratres salutet dicendo, omnes actiones meę sicut *pannus menstruatæ*, vel ego, *puluis & cinis*, vel ego, *sicut terra sine aqua*, vel *omne donum desursum est descendens à Patre luminum*, vel quod facere debui nondum feci, ac propterea ne serui quidem invtilis nomen commerui. Alias, vt non loquatur, sicque aretalogus esse nequeat. Alias, vt ignominiam quærat. Alias, vt quotiescumque laudatur, iniquitatum suarum recordetur.

*Psal.37.* *Esa.64.* *Genes.18.* *Psal.142.* *Iacob.1.*

## MANDATVM 25.

Ne extollantur, si communi vitæ aliquid de facultatibus suis contulerunt. Nec de suis diuitijs magis superbiant, quia eas Monasterio partiuntur, quàm si in seculo fruerentur. Alia quippe quæcumque iniqui-tas in malis operibus exercet[...] superbia verò etiam b[...] ribus insidiatur, v[...]

*Hoc Mandatum obligat tantum sub veniali, nisi interueniret insignis Fratrum contemptus, vel scandalum notabile.*



*Nstructio vnica.* Contra hos praeclarè Eucherius Lugdunensis Praesul. *Non satis prodest (inquit) quod à nobis qualescumque facultates excludimus, quando in nobis resederunt cupiditates. Inde est, quod interdum de rebus paruissimis excitamur & pro vilium rerum appetitu vilissimas intentiones mouemus. Et inter hæc quomodo exultat aduersarius noster, quando nos videt ad hoc maxima contempsisse, vt in minimis deformius vincamur? Ideoque ea, quæ foris posita erant abiecisse nihil prodest, nisi etiam ea quæ intus ipsius animæ visceribus adhæserunt, radicitus euellantur. Vnde & Apostolus non dixit, Aurum & argentum radix est omnium malorum, sed magis cupiditas diuitiarum: & non solum diuites, sed & qui volunt diuites fieri incidere in laqueum tentationum. Ergo Apostolus non solum habentes, sed ipsam habendi persequitur voluntatem. Ideoque nihil proficit homo relinquendo quod extra se est, qui vitia intra se tenet. Itaque (vt dixi Fratres) hic sumus, & toti non sumus.*


*Homel. 5. ad Monachos.*

*1. ad Tim. 6.*

---

## *SPECVLVM LV.*

*In quo apparent damna superbiæ in Rel*[illegible]



*Rima instructio.* H[illegible]mo[illegible] tia, vel vana [illegible] peccatum [illegible] ritur [illegible] quam venial[illegible] Confratru[illegible]

*Secund*[illegible]

[illegible]ctor Eu[illegible] [illegible]rbo[illegible] [illegible]

debito accepiſſe: vel laudari appetunt cum cæterorum deſpectu; volentes ſingulariter videri, habere quod habent, non ad gloriam Dei, & ſalutem proximi; aut amb entes honorem de excellentia quam non habent: vel ex peccato gloriam quęrunt, vel ob vanam gloriam principaliter orant, concionantur, eleemoſynas largiuntur: vel Eccleſiaſticas ambiunt dignitates indignè, vel in malum finem: vel præſumunt & aggrediuntur cum notabili Dei irreuerentia aut proximi detrimento, quo eſt ſupra vires vel merita; vt cum quis vult audire confeſſiones ſine ſufficienti ſcientia, vel poteſtate abſoluendi, vel diſpenſandi: vel nolunt præceptis Superiorum recta pręcipientium ſubdi, & eorum repræhenſionibus ſubijci: vel ſe extollunt ſupra id quod ſunt contra gloriam & reuerentiam Dei, aut proximi charitatem: vel tres nouas aut verba inueniunt, quibus ſint alijs admirationi, in contemptum Diuini cultus; aut damnum notabile proximi, vt cum quis veſtes ad excitandum alios ad luxuriam, vel ad contemptum Religionis, vel ſuperantes ſuum ſtatum, vel conuiuia magnifica neglecta æris alieni, cui obnoxius eſt ſolutione procurat: vel volunt curioſa ſectari ac eorum notitiam malis artibus adipiſci, aut in malum certè finem, vt qui vellet ſcire artes magicas; vel obſcœnas hiſtorias aut impudicitiæ ſordes redolentia poemata voluntare, vel quod peius adhuc eſt, libros hæreticos legere, vel eos etiam qui nihil niſi vana aut ridiculа continent, relictis ijs quæ ſunt ſui officij: vel ſimulant ſe habere quod non habent, aut excel

*Præſumptio.*

*Inobedientia.*

*Iactantia.*

*Inuentio nouitatis.*

*Curioſitas.*

*Hypocriſis.*

lentius

lentius quam habent, fingentes sanctitatem præposterum ob finem; vt ad seminandum falsam doctrinam, vel adipiscendam Ecclesiasticam dignitatem, qua sunt indigni: vel pertinacius hærent in propria sententia ad ostentationem proprij ingenij, nolentes credere meliori; idque vel in rebus fidei, vel spectantibus ad bonos mores; contra communem Doctorum opinionem, & Ecclesię authoritatem, aut in notabile damnum proximi: vel impugnant scienter veritatem, vel contendunt ita inordinate, de eo quod sibi videtur, vt proximus scandalizetur: vel nolunt à propria voluntate discedere, vt alijs consentiât circa doctrinam pertinenten ad charitatem Dei, aut salutem propriam, aut alienam; idque de industria, & consilio dissentiendi à proximo. Porro hæc omnia vt explicata sunt, peccata mortalia reputantur, quamuis venialia esse possint ex indeliberatione, vel actus imperfectione, vel materię leuitate. *Contentio.*

*Secunda Instructio.* Proderit secundò ob oculos pœnitentis Religiosi ponere, Religiosum nihil habere, sed omnibus renunciasse, videlicet corpori per Castitatem, animæ siue voluntati per Obedientiam, & bonis externis per Paupertatem, ac propterea non posse superbire nisi de nihilo; quod est absurdũ, cum superbia sit de excellentia propria non de nihilo. Sapiens; *Tres Species odiuit anima mea, pauperem superbum, diuitem mendacem; & senem fatuum & insensatum.* Climacus vero hac omnimodam Religiosi renunciationem, & ex qua, tanquam ex fonte humilitas scaturire debet, attendens, Religiosum sic describit. *Absurda est superbia in Religioso.* *Eccl. cap. 29.*

*Monachus est animi oculus omni elatione carens, immobilisque corporis sensus. Monachus est humilitatis abyssus spiritũ omnẽ præcipitãs & suffocãs.*

*Quid sit Religiosus. Gradu. 22.*

*Tertia Instructio.* Proderit tertiò illi repræsentare, bona Monasterij esse cõmunia, nec esse alicuius particularis, sed cõmunitatis; ac propterea Religiosũ nõ debere propter aliquã excellẽtiam in se existẽtem superbire; quandoquidẽ illa sua nõ est, sed communitatatis, vel Dei cui eam in Professione donauit.

*Quarta instructio.* Proderit quartò ostendere, Religiosum esse partem, & membrum cõmunitatis; ac propterea non debere extolli, si quid habet excellentiæ, sed totum, cuius est pars, vel corpus, cuius est membrum. Neque enim pes gloriatur in sua fortitudine, sed homo qui totũ est quoddã, cuius pars infima, pes est.

*Religiosus debet vti rebus omnibus tanquàm mutuo acceptis.*

*Quinta Instructio.* Proderit quintò docere, Religiosum ijs omnibus, quibus vtitur, vti tanquam rebus mutuo acceptis, & ad Deum per donationem in Professione, spectantibus; ac proinde de ijs non debere gloriari, sed ei à quo ipse mutuo accepit, gloriam dare. Neque enim qui strenuo equo alterius vtitur, sibi merito applaudere potest, sed mutuanti. *Quid habes* (inquit Apostolus) *quod non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? Pudor est* (inquit Climacus.) *Alieno ornamẽto gloriari, extremaq́; demẽtia de donis extolli.* Si ita est, quanto magis de mutuo concessis?

*1. ad Cor. c. 4. Gradu. 22.*

*Inanis gloria perdit bona opera.*

*Sexta instructio.* Proderit sexto, si doceat Religiosum omnium bonorum operum, quę in Monasterio, tanquã cælesti horreo congregat, iacturam per inanem gloriam, vel iactantiam, vel præsumptionẽ, quasi in instanti, & in ictu

oculi

oculi facere. *Superbia enim bonis operibus* (vt ait Legislator) *insidiatur vt pereant.* Et hoc est etiã quod inculcat Climac. his verbis. *Cenodoxia est specie quidem immutatio naturæ, morumque peruersio & obseruatio querelæ: qualitate vero laborum dissipatio, sudorum perditio, thesaurorum insidiæ, perfidiæ alumna, superbiæ præcursor, in porta naufragium, in area formica. Quæ etsi tenuis est, laboribus omnibus & fructibus insidiatur. Expectat formica dum perficiatur triticum; Cenodoxia verò dum congregentur opes Gaudet illa, vt furetur; hæc autem vt dissipet. Gaudet desperationis spiritus, cùm videt multiplicari vitia; Cenodoxia verò cùm virtutem multiplicari videt. Prioris ianua multitudo vulnerum, secundæ verò diuitiæ laborum. Obserua diligenter, & vsque ad mortem & sepulchrum, inuenies hanc nefariam labem, quotidie vestibus, vnguentis, pompis, aromatibus & alijs florere. Lucet omnibus affatim Sol, omnibusque studijs Cenodoxia aggaudet. Verbigratia, si ieiuno, inaniter glorior, si latendi causa soluo ieiunium, tanquam prudens iterum glorior; si splendidè vestitus sum, vincor ea peste, si vilius induar, denuo glorior, si loquar, hac superor, si taceam, iterum superatus sum. Quocumque hunc tribulum ieceris, erecto persistit aculeo.* Hæc Climac. Ex quibus patet quã multis modis insidietur nobis Vana gloria, ac proinde quæ nos ipsi gerere debeamus, ne in eius subtilissimos laqueos incidamus: sicq; omniũ vigiliarũ, ieiuniorũ, silẽtij, & cæterarũ austeritatũ Monasticarũ mercedẽ euacuemus, *Monachus enim* (vt ibidẽ Clima.) *inaniter gloriãs, duab. ex partib. læditur.* *Gradu. 21.*

*Corpus enim per afflictionem conterit, nec vllam inde mercedem recipit.*

*Septima Instructio.* Proderit septimo exponere, Quid sit homo, quam vilis & abiectus, vtpote qui quoad corpus ex fœtida & sordida materia coagulatus sit, & nunc stercorum saccus existat; siti, inedię, frigori, ac calori, morbis omnibus, & miserijs, ac tandem morti subiectus, & post eam, esca vermium indubie futurus. Climac. *Noli elata ceruice gloriari luteus cum sis. Plurimi enim qui sancti atque omni materia pudore fuerant liberi, de cœlo deiecti sunt* Quoad animam verò etiam est miserabilis. Scatet enim illa innumeris etiam defectibus, errore & ignorantia; & infinitis prauis affectionibus, in quibus reprimendis miser homo totus sollicitus & anxius viuit.

*Quam vilis sit homo.*

*Gradu. 22.*

*Octaua instructio.* Proderit octauò, exponere vanitatem, & fluxum rerum mundanarum, vt honoris, fauoris, nobilitatis; pulchritudinis, diuitiarum, scientiæ, dignitatum, & aliorum bonorum externorum, ob quæ mortales tantopere gloriantur; quamque stultum sit de hoc se iactare, vel extollere, quod velut ventus, & fumus euanescit.

*Fluxus rerum mundanarum.*

*Nona instructio.* Proderit nonò ostendere, quàm imperfectá, & impura sint opera nostra bona, in quibus gloriamur, vel alios despicimus. Sunt enim teste Isai. *Quasi pannus menstruatæ omnes iustitiæ nostræ.*, & nihil habent boni, vel meriti, nisi Dei gratia cooperante: quicquid verò vitij admixtum habent, à nobis, velut ab impurissimo fonte, scaturire dignoscitur. Miscemus enim gratiæ Dei, & sancti Spiritus donis, mentis nostrę diuagationes

*Quam opera nostra sint impura. Cap. 64.*

absurdissimas, cordis affectus stolidissimos, negligentias, irreuerentias & omissiones innumeras: adeo vt de illis nostris bonis magis Diuinum iudicium vereri, quàm de ijs gloriari debeamus; cùm Diuini [illegible]tis oraculo, *Maledictus ille* censeatur, *qui facit opus Domini negligenter*. *Hier. 48. secundũ edit. 70 Interp.*

*Decima Instructio*. Proderit decimò, exponere Superbiam maximè dedecere hominem; cũ ab ipso Deo, quẽ nõ agnoscit in suis donis, sit ex nihilo creatus, & ab ipso ita dependet quotidie in cõseruari, vt si leuissimo momẽto suũ cõcursum subtrahit, homo totũ suum esse amittat; vtpote qui ex se ipso nihil aliud possit quàm in nihilũ tendere, deficere, & in peccati voraginem corruere. *Superbia dedecet hominem.*

*Vndecima Instructio*. Proderit vndecimo, docere hominem ita suapte natura esse imbecillẽ, ac miserũ, vt cadere possit, sed à peccato surgere, nisi diuino munitus auxilio, nõ possit. In hoc similis vnius anni puerulo, qui solus cadere, sed surgere sine nutricis ope nequit. *Homo suapte natura imbecillis.* *Simile.*

*Duodecima instructio*. Proderit duodecimò, exponere in quot & qualia pericula peccandi incidat quotidie homo; quam vilia sint peccata; quàm fœda, quàm Deo, & eius ministris odiosa, & quæ non nisi flammam perpetuam operantur; ac proinde suppetere magnam occasionem sese innumeris modis abijciendi & despiciendi, & ne minimum quidem sese extollendi; cum suis peccatis, quasi funibus, quotidie vinciatur, & ad patibulum æternum pertrahatur.

*Decimatertia instructio*. Proderit decimotertiò, ostendere incertitudinem statûs homi- *Eccles. cap. 9.*

nis, videlicet quod nesciat an odio vel amore dignus sit, An finaliter damnatus, vel saluandus. Quid igitur extollitur?

Humilitas filii Dei.

*Deicimaquarta instructio.* Proderit decimo quarto, exponere humilitatem filij Dei. Qui *cum in forma Dei esset*, coæqualis & consubstantialis æterno Patri, *exinaniuit semetipsum formam serui acipiens*, & inter homines vilissimos, vt abiectissimus, post trigintatrium annorum, vel circiter humillimum decursum, pro peccatis nostris, cruci vilissimæ & ignominiosissimæ affigi voluit. Quid igitur nos natura & conditione vilissimi, & nulla re, nisi ipsis peccatis, ob quæ expianda filius Dei ita se abiecit, quasi ornati superbire cogitamus? Non pudet humanam intumescere atque extolli fragilitatem in conspectu Diuinæ Maiestatis, ita pro peccatis nostris abolendis sese humiliantis, & ad humilitatem sic nos exhortantis, *Discite à me, quia mitis sum & humilis corde?*

Ad Phil. 2.

Matt. cap. 11.

*Decimaquinta instructio.* Proderit decimoquinto, Sanctorum, qui humilitatem vnicè coluerunt, exempla percurrere; & ostendere quomodo Deus se illis beneuolum, & amicū exhibuerit, variaque Spiritus sancti charismata concesserit: vt beatę Virgini, cui ob insignē humilitatem, vt fatetur in Cantico suo *Magnificat*, priuilegia inaudita, & insolita, & vt ipsa ait, mirabilia seu magna fecit. *Ad quem respiciam, nisi ad pauperculum, & contritum spiritu & trementem sermones meos?* Optimè nos in hac parte monet Climacus. *Nunquam nosmetipsos disquirere & diiudicare desinamus: iugiter probatissimorum Patrum, qui ante nos luminarium*

Luc. 1. cap.

Isai. 66.

Humilitas nascitur ex sui scrutatione.

Gradu. 22.

in mo

*in modum splenduerunt, vitam ac mores intuea mur, nosque ad illorum comparationem studiosius examinemus. Tunc sanè tunc nosipsos ne vestigium quidem diligentioris conuersationis attigisse inueniemus, sed seculari adhuc instituto immorari.*

*Decimasexta Instructio*. Proderit decimosexto, Superborum pœnas explicare, vt Luciferi, Saulis, Nabuchodonozoris, Roboami, Antiochi, & aliorum, quorum superbiam Deus miris, ac diris pœnis est persequutus, vt pote qui superbis resistat, humilibus autem det gratiam. Et certè etiamsi aliquis nullo alio malo grauaretur, quàm sola Superbia, nihilominus miser, contemptus, & odiosus foret apud Deum, vt patet de Lucifero. Hinc D. Bernardus. *Quid tu superbis terra & cinis? Si superbientibus Angelis Deus non pepercit, quanto magis tibi putredo & vermis? Nihil ille fecit, nihil operatus est; tantum cogitauit superbiam; & in momento & ictu oculi irreparabiliter præcipitatus est. Fugite superbiam, Fratres mei (quæso) multum fugite. Initium omnis peccati superbia, quæ tam velociter ipsum quoque syderibus cunctis clarius micantem æterna caligine obtenebrauit Luciferum; quæ non modo Angelum, sed Angelorum primum in diabolum commutauit*. Si sic actum est de Angelo, quid de terra & cinere? Ille in cœlo intumuit, tu in sterquilinio. Quis non tolerabiliorem censeat in diuite quàm paupere superbiam, cum potentibus cognata videatur superbia?

*Superborum pœnæ.*
*Isai.* 14.
1. *Reg.* 15.
*Daniel.* 4.
3. *Reg* 12.
1. *Machab.* 6. & 2. *lib.* *ca.* 9.
*Serm.* 1. *de Aduentu, & 6. circũstantiis eius.*

*Decima septima instructio*. Proderit decimo septimò, subijcere oculis pœnitẽtis aretalogũ

*Gradu.* 21.

esse idolorum cultorem, *quippe qui*, vt docet Climac. *Deum quidem colere & venerari videtur hominibus vero, non Deo placere studet.*

*Decima octaua instructio* Proderit decimooctauo, docere ex Climaco ibidem, *Eum qui in prærogatiuis naturalibus, puta acumine, peritia, lectione, pronunciatione, ingenio, cæterisque omnibus, quæ nobis sine nostro labore proueniunt, extollitur, nunquam eis quæ supra naturam sunt bonis potiturum. Qui fidelis est in minimo, & in maiori fidelis est*, ait Christus, *& qui in modico iniquus est, & in maiore iniquus est.* Accedit quod ea quę nobis sine vllo labore proueniunt, Dei dona sint. *Quæcumque* (inquit Climacus) *tibi ante natiuitatem fuere virtutum bona, eis solis gloriare: nam quæ post generationem, tibi Deus largitus est, vt ipsam quoque natiuitatem. Quas ergo virtutes præter mentem acquisiuisti, illæ sola tuæ sunt. Mentem enim tibi largitus est* Deus: *& quæ extra corpus exegisti certamina, ex tuo solo studio fuerunt, corpus quippe non tuum est opificium, sed Dei.*

Gradu. 21.

Luc. cap. 16

Omnia nostra sunt Dei dona Gradu. 22.

*Decima nona Instructio.* Proderit decimo nono, indicare pœnitenti cenodoxiam proditoris personam induere, cum quasi pro audientium vtilitate virtutes propalare suggerit. *Quid autem proderit homini*, (ait Climac.) *si mundo vniuerso prosit, sibi vero ipsi detrimentum faciat?* Porro vt aduertas hanc proditionem, subijcit idem Climacus de quodam sui temporis humili Anachoreta. *Cum sederem* (inquit) *in cœtu quodam, aduenientes ad me cenodoxiæ & superbiæ Dæmones iuxta me ex vtraque parte sederunt Vnus ex his quidem digito suo illo nouissimo pulsauit latus meum, hortans vt aliquid quod ad*


Cenodoxia prodit hominem. Gradu. 22.

con

*contemplationem pertineret, siue opus quodlibet in deserto à me gestum loquerer; quem cùm à me expulissem, dicens; Conuertantur retrorsum & erubescant, qui mala cogitant: mihi protinus is qui à sinistris erat, ad aurem dixit: Eia bene fecisti, magnusque effectus es; quippe qui prudentissimam matrem meam viceris. Ad quem ego ritè, sequentes versus assumens, dixi; Auertantur statim erubescentes, qui dicunt mihi, Eia bene fecisti.* Psalm. 6.

*Vicesima Instructio.* Proderit vicesimo, ipsi pœnitenti Religioso repræsentare, psalmodię ac orationis suæ quotidianæ interruptionem, distractionem, & indeuotionem. Climacus, *Quoties ad inanem gloriam studiosè aliqua facere tentamus, luctus nostri meminerimus ac nostræ secretioris & tepidæ orationis, prorsusque illius improbitatem obtundemus, atque irreuerentiam transferemus: si tamen veræ orationis nobis cura est.* *Indeuotionis causa plerũque est vana gloria* *Gradu. 21.*

*Vicesima prima Instructio.* Confessarius debet Religioso pœnitenti de Superbia, vana gloria, iactatione, præsumptione, inobedientia, contemptu & cæteris superbiæ operibus, has, vel similes pœnitentias iniungere, videlicet, vt nunc exerceat opera vilia, purgando caligas, calceos, vestes, immunda loca, vasa, & scutellas Confratrum, lectos eorumdem, vel etiam seruorum sternendo. Modo, vt infimo loco accumbat, simpliciores & viliores poplite flexo, vel capite inclinato salutet, eis sese adiungat, & cum eis familiariter cõfabuletur, eis infirmitates suas, quæ nullum pariunt scãdalum, vel infamiã, aperiat, & eos honoret ac revereatur. Aliàs, vt hospitalia perlustret, pauperibus & ægrotis ministret, vulnerum *Pœnitentia superbis iniungenda.*



*Nstructio vnica* Contra hos præcla rè Eucherius Lugdunensis Præsul. *Non satis prodest (inquit) quod à nobis qualescumque facultates excludimus, quando in nobis resederunt cupiditates. Inde est, quod interdum de rebus paruißimis excitamur & pro vilium rerum appetitu vilißimas intentiones mouemus. Et inter hæc quomodo exultat aduersarius noster, quando nos videt ad hoc maxima contempsisse, vt in minimis deformius vincamur? Ideoque ea, quæ foris posita erant abiecisse nihil prodest, nisi etiam ea quæ intus ipsius animæ visceribus adhæserunt, radicitus euellantur. Vnde & Apostolus non dixit, Aurum & argentum radix est omnium malorum, sed magis cupiditas diuitiarum: & non solum diuites, sed & qui volunt diuites fieri incidere in laqueum tentationum Ergo Apostolus non solum habentes, sed ipsam habendi persequitur voluntatem. Ideoque nihil proficit homo relinquendo quod extra se est, qui vitia intra se tenet. Itaque (vt dixi Fratres) hic sumus, & toti non sumus.*

*Homel. 5. ad Monachos.*

*1. ad Tim. 6.*

## *SPECVLVM LV.*

*In quo apparent damna superbiæ in Religioso.*


*Rima instructio.* Huiusmodi iactantia, vel vana gloria communiter est peccatum veniale, quia in ea reperitur sola vanitas, quæ non est aliud quam venialis, nisi coniungatur cum magno Confratrum contemptu, & scandalo.

*Doctor Fumus Verbo iactantia.*

*Triplex Claustraliū Superbia.*

*Secunda instructio.* Aluarus lib. 2. ar. 76. notat

mul

multiplicem Claustralium superbiam. Prima species est eorum, qui sapientes se credunt. Secunda eorũ, qui seculares, vt peccatores despiciũt. Tertia eorũ, qui in ordine, siue Religione volunt habere diuitias & honores, quibus in seculo carebant. Quarta eorũ, qui in Claustro gloriantur de diuitijs, quas in mundo possidebant, vel Monasterio contulerunt. Vnde D. Hieronymus. *Difficilius arrogantia, quàm auro & gemmis caremus. His enim abiectis, interdum gloriosiùs tumemus, & venerabilem Paupertatem populari aura offerimus. Plus enim est eum animum deposuisse quàm cultum.* Et de hac specie & precedenti hoc loco agit Legislator, subiungitque verba (*alia quippe quæcumque iniquitas, &c.*) quibus docet superbiam multò periculosiorem esse cæteris vitijs, vtpote quę non solum mala opera exerceat, sicut cætera vitia, sed etiam bonis operibus iam natis zizania superseminet, vt pereant & suffocentur. Quod vt melius intelligatur, notandum est dæmonem tribus modis bonum impugnare. Primò impedit ne bonum propositum concipiatur: quod cum non potest; Secundo impedit ne ad effectum deducatur: quod cum etiam non potest; Tertio impedit ne bonum consummatum duret, & perdere laborat. Exempli gratia, impedit ne quis sibi proponat ingredi Religionem reformatam, & si non potest impedire, ne quis sibi illud proponat, conatur impedire, ne propositum illud executioni mandet, & si conatus suos videt in hoc frustrari, totus est in perdendo illo Religionis bono per superbiam, vel vanam gloriam suggerendo illi, qui est Religionem ingressus,

*Epist. quadam*

*Diabolus tribus modis impugnat bonum.*

gloriari

gloriari extolli de bonis relictis, honoribus seculi calcatis, parentibus abdicatis, & huiusmodi. Et hoc est quod insinuare voluit Climacus his verbis. *Superbia est diuitiarum virtutis, sudorumque perditio Non solum non permittit hæc execrabilis pestis in anteriora progredi, sed etiam ex altitudine deijcit.* Et paulo superius. *A gratiarum actione plerumque hæc pestis solet tæterrima incrementa suscipere. Neque enim initiò improbe Deum abnegare suggerit. Testatur id apertißimè Pharisæus ille qui dixit: Deus gratias ago tibi.* Hinc est quod idē Author in hæc verba prorumpat. *Magnum quidem est laudes hominis ab anima excutere, sed longe maius auersari Dæmonum laudes.* Nec mirum, cum Dęmon infinitis penè superbiæ, vanæ gloriæ, & iactantiæ modis, opera nostra bona commaculare nitatur. *Vidi* (inquit Climacus ibidem) *Dæmonem socium ac Fratrem suum perturbasse atque effugasse. Nam cum aliquando Frater irasceretur, aduenirentque interea hospites seculares; ex iracundia in cenodoxiam translatus est miser; simul enim vtrique seruire non poterat.* Hoc etiam est, quod docet recte ipse Cassianus, *cum superbiam ferocißimam bestiam & deuoratricem omnium virtutum appellat, & per eam asserit, Virtutem omnem exhauriri, ac proinde à Religioso virtutum cultore maximè pertimescendam esse;* vt pote *quæ sit* (teste Climaco) *Dei abnegatio, inuentio Dæmonum, aspernatio hominum, condemnationis mater sterilitatis augmentum, laudum progenies, Diuini adiutorij expulsio, stuporis præcursor, lapsuum ministra, casus, materia, iracundiæ fons, simulationis ianua. firmamentum Dæmonum, delictorum custos, duritiæ & crudelitá*

*Damna Superbiæ.*

*Gradu. 23.*

*Luc. 18.*

*Gradu. 21.*

*Dæmonum laudes auertere est difficile*

*Lib. 12. ca. 22.*

*Cap. 3.*

*Gradu. 22.*

*litatis artifex, compaßionis & misericordiæ ignoratio, amarus exactor, immitis iudex, Dei aduersatrix.*

*Quando Superbia sit peccatũ mortale.*

*Tertia Instructio.* Superbia propriè nihil aliud est *nisi peruersæ celsitudinis appetitus*; iuxta doctrinam Legislatoris lib. 14. de Ciuit Dei. Cap. 13. Estque peccatum mortale, quando eousque quis progreditur, vt nolit subijci legi Diuinæ, estque ita affectus, vt ad aliquam excellentiam assequendam paratus sit transgredi præceptum obligans ad mortale: nisi fortè indeliberatio excuset. Caiet. Fumus, & Syluester Verbo Superbia. Gregor. de Valentiâ.


*In 2. 2. Disp 9 q 3. punc. 1*

## MANDATVM 26.

### Omnes ergo vnanimiter & concorditer viuite.

*Hoc Mandatũ obligat sub mortali in rebus necessariis ad salutem, nisi excuset inaduertentia.*

*Superbia perturbat communitatẽ.*



*INstructio.* Quia hac de re egimus superius, tantummodo Lectorem de quatuor monendum duximus. Inprimis Superbiam destruere concordiam, & pacem communitatis, ac proinde cum Legislator noster B. Augustinus egisset de superbia vitanda, subiecit. *Omnes ergo vnanimiter & concorditer viuite*, quasi dicat: Ego multis verbis conatus sum superbiam à Monasterijs remouere, quia certissimum mihi est, pacem ibi esse non posse, vbi superbia locum præoccupat. Secundum est, Religiosos debere vnanimiter viuere ratione cohabitationis, Fraternitatis, & Religionis, communis habitantium in Monasterio Matris. Tertium est, quod sicut harmonia non semper consistit in omnimoda vo-

cum æqualitate & tono, ſed in debita proportione earum, ita concordia non requirit ſemper æqualitatem omnem, ſed debitam proportionem inter Superiores & inferiores, in eleuatione, & depreſſione conuenienti, vt notat Humbertus hoc loco. Quartum eſt. *Parum* (teſte Bernhardo) *timet Diabolus ieiunantes, vigilantes, continentes: quia tam de iſtis quam de illis multos traxit in laqueo ruinæ: ſed concordes & vnanimiter viuentes in domo Domini, coniunctos Deo & ſibi per vinculum charitatis: hi dolorem, hi timorem, hi liuorem Diabolo ingerunt.* *In ſermo. quodam.*

## MANDATVM 31.

### Et honorate in vobis Deum inuicem, cuius templa facti eſtis.

*Obligat ſub mortali, quãdo imminet ſcandalũ, vel adeſt Proximi neceſſitas.*

### SPECVLVM. LII.

*In quo apparet, quem honorem debeant ſibi inuicem Religioſi exhibere.*

PRima inſtructio. Religioſi debent ſibi inuicem mutuum honorem deferre. Primò, Quia honor ille mutuus eſt optima ratio pacis conciliandæ. Hinc eſt quòd Princeps Apoſtolorum, pacis inter homines cupidus, in prima ſua epiſtola ſic Chriſtanos moneat. *Omnes honorate, fraternitatem diligite*: & vas electionis Paulus ad Romanos, *Honore inuicem præuenientes*. D. vero Baſilius, *æqualis* (inquit) *ſimiliſque ab omni*

*Cur Religioſi debeãt ſe mutuo honorare.* *Cap. 2.* *Cap. 12.* *D. Baſil. de inſtit. Monac.*

*omnibus tenenda aduersus cunctos charitas est: vni uique autem separatim pro cuiusque decoro honos habendus*. Secundo, Quia Religiosi sunt arctissimo ac spiritali fraternitatis vinculo inuicem colligati. Honorant autem, ac diligunt sese inuicem Fratres. Tertio, Quia in eisdem ædibus habitant. Solet autem vicinus vicinum reuereri. Quarto, Quia eiusdem sunt Monasterij, & in eadem officina laborant spiritualiter; Solent autem eiusdem officinę opifices sibi inuicem amoris, ac reuerentiæ signa ostendere. Quinto, Quia omnes sunt speciales Saluatoris discipuli; solent autem condiscipuli iuratam in Scholis amicitiā inuiolabiliter custodire, & de se mutuo honorifice loqui. Sexto, Quia sese mutuo diligere & honorare sunt hominum Christianorum insignia *In hoc cognoscent omnes* (inquit Christianorum Dominus) *quòd discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem*. Septimo, Quia nullus tam improbus est in Monasterio qui non habeat in se aliquid quamuis occultum; quod honorem mereatur. Octauo, Quia vnusquisque debet Confratrem suum meliorem se reputare, ac propterea debet eum honore præuenire. Nono, Quia Religiosi sunt milites sequentes proximè signum magni Ducis, Crucem Christi, & qui se militiæ Christi, specialiter ad ha[...]tubę vocem & tympani pulsum; *Si quis vult venire post me, &c.* ascripserunt. Imo vero sunt Signiferi magni illius Ducis. Milites autem solēt sibi mutuo honoris indicia exhibere. Decimo, Quia qui Confratrem honorat, Deum in ipso honorat, sicuti qui honorat Regis Asseclam, Regē in ipso Assecla honorat, & qui diadema

Ioan. 13.

Matth. 16.
Luc. 9.

ac sce-

ac ſceptrum Regis reueretur, ipſum Regem reuereri cenſetur. Sunt autem Religioſi Dei Aſſeclæ viciniores, & Deo magis conſecrati, quam diadema Regi. Deinde ſunt Dei imagines, non minus quam cęteri homines, qui ob id ſibi honorem mutuum debent. Accedit, quod in ſingulis Fratribus aliquid reperiri poſſit, in quo eos ſuperiores reputare poſſimus, iuxta illud D. Pauli: *In humilitate ſuperiores ſibi inuicē arbitrantes*: & ſecundū hoc debemus mutuo nos honore præuenire, iuxta Apoſtolum, & D. Thomam. *2.2.q.103.art.2.ad3.* *Ad Philip. penſ.2.*

*Secunda inſtructio.* Hic honor quem ſibi mutuò Religioſi tenentur exhibere pro ratione ſui gradus, pertinet ad virtutem Obſeruantiæ, per quam exhibetur reuerentia alteri, propter aliquam excellentiam, quę in illo eſt. D. Thom. *2.2.q.102 ar.2.* quæ ſanè excellentia in Religioſo ſtatu non eſt mediocris. *Reuerentia exhibetur alicui propter excellentiam.*

*Tertia inſtructio.* Denegare communia ſigna amoris & honoris proximo, quicumq; ille ſit, etiam inimicus, peccatum eſt mortale, ſi id fiat cum ſcandalo, vel proximi neceſſitate, vt eſt communis ſententia Doctorum, apud Gregor. de Valent. *In 2.2. Diſput. 3.q.3.*

## MANDATVM 32.

### Orationibus inſtate horis & temporibus conſtitutis.

*Obligat modo ſub mortali modo ſub veniali, iuxta ſcandali quantitatem & orationis obligationem.*

HIc arripiemus occaſionem agendi de horis tam Canonicis, quàm Beatæ Mariæ, totamque materiam per Specula diuidemus.

## SPECVLVM LVII.

*In quo apparet, quantam iniuriam loco, Sanctis, Deo, & Christi corpori in altari existēti faciant, qui horas non studiose, sed perfunctoriè canunt, vel ad ea quæ canunt, non attendunt.*

Hierem. 48. secundum 70 Interpretes.

*Maledictus qui facit opus Domini negligenter.*

In Psal. 1. seu verius prooemio ad exposit Psalmorum.



Rima instructio. Cur in Ecclesia horę Canonicæ decantentur, disertè explicat D. Basilius his verbis. *Quando nos Spiritus sanctus vidit ægrè persuaderi ad complexum virtutis, ac proinde ad ineundam vitæ rectitudinem per hoc lentescere quod toti ad consectandam voluptatem propenderemus, quid fecit? nimirū Scripturæ suæ dogmatibus mixtim inspersit concinnam istam numerorum modulationem, vt auribus permulctis, ac delinitis, melico vocum consensu, clam ac velut aliud agentes sineremus in animos nostros irrepere eloquiorum vtilitatem, idque pro more sapientis medici. Is enim pharmacum oblaturus austeriusculum auersanti cibos, nec probè concoquenti, subinde oras calicis prælinit melle. In hoc sane excogitati sunt cōcinni isti concentus Psalmorū, vt qui per ætatem pueri etiamdum sunt, aut certè morū maturitate nondū incanuerūt, dū in speciē cōcinunt ac modulatur, reipsa animas erudirēt suas.* Hæc Basilius. Ex quibus facilè colligimus, quantū ab intentione Spiritus sancti eo fine Psalmos decantandos in Ecclesia ordinantis, vt hoc concentu animi nostri terrena sapientes ad cœlestium bonorum desiderium voluptate quadam raperentur; hinc, inquam, colligimus quantum ab

Quomodo solis cæremoniis

inten-

intentione Spiritus sancti distent, qui concinétes, externos tantum vocis mudulos attendunt, in ceremonijs tantum sunt, nulloque modo interius ad superna afficiuntur: similes Struthiocamelo, pennas quidem habenti, sed nec volare, nec in sublime ferri valenti. Illi enim pennis ceremoniarum ad cœlum extolli videntur, cum tamen à terrà mens nullatenus eleuetur. Non damno ceremonias, quas semper bonas & honestas, & salutares duxi; sed esse apud quosdam sua virtute destitutas, hoc est quod doleo. Miluus ales rapacissimus altum conscendit, & volitans expandit alas, sed in illa altitudine constitutus oculos figit in terram, vt prędam arripiat. O quot sunt hodie miluo similes, qui vocibus quidem sursum ascendunt canentes, vt solito portionis munere fruantur, sed mente volutantur in terris, ceremonias quidem exteriores peragunt, sed interius desipiunt.

*delectari non debemus.*

*Secunda instructio.* Sed quid hos accuso? Sunt alij, in quos maior reprehensio cadit. Illi nimirum, qui ne quidem ceremonias exteriores obseruant; tantum abest vt ceremonijs ad superna rapiantur. Ad ceremonias enim Psalmorum cantādorum pertinet omnia verba distinctè proferre, vel in Choro, vbi alternis canitur, ab alijs distinctè prolata audire, ibi plerumque præcidentes verba dimidia, vel integra truncantes, vel fractis & remissis vocibus, muliebre quiddam balba de nare sonantes, nugari potius quam psalmodię sacrę videntur vacare. Ad ceremonias pertinet omnes gestus decenter componere: at illorum si quis inspiciat, gesticulatorios planè esse, &

*Reprahendun tur perfunctorié canentes.*

 ridi-

ridiculos, nihilque Religiosæ pietatis, sed tepiditatis ac corrupti seculi leuitatis multum redolentes iudicabit; imò verò eos non Dei laudes decantare, sed eum irridere arbitrabitur. In quo quanta sint reprehensione digni, deinceps ostendamus.

*Malè canentes Horas, exhibēt domui Dei magnam irreuerentiam.*

*Genes. 28.*

*Tertia instructio.* Magnam reuera exhibent ipsi loco irreuerentiam. Locus enim est sacer, tum quia Deo Sanctisque consecratus; tum quia Sanctorum Reliquijs continendis destinatus, ac propterea in eo nos sacro quodam modo gerere oportet. *Terribilis est locus iste,* ait Iacob de loco, vbi domus Dei erat ædificāda; ac propterea nos cum quodam terrore, & tremore in eo gerere par est. Locus est refugij. Qui diaboli sibilis infestatur, si eò confugiat, facilius tentationi resistit; sicut insultantibus inimicis qui arce munitionis sese tuetur, ac eorum impetum frangit facilius: propterea in eo reuerenter, sicut profugi apud eos, ad quos diuertunt, nos habere debemus. Locus est eruditionis, Isaia teste: *Venite ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos vias suas.* ac propterea sicut discipulis in scholis modestia est necessaria, sic nobis in illo eruditionis loco magna opus est reuerentia. Locus est propitiationis, quia in illo maximè nobis Deum, testimonio vatis Regij, facimus propitium. *Suscepimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui.* ac propterea sicut æger eum, à quo accipit morbi remedium honorat, sic nos hunc locum, veluti salutis nostræ instrumentum, venerari debemus.

*Cap. 2.*

*Psalm. 47.*

*Male canentes ipsis Angelis*

*Quarta instructio.* Nonne etiam magnam exhibent irreuerentiam ipsis Angelis? Adstant

enim

enim nobis Angeli in Choro, & rerum spiritualium more spirituales concentus nobiscum edunt. Hinc dicebat Regius Psaltes: *In conspectu Angelorum psallam tibi.* Et alibi. *Præuenerunt Principes cõiuncti psallentibus: in medio iuuenculalarum tympanistriarum*: ac propterea valde reprehensibiles sunt, quicumque eorum concentum suis perturbant sermocinationibus. Culpandus ille inter Musicos censeretur, qui præceps cęteros pręueniret, vel notulas aliquas præteriret, vel discrepantes sonos misceret; sic illi multa sunt pœna digni, qui hisce modis cœlestium Spirituum modulos, quos alternatim nobiscum in Choro decantant, perturbare non verentur.

*inferunt iniuriam.*

*Psal. 137.*
*Psal. 67.*

*Quinta instrnctio.* Quo etiam honore & reuerentia Diuos, quorum Reliquiæ in templis quiescunt, afficiunt? Addo insuper, illi precioso Christi corpori, quod salutis nostræ pręcium fuit, magnam iniuriam faciunt O rem stupendam! Stat nobis ratum fide Catholica, illud ipsum corpus, quod ex purissimis Virginis Mariæ sanguinibus, Spiritu sancto obumbrante formatum fuit, quod circumcisum, quod flagellatum, quod cruci affixum, illud ipsum planè idem in Altaris præsepio reclinatum esse. Quoties igitur tepidi & præcipites in Horis decantandis ferimur, nonne illud corpus, in cuius nomine, *omne genu flectitur, cœlestium, & terrestrium & infernorum*, honore debito fraudamus? Nec solùm adest corpus, sed totus Christus, qui nos nostrosque gestus oculis intuetur corporeis. Ibi stat post parietem accidentium panis, aspicit per fenestras specierum, prospicit per cancellos earumdem, ac

*Cantus perfunctorius Psalmorũ est Sanctis odiosus*

*Ad Phil. ca. 2*
*Cantic. 2.*

propterea nostrum est omnibus modis conari, vt eius oculos & aures non offendamus. *Qui ministrant Elephanti* ( teste Plutarcho in Moralibus ) *non sumunt lucidam vestem: Qui tauris, purpuream non induunt: nam his coloribus efferantur. Tygrides tympanorum strepitum non ferunt.* Ita nos in Templis ab ijs debemus abstinere, quibus senserimus oculos, & aures Christi in Altari existentis vehementer offendi, qualia sunt, verba dimidia præcidere, voce tantum non corde canere, Psalmis nugas & cachinnos miscere: dubio procul, tum temporis non minus eius aures offenduntur, quam offenderentur aures musici alicuius, cui cantus inconcinnus, ac discors obijceretur.

*Inhonoratur Deus à canentibus indeuotè & indistinctè. Isai. cap. 6.*

*Sexta instructio.* Imò nonne Deum rerum omnium opificem, cui est honor & gloria, & ante cuius conspectum procumbentes Spiritus Angelici incessabili simul, ac tremebunda voce proclamant, *Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus, Sabaoth*, magnopere inhonorant? Cum enim indecenter & irreuerenter psallunt, irreuerenter & indecenter cum Deo loquuntur. Psallere enim est cum Deo loqui. Hoc est, in quo illum peioris conditionis facimus, quam Principes Seculares. Si enim coram Principe staremus, eumque alloqueremur, multo cum timore staremus, non leuem aut vagum tenentes, & exteriorem animi aspectum, ne quando periculum nobis crearetur: quantò magis coram Deo stare oportet cum timore, & tremore, totamque mentem intentam habere in eum solum, & nusquam aliò distractam, eo quod non solum exteriorem vultum respicit, verum-

etiam interiorem,& eum vel maximè perſcrutatur? Quotieſcumque pſallimus, Dei laudes pronũciamus, vel ob accepta beneficia gratias agimus, vel nobis neceſſaria poſtulamus. Qui Principis alicuius laudes decãtat, vel ob recepta beneficia gratias refert, vel libellum aliquem ſupplicem porrigit, in eo maximè eſt, vt cum geſtu ſermonem decentem inſtituat: alioqui ſi ſubitò auerſus à Principe, media interlocutione dirupta aliquibus ſe vellet ſcurrilitatibus occupare, qualem putas iniuriam Principi illi inferret, aut quomodo contra ſe illius iracundiam commoueret? Eodem modo qui pſallendo nugàs cum ſocijs reuoluunt, vel riſu profundiore, cachinnoque diſſoluuntur, vel dimidia verba, imò integra pręcipiti linguę curſu abſorbent, vel attendere non curant, Deum, (quem Pſalmis placare deberent) ad magnam contra ipſos iracundiam prouocant. Nam *qui cum Rege terreno loquitur* (inquit D. Chryſoſt.) *de his tantum verba facit, de quibus voluerit audire, & de quibus Rex fuerit percontatus. Quod ſi quis auſit inijcere ſecus quàm ipſe velit, extremo ſupplicio afficitur. Tu verò cum Rege Regum colloquens, cui cum horrore ſeruiunt Angeli, omiſſo cum illo ſermone, de luto, de puluere, de telis aranearum loqueris? Nihil enim aliud ſunt huius vitæ negotia. Et quomodo ſuſtinebimus iſtius contemptus pœnam? aut quis nos ab hac vindicta liberabit?* Si Chriſtus ementes, & vendentes ea quæ ad ſacrificia pertinebant in templo, cum tanta ira eiecit, vt eorum menſas euerteret, flagelliſque, quod alias nunquam, cæderet; quæ illos flagella manent,

*Hom. 1. ſuper illa verba Iſai 6. Vidi Dominum.*

*Matt. 21. Ioan. 2. Chriſtus nũquã vſus eſt flagellis, niſi in prophanantes templum.*

qui domum Dei non ſolum ſpeluncam latronum faciunt, dum latrocinij cogitationes in ea moliuntur; verum etiam domum meretricum & lupanar, dum inibi oculis laſciuientibus indulgent; impudicis cogitationibus delectantur; domum vanitatum, dum vanis inibi per mittunt illudi ſibi cogitationibns; domum bal butiei, & ſubſannationis, dum Dei laudes obſcura, & obtuſa nare, præcipiti lingua potius rumpere, quam perſonare videntur? Audiamus quid de huiuſmodi ſentiat toto terrarum orbe celebris Sanctus Bernardus. *Magna* (inquit) *eſt peruerſitas, imò magna inſania, quando cum Domino Maieſtatis loqui in oratione præſumimus, & inſenſati aurem auertimus, & ad ne ſcio quas ineptias conuertimus cor.* Et paulo poſt. *Loquitur mihi Deus in Pſalmo, & ego illi, nec tamen cum Pſalmum dico attendo, cuius Pſalmus ſit. Idcirco magnam irreuerentiam Deo facio, cum illum precor, vt meam precem exaudiat, quam ego qui fundo, non audio. Deprecor illum vt mihi intendat, ego verò nec mihi, nec illi intendo; ſed quod deterius eſt, immunda & inutilia in corde ver ſando, fœdorem horribilem eius aſpectibus ingero.*

Cap. 8. Medit.

*Septima inſtructio*, eſt Carthuſiani. *O quam peruerſum eſt* (inquit) *quam vile, & damnabile eſt coram tam ſuperaltiſſimo, & ſuperpræſtantiſſimo Deo, ſe negligenter, torpenter, incuſtoditè, indeuotè habere; nec tantùm incorporalis Dei, ſed Angelorum quoque ſanctorum inhonorare, offendere, contriſtare præſentias.* Et paulo ſuperiùs. *Præterea quàm attentè, humiliter, & compunctè debeamus Altiſſimum inuocare, docemur exemplo reorum criminis capitalis, qui ſi habuerint ſpem aliquam impetrandi veniam à Iudice tem*

De vita ſolit. Art. 21.

*porali, videmus quantum se coram illo humilient, & posternant, quam lachrimabiliter deprecentur, quantam satisfactionem spondeant, & emendam: & hoc tantum pro temporali vita conseruanda; quantò magis nos multpliciter rei pro euadenda damnatione, ac pœna æterna, pro obtinendis charismatibus Spiritus sancti in vita præsenti, & pro adipiscenda inæstimabili fœlicitate, ac gloria sempiterna, debemus Deum Deorum, quem polus, tellus, pontusque contremunt, & ipsa vniuersi machina perhorrescit; coram quo & ipsa numina cum formidine posternuntur, humillimè, affectuosissimè, compunctissimè exorare, laudare, atque extollere?*

*Octaua instructio.* Accedit quòd sic psallentes nihil proficiunt, imò retrocedunt: quare silere prçstaret, quam sic canere. *Vtinam vel frigidus esses aut calidus.* (inquit Dominus in Apocal.) *sed quia tepidus es incipiam te euomere ex ore meo.* Alibi Scriptura maledictũ decernit, ei *qui facit opus Domini negligenter.*

*Psallentes perfunctoriè nihil proficiũt*

*Cap. 3.*

*Hiere. ca. 48. ex sup. cit.*

*Nona Instructio.* Vtinam attenderent, quod dum sic psallunt, magno sunt Secularibus scãdalo. Cum enim vna ex parte considerãt, quod ad hoc Claustris reclusi sumus, vt de piorum hominum bonis viuentes, in Psalmis bene decantandis occupemur; altera vero ex parte, cũ tepiditatem quorumdam ex nostris, imò petulantiam in Choro attendunt, & rursus in Psalmorum cantu præcipites, linguasq; dimidios versus præcidentes, imò potius nescio quid barbarum infrendentes audiunt, dolent plurimum & scandalizantur. Dolent illos ita Deum laudare, qualiter ne Bubulcum quidem alloqui vellent. Scandalizantur eo quod inter

*Psallentes indistinctè, generant scandalum.*

Psalm. 45. nos, quibus dictum est, *Vacate, & videte quoniam ego sum Deus*, quosdam inuenire est, qui ministerij sui tam segniter, & irreuerenter vices obeunt. Opus artis nostrę est psallere: scandalizantur cum tam excellens & Diuinum opus vident indecenter compleri; imò potius non compleri: non enim complet qui officij sui dimidium in ipso meatu faucium absorbet. Et certè magnam illis offensionis causam præbent, qui hoc sancto psallendi munere indecenter funguntur. Exsibilatur enim ab omnibus artifex, qui secundum artem suam non decenter operatur: sic si qui inter nos, quę artis sunt nostræ indecenter exequuntur, magnam vituperandi ministerium nostrum id considerantibus ansam præbent. Nihil est quod peiorem plebi ingerat de nobis opinionem, quam pręcipitata officij nostri, quod est Psallere, executio. *Nam quemadmodum mali persici, quicquid extremum ac molle est comedimus, nucleum verò duro cortice coopertum foras fere aut despuimus aut proijcimus; sic Laici nostra comedunt exteriora, interiora verò non curant, quia nec ea vident nec intelligunt, sed ceremonijs nostris tantummodo afficiuntur.*

Pintus in Ezechiel. ca. 1.

Matt. 18. *Decima instructio.* Quòd si illos mola asinaria, Diuino Decreto ceruicibus eorum appendenda, offensionis ansam paruulis præbent, non terret, terreat saltem mortale peccatum, quod sic Horas decurrendo committunt, vt patet ex Can. Dolentes. *Extra de celebratione Missarum* vbi præcipitur sub pœna peccati mortalis, vt studiose, & deuotè celebretur Diuinum officium. Iam verò quomodo studiosè celebratur cum verba dimidia præscinduntur? quomo-

do deuotè, cum ſine vlla attentione, in picarum modum, pſallitur?

## SPECVLVM LVIII.

*In quo videntur ea, quæ horarum Canonicarum penſum concernunt.*

PRima inſtructio. Etſi certum ſit Beneficiarios, & in maioribus Ordinibus conſtitutos peccare mortaliter, quando horas Canonicas omittunt, tamen magna eſt controuerſia de quantitate omiſſionis, id eſt, quanta omiſſio conſtituat peccatum mortale. Nam quidam putant quamcumque omiſſionem; alij tantum partis notabilis, vt pſalmi; alij vnius diei, vt Roſella; alij verò putant omiſſionem Horarum non eſſe peccatum mortale, niſi fiat ex contemptu, vel ex faſtidio rerum Diuinarum, vel ex conſuetudine, vel quando omittuntur pluribus diebus. Quam quidem ſententiam ex Præceptoris mei P. Gordonij viri longè doctiſſimi ſcriptis deprompſi, qui ſequutus eſt Richard. & Angel. & Gerſonem in vita ſpirituali animæ; poteſtque defendi tanquam benignior, & conformior antiquis Canonibus. *Diſt. 91. & 92.* in quibus fit mentio admonitionis ante excommunicationem, de ea re ferendam; & in quibus videtur præſupponi conſuetudo, vt incurratur pœna. Deinde pleriq; ſũt Doctores, qui exiſtimant trãſgreſſionem legis Eccleſiaſticæ nõ eſſe mortalem ſi aliunde nõ cõſtet ex ipſis expreſſis Eccleſiæ verbis niſi

*Quanta omiſſio Horarũ conſtituat peccatum mortale.*

*Verbo Hora q. 10.*

nisi vel ratione scandali vel contemptus. Nihilominus probabilior mihi est illa sententia, quæ ait, omissionem vnius ex septem horis Canonicis esse mortalem. Primò, quia hæc sententia est communior & recentiorũ planè omnium, vt Nauar. *Cap. 25. Manual 97 Toleti lib. 2 Institutionum* Cap. 10. 12. *&* 13. *Gregorij de Valent.* 2. 2 *Disp* 6. *q.* 2. *p.* 10. *Azor l.b.* 1. *Cap. q.* 1. 2 3. 4. *Iacobi de Grassijs lib* 2. *Cap.* 49 *nu.* 11. *Syluestri, & aliorum, Verbo* Horæ. Addo præterea non modo probabiliorem opinionem illam videri, sed etiam longè tutiorem, præsertim ob rationem pro secunda opinione allegatam. Dictum est enim non deesse Doctores, qui existiment transgressionem legis Ecclesiasticę non esse lethiferam, si aliunde non constet de mente præcipientis, vt ex modo præcipiendi, vel alijs circumstantijs. At constat tum ex Concilio Lateranan. sub Leon. 10 Clericum beneficiatum preces horarias (legitimo cessante impedimento) omittentem, pro tempore, quo non recitauit, fructus suos minimè facere; imò eos impendere tanquam rem iniustè captam in fabricam beneficij aut eleemosynas pauperum teneri. Præterea vero confirmauit hoc Statutum & latius explicauit piæ memoriæ Pius Quintus, in Bulla, cuius meminit Doctor Binsfeldius Treuirensis Suffraganeus in Enchridio, & Bullæ textum habet Doctor Nauar. quo palam decernitur, restitutionem faciendam pro rata omissionis. Verbi gratia, qui Matutinum omisit officium, mediam illius diei fructuum partem; qui tantum Primam, sextam partem fructuum; qui integra die omnes horas omisit, omnes fructus illo die

*Omißio vnius horæ Canonicæ est peccatum mortale.*

D. *Antoninus* 3. *part. Tit.* 13 *Cap.* 4. *nu.* 54.

Par. 4. *ca.* 12. *Conclus.* 2. *Manual. Cap.* 15. *nu.* 122.

sibi

sibi ex Beneficio obuenientes in suum vsum conuertere non posse. Atque huiuscemodi Decreto patet; vt non leuē sed grauem iniustitiā perpetrari à Beneficiatis, quando vel partem etiam non præcipuam prescripti officij Diuini omittunt; ita perinde peccatum non leue sed graue omnino committi ab ijs, qui in sacris Ordinibus constituti notabilem officij Diuini partem aliquo die prætermittunt; eadem enim Religione præcepti Ecclesiastici, ad pensum horarum Canonicarum soluendum tenentur vtrique.

*Qui in Ordine Præmōstratēsi teneantur ad horas Canonicas.*

*Secunda Instructio.* In Ordine nostro maioribus Ordinibus initiati tenentur ad horas Canonicas: vt patet ex Can. Presbyter, *De celebratione Missarum, & Cap.* Dolentes, *eodem Titul. & Cap final 92. Dist* Ratio autem precepti est communis tam Canonicis nostri Ordinis, quàm ceteris omnibus initiatis, quia vnum ex precipuis officijs ministri spiritualis est, orare Deum pro populo. Vnde hoc ipso quod iure Diuino & naturali minister spiritualis tenetur exequi suum officium, tenetur etiam aliquo tandem modo orare pro populo. Ecclesia autem iure positiuo determinauit initiatis modum hunc orandi, recitando septem horas Canonicas. Quod vero attinet ad eos nostri Ordinis, qui sunt in minoribus Ordinibus: Certum est eos non obligari, inquantum sunt in illis minoribus constituti; alioqui omnes alij Clerici in eisdem constituti obligarentur: quod est contra sententiam Doctorum, vno excepto Panormitāno *in dicto Cap. Presbyter.* Imo vero existimarim cum Dominico Soto, non posse Episcopū illis aliquid determinatè reci-

*Qua obligatiōe astringi possint initiati minoribus Ordinibus Lib. 10. de Iust. & iure. q. 5. art. 5.*

recitandum præscribere sub peccato, sed tantum sub quadam congruitate & decentia. Et hoc est quod vult Paludanus, quando ait initiatos minoribus plusquam Laicos astringi, videlicet non ex præcepto, sed ex honestate.

Beneficiati tenentur ad Horas.

*Tertia instructio.* Nostri Ordinis Canonici beneficiati, Titulo Clericali tenentur ad horas Canonicas, quod colligunt Doctores ex eo quod in illo *Cap. final. 92 Dist.* habetur, omnes Presbyteros, Diaconos, Subdiaconos, & omnes qui sunt Ecclesię deputati, debere Horas recitare. Per quam deputationē intelligūt Doctores titulū Præbēdæ, vt distinguitur à titulo Ordinis, per quē etiā Clerici Ecclesię deputantur.

*Quarta Instructio.* Videntur mihi Ordinis nostri Canonici non existentes Beneficiati, vel in maioribus Ordinibus, minimè ad Horas teneri extra Chorum. Hæc tamen dixerim non asserendo, sed meam opinionem explicando contra eos, qui nostri Ordinis Religiosos Scholasticos, etsi Beneficiati, vel maioribus Ordinibus initiati non sint, ad horas teneri, etiam extra Chorum dictitant. Illi nimis duros (mea quidem opinione) se præbent erga innumeros pene iuuenes Ordini nostro per Professionem ascriptos. Imo videntur nimis faciles in condemnanda immemoriali totius Ordinis alicuius consuetudine. Maximè cum nullo Iure communi (nullus enim illa de re Canon extat, vt ait Sotus) vel particulari fulciantur. Nulla siquidem est in Ordine nostro lex, Regula, vel Statutum, quod id præcipiat, quod ipsi prætendunt. Deinde nulla est in Ordine nostro huiusmodi extra Chorum consuetudo. Imò verò ex immemoriali Ordinis no-

Li. 10. de Iust. & iure. q. 5. ar. 3.

stri

ſtri conſuetudine nulli ex noſtris Canonicis officium Canonicum recitant, prӕterquam maioribus Ordinibus initiati, & Beneficiati). Accedit quod ratione Profeſſionis ad id cogi non poſſint; alioqui non ſolum Choro addicti, ſed etiam Conuerſi tenerentur: quod tamē ipſi negant. Accedit etiā, quòd nulla huius recitationis in Profeſſionis noſtrӕ Formula *Ca. 15. Diſt. 1. Stat.* mētio fiat. Et merito Nā de ratione Profeſſionis prӕciſè ſolū eſt, conari ad perfectionē adipiſcendā, per aliqua opera, & exercitia virtutis Religionis, quӕ ex cuiuſque Ordinis Inſtituto, referri poſſint in cultū, & gloriā Dei. Sed, vt clarè patet, iſte conatus ad perfectionē per aliqua exercitia Religionis poteſt coſiſtere ſine peculiari illo actu recitationis ſeptem Horarum; non minus quam ſine quibuſdam alijs actibus Religionis, ad quos quis ex peculiari ſui Ordinis Inſtituto non teneatur; ergo ratione Profeſſionis nullus Canonicus Prӕmonſtratenſis tenetur ad Officium recitandum. Inſuper non tenetur etiam ratione eleemoſynӕ à populo acceptӕ. Multis enim alijs modis vt orando priuatim, concionando, ſcribēdo, &c. poſſunt ſpiritualē eleemoſynā populo, pro tēporali re ab ipſo accepta, largiri. Deinde vt bene Caieta. *in Summa verbo Hora*, notat, eleemoſynę nō ob id principaliter dātur Religioſis, vt fundant ipſi preces pro populo, ſed quia ſunt Diuino obſequio & contemplationi totaliter addicti & conſecrati, & ex profeſſo Pauperes. Pauperibus enim ipſis, quia pauperes ſunt, ſolet conferri eleemoſyna. Denique Doctores plerique ſolum obligant illos Profeſſos ad recitandas Horas, in quorum Ordine talis

*Quod Canonicus Prӕmonſtratenſis non teneatur vi Profeſſionis ad Horas.*

*Cur Religioſis conferātur eleemoſynӕ.*

*Quod Canonici Præmonstratenses non tenentur ad Horas, vi Consuetudinis*

iam viguit, & recepta fuit consuetudo: vt docent Caietanus, *verbo Hora*, Medina & Gregorius de Valentia: qualis consuetudo in Ordine nostro nunquam ab hominum memoria, vt arbitror, fuit; vel in quorum Ordine Statutum aliquod particulare de hac re reperitur; quale etiam apud nos nullum, quod ipse sciam, existit. Hic duo tamen notanda & obseruanda diligenter sunt. Primum est, Superiora omnia quę attulimus intelligenda esse extra Chorum. Nam omnes Ordinis nostri Professores (exceptis Conuersis) existimo indubitanter teneri ad cantandum Horas Canonicas, seu Diuinum & quotidianum Officium, quando sunt in Choro, idque ex Ordinis nostri etiam consuetudine, quæ non minus animaduertit in simpliciter Professos, non canentes in Choro, nec persoluentes quotidiani pensum Officij, quam in ipsos Subdiaconos, & alios Superioribus Ordinibus initiatos. Secundum est, certam ac indubitatam huiusce dubitationis, & difficultatis explicationem, enodationemque ab ipso Capitulo Generali Ordinis nostri, vel summo eiusdem Ordinis nostri, aut totius Ecclesiæ Rectore, seu Pontifice (quorum iudicio omnia hæc nostra scripta submissa & sunt, & esse debent) dependere. Quare Capitulum Generale proximè venturum, seu indicendum consulturum me, Deo iuuante, spero, & spondeo, vt postea indubitatum, ac tutum de hac re consilium præbere queam. Interim non est quod quispiam Conscientię scrupulis vllo modo torqueri se, atque angi patiatur. Etsi enim reperiantur Auctores non ignobiles certè, nec in paruo numero, ex quorum sententia, & o-

pinione inferatur cuiusuis Ordinis Religiosi Professos teneri etiam extra Chorum Horas Canonicas recitare; tamen quia aliorum Auctorum non contemnendæ etiam sanè auctoritatis, & doctrinæ, præsertim Caietani, Medinę, & doctissimi Gregorij de Valentia, locis paulo antè à me citatis, scripta nobis apertè fauent: Insuper & immemorialis consuetudo non recitandi in Ordine nostro iam pręscripsit, nullus planè relinquitur scrupulus, quamdiu Capitulum Generale, vel Summus Pontifex, & Pastor Ecclesiæ consuetudinem illam non condemnabunt. Quanquam dubium non est quin interim Canonicus Præmonstratensis tutò facturus sit, ac bene sibi consulturus, qui licet Beneficiatus nō sit, nec sacris Ordinibus initiatus, Horas tamen Canonicas extra Chorum recitare non prætermittet

*Nec tenentur Conuersi, aut Nouitij in Probatione.*

*Quinta Instructio.* A fortiori neque Conuersi nostri Ordinis, nec Nouitij in anno siue annis Probationis existentes, recitare Diuinum Officium, siue Horas tenentur: quicquid dicat Paludanus *in 4. Sentēt. Distinct. 15 quæst. 5. artic. 1.* Contra quem Sotus, & Syluester *Verbo Hora. Num seu. §. 3.*

*Nauar. li. Cōsil in quodā Præmōstr. Monasterio Hispaniæ recitari Officium, ex vsu & Breuiario Romano testatur.*

*Sexta instructio.* Quamuis Cœnobia omnia nostri Ordinis, & singula possint in Breuiario Romano, reiecto nostro, Horas recitare, vt patet ex Bulla Pij quinti, post restitutum Breuiarium Romanum anno 1568. edita; tamen quādiu totus Ordo noster, vel illius aliquod Monasterium Breuiarium Romanū nō recipit, non licet cōmuniter particularibus ad illud Monasterium pertinētibus recitare Horas secundum

propterea nostrum est omnibus modis conari, vt eius oculos & aures non offendamus. *Qui ministrant Elephanti* ( teste Plutarcho in Moralibus ) *non sumunt lucidam vestem: Qui tauris, purpuream non induunt: nam his coloribus efferantur. Tygrides tympanorum strepitum non ferunt.* Ita nos in Templis ab ijs debemus abstinere, quibus senserimus oculos, & aures Christi in Altari existentis vehementer offendi, qualia sunt, verba dimidia præcidere, voce tantum non corde canere, Psalmis nugas & cachinnos miscere: dubio procul, tum temporis non minus eius aures offenduntur, quam offenderentur aures musici alicuius, cui cantus inconcinnus, ac discors obijceretur.

*Inhonoratur Deus à canentibus indeuote & indistincte. Isai. cap. 6.*

*Sexta instructio.* Imò nonne Deum rerum omnium opificem, cui est honor & gloria, & ante cuius conspectum procumbentes Spiritus Angelici incessabili simul, ac tremebunda voce proclamant, *Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus, Sabaoth*, magnopere inhonorant? Cum enim indecenter & irreuerenter psallunt, irreuerenter & indecenter cum Deo loquuntur. Psallere enim est cum Deo loqui. Hoc est, in quo illum peioris conditionis facimus, quam Principes Seculares. Si enim coram Principe staremus, eumque alloqueremur, multo cum timore staremus, non leuem aut vagum tenentes, & exteriorem animi aspectum, ne quando periculum nobis crearetur: quantò magis coram Deo stare oportet cum timore, & tremore, totamque mentem intentam habere in eum solum, & nusquam aliò distractam, eo quod non solum exteriorem vultum respicit, verum-

etiam interiorem,& eum vel maximè perſcrutatur? Quotieſcumque pſallimus, Dei laudes pronũciamus, vel ob accepta beneficia gratias agimus, vel nobis neceſſaria poſtulamus. Qui Principis alicuius laudes decãtat, vel ob recepta beneficia gratias refert, vel libellum aliquem ſupplicem porrigit, in eo maximè eſt, vt cum geſtu ſermonem decentem inſtituat: alioqui ſi ſubitò auerſus à Principe, media interlocutione dirupta aliquibus ſe vellet ſcurrilitatibus occupare, qualem putas iniuriam Principi illi inferret, aut quomodo contra ſe illius iracundiam commoueret? Eodem modo qui pſallendo nugas cum ſocijs reuolunt, vel riſu profundiore, cachinnoque diſſoluuntur, vel dimidia verba, imò integra precipiti linguę curſu abſorbent, vel attendere non curant, Deum, (quem Pſalmis placare deberent) ad magnam contra ipſos iracundiam prouocant. Nam *qui cum Rege terreno loquitur* (inquit D. Chryſoſt.) *de his tantum verba facit, de quibus voluerit audire, & de quibus Rex fuerit percontatus. Quod ſi quis auſit inijcere ſecus quàm ipſe velit, extremo ſupplicio afficitur. Tu verò cum Rege Regum colloquens, cui cum horrore feruiunt Angeli, omiſſo cum illo ſermone, de luto, de puluere, de telis aranearum loqueris? Nihil enim aliud ſunt huius vitæ negotia. Et quomodo ſuſtinebimus iſtius contemptus pœnam? aut quis nos ab hac vindicta liberabit?* Si Chriſtus ementes, & vendentes ea quæ ad ſacrificia pertinebant in templo, cum tanta ira eiecit, vt eorum menſas euerteret, flagelliſque, quod alias nunquam, cæderet; quæ illos flagella manent,

*Hom. 1. ſuper illa verba Iſai. 6. Vidi Dominum.*

*Matt. 21. Ioan. 2.*

*Chriſtus nũquã vſus eſt flagellis, niſi in prophanantes templum.*

qui domum Dei non solum speluncam latronum faciunt, dum latrocinij cogitationes in ea moliuntur; verum etiam domum meretricum & lupanar, dum inibi oculis lasciuientibus indulgent, impudicis cogitationibus delectantur; domum vanitatum, dum vanis inibi permittunt illudi sibi cogitationibns; domum balbutiei, & subsannationis, dum Dei laudes obscura, & obtusa nare, præcipiti lingua potius rumpere, quam personare videntur? Audiamus quid de huiusmodi sentiat toto terrarum orbe celebris Sanctus Bernardus. *Magna* (inquit) *est peruersitas, imò magna insania, quando cum Domino Maiestatis loqui in oratione præsumimus, & insensati aurem auertimus, & ad nescio quas ineptias conuertimus cor.* Et paulo post. *Loquitur mihi Deus in Psalmo, & ego illi, nec tamen cum Psalmum dico attendo, cuius Psalmus sit. Idcirco magnam irreuerentiam Deo facio, cum illum precor, vt meam precem exaudiat, quam ego qui fundo, non audio. Deprecor illum vt mihi intendat, ego verò nec mihi, nec illi intendo; sed quod deterius est, immunda & inutilia in corde versando, fœdorem horribilem eius aspectibus ingero.*

Cap. 8. Medit.

*Septima instructio*, est Carthusiani. *O quam peruersum est* (inquit) *quam vile, & damnabile est coram tam superaltissimo, & superpræstantissimo Deo, se negligenter, torpenter, incustoditè, indeuotè habere; nec tantùm incorporalis Dei, sed Angelorum quoque sanctorum inhonorare, offendere, contristare præsentias.* Et paulo superiùs. *Præterea quàm attentè, humiliter, & compunctè debeamus Altissimum inuocare, docemur exemplo reorum criminis capitalis, qui si habuerint spem aliquam impetrandi veniam à Iudice tem*

De vita solit. Art. 21.

*porali*

*porali, videmus quantum se coram illo humilient, & posternant, quam lachrimabiliter deprecentur, quantam satisfactionem spondeant, & emendam: & hoc tantum pro temporali vita conseruanda; quantò magis nos multpliciter rei pro euadenda damnatione, ac pœna æterna, pro obtinendis charismatibus Spiritus sancti in vita præsenti, & pro adipiscenda inæstimabili fœlicitate, ac gloria sempiterna, debemus* Deum Deorum, *quem polus, tellus, pontusque contremunt, & ipsa vniuersi machina perhorrescit; coram quo & ipsa numina cum formidine posternuntur, humillimè, affectuosissimè, compunctissimè exorare, laudare, atque extollere?*

*Octaua instructio.* Accedit quòd sic psallentes nihil proficiunt, imò retrocedunt: quare silere pręstaret, quam sic canere. *Vtinam vel frigidus esses aut calidus.* (inquit Dominus in Apocal.) *sed quia tepidus es incipiam te euomere ex ore meo.* Alibi Scriptura maledictũ decernit, ei *qui facit opus* Domini *negligenter.*

*Psallentes perfunctoriè nihil proficiũt*

*Cap. 3.*

*Hiere. ca. 48. ex sup. cit.*

*Nona Instructio.* Vtinam attenderent, quod dum sic psallunt, magno sunt Secularibus scãdalo. Cum enim vna ex parte considerãt, quod ad hoc Claustris reclusi sumus, vt de piorum hominum bonis viuentes, in Psalmis bene decantandis occupemur; altera vero ex parte, cũ tepiditatem quorumdam ex nostris, imò petulantiam in Choro attendunt, & rursus in Psalmorum cantu præcipites, linguasq; dimidios versus præcidentes, imò potius nescio quid barbarum infrendentes audiunt, dolent plurimum & scandalizantur. Dolent illos ita Deum laudare, qualiter ne Bubulcum quidem alloqui vellent. Scandalizantur eo quod inter

*Psallentes indistinctè, generant scandalum.*

nos, quibus dictum est, *Vacate, & videte quoniam ego sum Deus*, quosdam inuenire est, qui ministerij sui tam segniter, & irreuerenter vices obeunt. Opus artis nostrę est psallere: scandalizantur cum tam excellens & Diuinum opus vident indecenter compleri; imò potius non compleri: non enim complet qui officij sui dimidium in ipso meatu faucium absorbet. Et certè magnam illis offensionis causam præbent, qui hoc sancto psallendi munere indecenter funguntur. Exsibilatur enim ab omnibus artifex, qui secundum artem suam non decenter operatur: sic si qui inter nos, quę artis sunt nostræ indecenter exequuntur, magnam vituperandi ministerium nostrum id considerantibus ansam præbent. Nihil est quod peiorem plebi ingerat de nobis opinionem, quam pręcipitata officij nostri, quod est Psallere, executio. *Nam quemadmodum mali persici, quicquid extremum ac molle est comedimus, nucleum verò duro cortice coopertum foras fere aut despuimus aut proijcimus; sic Laici nostra comedunt exteriora, interiora verò non curant, quia nec ea vident nec intelligunt, sed ceremonijs nostris tantummodo afficiuntur.*

*Psalm. 45.* *Pintus in Ezechiel. ca. 1.* *Matt. 18.*

*Decima instructio.* Quòd si illos mola asinaria, Diuino Decreto ceruicibus eorum appendenda, offensionis ansam paruulis præbent, non terret, terreat saltem mortale peccatum, quod sic Horas decurrendo committunt, vt patet ex Can. Dolentes. *Extra de celebratione Missarum* vbi præcipitur sub pœna peccati mortalis, vt studiose, & deuotè celebretur Diuinum officium. Iam verò quomodo studiosè celebratur cum verba dimidia præscinduntur? quomo-

do deuotè, cum ſine vlla attentione, in picarum modum, pſallitur?

## SPECVLVM LVIII.

*In quo videntur ea, quæ horarum Canonicarum penſum concernunt.*

PRima inſtructio. Etſi certum ſit Beneficiarios, & in maioribus Ordinibus conſtitutos peccare mortaliter, quando horas Canonicas omittunt, tamen magna eſt controuerſia de quantitate omiſſionis, id eſt, quanta omiſſio conſtituat peccatum mortale. Nam quidam putant quamcumque omiſſionem; alij tantum partis notabilis, vt pſalmi; alij vnius diei, vt Roſella; alij verò putant omiſſionem Horarum non eſſe peccatum mortale, niſi fiat ex contemptu, vel ex faſtidio rerum Diuinarum, vel ex conſuetudine, vel quando omittuntur pluribus diebus. Quam quidem ſententiam ex Præceptoris mei P. Gordonij viri longè doctiſſimi ſcriptis deprompſi, qui ſequutus eſt Richard. & Angel. & Gerſonem in vita ſpirituali animæ; poteſtque defendi tanquam benignior, & conformior antiquis Canonibus. *Diſt. 91. & 92.* in quibus fit mentio admonitionis ante excommunicationem, de ea re ferendam; & in quibus videtur præſupponi conſuetudo, vt incurratur pœna. Deinde pleriq; ſũt Doctores, qui exiſtimant trãſgreſſionem legis Eccleſiaſticæ nõ eſſe mortalem ſi aliunde nõ cõſtet ex ipſis expreſſis Eccleſiæ verbis niſi

*Quanta omiſſio Horarũ conſtituat peccatum mortale.*

*Verbo Hora q. 10.*

nisi vel ratione scandali vel contemptus. Nihilominus probabilior mihi est illa sententia, quæ ait, omissionem vnius ex septem horis Canonicis esse mortalem. Primò, quia hæc sententia est communior & recentiorũ planè omnium, vt Nauar. *Cap. 25. Manual 97 Toleti lib. 2 Institutionum Cap. 10. 12. & 13. Gregorij de Valent. 2. 2 Disp 6. q. 2. p. 10. Azor lib. 1. Cap. q. 1. 2 3. 4. Iacobi de Graffijs lib 2. Cap. 49 nu. 11. Syluestri, & aliorum, Verbo Horæ.* Addo præterea non modo probabiliorem opinionem illam videri, sed etiam longè tutiorem, præsertim ob rationem pro secunda opinione allegatam. Dictum est enim non deesse Doctores, qui existiment transgressionem legis Ecclesiasticę non esse lethiferam, si aliunde non constet de mente præcipientis, vt ex modo præcipiendi, vel alijs circumstantijs. At constat tum ex Concilio Lateran. sub Leon. 10 Clericum beneficiatum preces horarias (legitimo cessante impedimento) omittentem, pro tempore, quo non recitauit, fructus suos minimè facere; imò eos impendere tanquam rem iniustè captam in fabricam beneficij aut eleemosynas pauperum teneri. Prætereà vero confirmauit hoc Statutum & latius explicauit piæ memoriæ Pius Quintus, in Bulla, cuius meminit Doctor Binsfeldius Treuirensis Suffraganeus in Enchridio, & Bullæ textum habet Doctor Nauar. quo palam decernitur, restitutionem faciendam pro rata omissionis. Verbi gratia, qui Matutinum omisit officium, mediam illius diei fructuum partem; qui tantum Primam, sextam partem fructuum; qui integra de omnes horas omisit, omnes fructus illo die

*Omißio vnius horæ Canonicæ est peccatum mortale.*

D. *Antoninus* 3. *part. Tit.* 13 *Cap.* 4. *nu.* 54.

*Par.* 4. *ca.* 12. *Conclus.* 2. *Manual. Cap.* 15. *nu.* 122.

ibi ex Beneficio obuenientes in suum vsum conuertere non posse. Atque huiuscemodi Decreto patet; vt non leuẽ sed grauem iniustitiã perpetrari à Beneficiatis, quando vel partem etiam non præcipuam pręscripti officij Diuini omittunt; ita perinde peccatum non leue sed graue omnino committi ab ijs, qui in sacris Ordinibus constituti notabilem officij Diuini partem aliquo die prætermittunt; eadem enim Religione præcepti Ecclesiastici, ad pensum horarum Canonicarum soluendum tenentur vtrique.

*Secunda Instructio.* In Ordine nostro maioribus Ordinibus initiati tenentur ad horas Canonicas: vt patet ex Can. Presbyter, *De celebratione Missarum, & Cap.* Dolentes, *eodem Titul. & Cap final 92. Dist* Ratio autem precepti est communis tam Canonicis nostri Ordinis, quàm cęteris omnibus initiatis, quia vnum ex pręcipuis officijs ministri spiritualis est, orare Deum pro populo. Vnde hoc ipso quod iure Diuino & naturali minister spiritualis tenetur exequi suum officium, tenetur etiam aliquo tandem modo orare pro populo. Ecclesia autem iure positiuo determinauit initiatis modum hunc orandi, recitando septem horas Canonicas. Quod vero attinet ad eos nostri Ordinis, qui sunt in minoribus Ordinibus: Certum est eos non obligari, inquantum sunt in illis minoribus constituti; alioqui omnes alij Clerici in eisdem constituti obligarentur: quod est contra sententiam Doctorum, vno excepto Panormitãno *in dicto Cap. Presbyter.* Imo vero existimarim cum Dominico Soto, non posse Episcopũ illis aliquid determinatè

*Qui in Ordine Præmõstratẽsi teneantur ad horas Canonicas.*

*Qua obligatiõe astringi possint initiati minoribus Ordinibus Lib. 10. de Iust. & iure. q. 5. art. 5.*

reci-

recitandum præscribere sub peccato, sed tantum sub quadam congruitate & decentia. Et hoc est quod vult Paludanus, quando ait initiatos minoribus plusquam Laicos astringi, videlicet non ex præcepto, sed ex honestate.

*Beneficiati tenentur ad Horas.*

*Tertia instructio.* Nostri Ordinis Canonici beneficiati, Titulo Clericali tenentur ad horas Canonicas, quod colligunt Doctores ex eo quod in illo *Cap. final. 92 Dist.* habetur, omnes Presbyteros, Diaconos, Subdiaconos, & omnes qui sunt Ecclesiæ deputati, debere Horas recitare. Per quam deputationē intelligūt Doctores titulū Præbēdæ, vt distinguitur à titulo Ordinis, per quē etiā Clerici Ecclesiæ deputantur.

*Quarta Instructio.* Videntur mihi Ordinis nostri Canonici non existentes Beneficiati, vel in maioribus Ordinibus, minimè ad Horas teneri extra Chorum. Hæc tamen dixerim non asserendo, sed meam opinionem explicando contra eos, qui nostri Ordinis Religiosos Scholasticos, etsi Beneficiati, vel maioribus Ordinibus initiati non sint, ad horas teneri, etiam extra Chorum dictitant. Illi nimis duros (mea quidem opinione) se præbent erga innumeros pene Iuuenes Ordini nostro per Professionem ascriptos. Imo videntur nimis faciles in condemnanda immemoriali totius Ordinis alicuius consuetudine. Maximè cum nullo Iure communi (nullus enim illa de re Canon extat, vt ait Sotus) vel particulari fulciantur. Nulla siquidem est in Ordine nostro lex, Regula, vel Statutum, quod id præcipiat, quod ipsi prætendunt. Deinde nulla est in Ordine nostro huiusmodi extra Chorum consuetudo. Imò verò ex immemoriali Ordinis no-

*Li. 10. de Iust. & iure. q. 5. ar. 3.*

stri consuetudine nulli ex nostris Canonicis officium Canonicum recitant, præterquam maioribus Ordinibus initiati, & Beneficiarij. Accedit quod ratione Professionis ad id cogi non possint; alioqui non solum Choro addicti, sed etiam Conuersi tenerentur: quod tamẽ ipsi negant. Accedit etiã, quòd nulla huius recitatio nis in Professionis nostræ Formula *Ca. 15. Dist. 1. Stat.* mẽtio fiat. Et merito Nã de ratione Pro fessionis præcisè solũ est, conari ad perfectionẽ adipiscendã, per aliqua opera, & exercitia vir tutis Religionis, quæ ex cuiusque Ordinis In stituto, referri possint in cultũ, & gloriã Dei. Sed, vt clarè patet, iste conatus ad perfectionẽ per aliqua exercitia Religionis potest cõsistere sine peculiari illo actu recitationis septem Ho rarum; non minus quam sine quibusdam alijs actibus Religionis, ad quos quis ex peculiari sui Ordinis Instituto non teneatur; ergo ratio ne Professionis nullus Canonicus Præmonstra tensis tenetur ad Officium recitandum. Insuper non tenetur etiam ratione eleemosynæ à populo acceptæ. Multis enim alijs modis vt orando priuatim, concionando, scribẽdo, &c. possunt spiritualẽ eleemosynã populo, pro tẽ porali re ab ipso accepta, largiri. Deinde vt bene Caieta. *in Summa verbo Hora*, notat, elee mosynę nõ ob id principaliter dãtur Religiosis, vt fundant ipsi preces pro populo, sed quia sunt Diuino obsequio & contemplationi totaliter addicti & consecrati, & ex professo Pauperes. Pauperibus enim ipsis, quia pauperes sunt, solet conferri eleemosyna. Denique Doctores plerique solum obligant illos Professos ad recitandas Horas, in quorum Ordine talis

*Quod Canonicus Præmonstratensis non teneatur vi Professionis ad Horas.*

*Cur Religiosis conferãtur eleemosynæ.*

pinione inferatur cuiusuis Ordinis Religiosi Professos teneri etiam extra Chorum Horas Canonicas recitare; tamen quia aliorum Auctorum non contemnendæ etiam sanè auctoritatis, & doctrinæ, præsertim Caietani, Medinę, & doctissimi Gregorij de Valentia, locis paulo antè à me citatis, scripta nobis apertè fauent: Insuper & immemorialis consuetudo non recitandi in Ordine nostro iam pręscripsit, nullus planè relinquitur scrupulus, quamdiu Capitulum Generale, vel Summus Pontifex, & Pastor Ecclesiæ consuetudinem illam non condemnabunt. Quanquam dubium non est quin interim Canonicus Præmonstratensis tutò facturus sit, ac bene sibi consulturus, qui licet Beneficiatus nõ sit, nec sacris Ordinibus initiatus, Horas tamen Canonicas extra Chorum recitare non prætermittet

*Quinta Instructio.* A fortiori neque Conuersi nostri Ordinis, nec Nouitij in anno siue annis Probationis existentes, recitare Diuinum Officium, siue Horas tenentur: quicquid dicat Paludanus *in 4. Sentẽt. Distinct. 15 quæst. 5. artic. 1.* Contra quem Sotus, & Syluester *Verbo Hora. Num seu. §. 3.*

*Nec tenentur Conuersi, aut Nouitij in Probatione.*

*Sexta instructio.* Quamuis Cœnobia omnia nostri Ordinis, & singula possint in Breuiario Romano, reiecto nostro, Horas recitare, vt patet ex Bulla Pij quinti, post restitutum Breuiarium Romanum anno 1568. edita; tamen quãdiu totus Ordo noster, vel illius aliquod Monasterium Breuiarium Romanũ nõ recipit, non licet cõmuniter particularibus ad illud Monasterium pertinẽtibus recitare Horas secundum

*Nauar. li. cõsil in quodã Præmõstr. Monasterio Hispaniæ recitari Officium, ex vsu & Breuiario Romano testatur.*

Breuiarium illud Romanum, nostro neglecto: nisi quem fortè absentem à suo Monasterio, rationabilis aliqua causa in hoc excusaret.

*Qui poßint vti Breuiario Romano.*

*Septima instructio.* Omnes Canonici Præmonstratenses (exceptis Conuersis) tenentur tres Psalmos in initio Breuiarij nostri annotatos recitare ante Matutinas. Idque ex Decreto Statutorum nostrorum Cap. 2. Dist. 1. Vbi tamen quatuor notanda sunt. Inprimis, eos non teneri ex vi Statutorum nostrorum sub pœna peccati, ne quidem venialis; quia Statuta nostra, vt patet ex Epistola liminari eorumdem, sub culpa non obligant, sed tantum ad pœnam. Secundum est, eos peccare, quando tres illos Psalmos omittunt, etiam sine contemptu, non quidem mortaliter, sed venialiter. Etsi enim ad eos recitandos non teneantur vi Statutorum sub peccato, tenentur tamen sub peccato vi Capitulorum Generalium, & Ordinationum à Visitatoribus emanatarum, quibus non obtemperare, vt minimum, est veniale. Tertium est, nostrum Ordinem iusta de causa ordinasse hos tres Psalmos recitari ab vnoquoque. Quid enim iustius & charitati conformius, quam se ac totam Ecclesiam singulo quoque dierum initio Saluatori commēdare, prout per horum Psalmorum cum Collectis recitationem vnicè commendamus? Post primum enim Psalmum, *Qui habitat*, hęc collecta pro Ecclesiæ Prælatis, a quibus penè tota pendet Ecclesiastica disciplina, recitatur.

*Cur tres Psalmi recitandi.*

*Omnipotens sempiterne Deus, qui facis mirabilia magna solus, prætende super famulos tuos, & super cunctas congregationes illis commissas, spiritum gratiæ salutaris & vt in veritate tibi compla-*

*placeant, perpetuum eis rorem tuæ benedictionis infunde. Per Christum Dominum nostrum Amen*

Post secundum verò, *Nisi Dominus ædificauerit domum*, hæc oratio pro omnibus Ordinis nostri congregationibus, ad Beatam Virginem Patronam nostram transmittitur.

*Defende quæsumus* Domine, *intercedente Beata Maria Virgine cum omnibus Sanctis tuis nostras ab omni aduersitate congregationes: & tibi corde prostratos, ab hostium tuere clementer insidijs. Per Christum* Dominum *nostrum Amen.*

Tandem post tertium, *Voce mea ad Dominum clamaui*, pro omnibus totius Ecclesiæ filijs hæc dirigitur supplicatio.

*Deus, qui errantibus, vt in viam possint redire iustitiæ, veritatis tuæ lumen ostendis; da cunctis, qui Christiana professione censentur & illa respuere, quæ huic inimica sunt nomini; & ea, quæ sunt apta sectari, Per Christum Dominum nostrum. Amen.*

Quartum notatu dignum est, Religiosos nostri Ordinis debere magno cũ animi affectu hos Psalmos recitare: Primò, quia principia semper feruent, initium autem quotidianarum precum nostrarum est horum Psalmorum recitatio. Deinde, quia ad Deum optimo fine diriguntur, videlicet, vt velit Prælatis Ecclesiæ, & præcipuè nostri Ordinis ac nobis spiritum gratiæ suæ concedere, Congregationesque nostras, contra omnium tam visibilium, quam inuisibilium incursus tutari; nec non omnibus Catholicis dare mentem respuendi mala, & amplectendi bona. Vnde qui cupit se suauiter, & in spiritu dulcedinis à Prælatis suis gubernari, & præsidijs Beatæ Virginis muniri,

*Quanto cum affectu tres Psalmi sint recitandi.*

denique Deum in omnibus Christianis sanctificari, & benedici, studiosè ac deuotè hos Psalmos recitare debet.

*Qui teneantur septē Psalmos, Vigilias, & Cōmendationes recitare.*

*Octaua instructio.* Quod attinet ad septem Psalmos, Vigilias, Commendationes, & huiusmodi orationes, vel in Breuiarijs, vel Ordinarijs assignatas certis ac statutis diebus, bene monet Caietan. in Summa, Verbo Horę, standum esse consuetudini cuiusque loci; tum quoad obligationem absolute, tum quoad obligationem dicendi sub mortali, vel veniali. Existimarim tamen in Ordine nostro tria esse certa. Inprimis, obligari tantum eos, qui sunt in Choro, cum non videatur alia intentio eorum, qui eas preces instituerunt, quam vt eæ à Conuentu canantur, vel recitentur. Argumentum autem huius rei est, quod in Ordinarijs nostris quotiescumque pręcipitur recitatio illarum, sola fiat mentio Conuentus. Deinde ad ostendendum quòd soli existētes in Choro, teneantur ad illas preces, facit quod præcipitur in Cap. 3. Stat. *Dist.* 1. vt videlicet ante Commendationes pulsetur in eum finem, vt omnes conueniant. Quod vix potest intelligi, nisi ad conuocandos eos, qui sunt in diuersis officinis, vt & ipsi Choro se iungentes recitent cum Conuentu, quod alioquin separatià Conuentu recitare non tenentur. Secundum est, omnes Claustrales illis debere interesse, ni si specialis aliqua necessitas vrgeat; idque sub ea poena peccati, sub qua tenentur horis Canonicis interesse. Imo vero qui excusantur à Choro tempore horarum Canonicarum, aliquando tempore illarum precum non excusantur, vt patet ex Cap. 2. *Stat. citato*. Tertium est, absen-

*Extra Chorum non tenentur ad septem Psalmos, Vigilias & Commendationes.*

*Omnes Claustrales debent interesse Psalmis, & Vigil.*

tes à Choro bene & pie facturos, si eas recitarent, vt colligitur ex Bulla Pij quinti edita circa Breuiarium Romanũ anno 1568. restitutum. In ea enim quamuis Pontifex vnumquemque in particulari, legentem Breuiarium Romanum, non velit obligare sub peccato ad prædictas extraordinarias preces, hortatur tamen omnes ad eas statutis diebus recitandas, & impertitur etiam indulgentias recitantibus. Ex quo colligere possumus absentes à Choro non obligari quidem ad eas nostras preces extra ordinarias dicendas, sed bene facturos ac piè, si eas dicerent imposterum. Quartum est, Superiores qui eas passim omitti scienter permitunt, peccare mortaliter, cum ijs Religiosis, qui id procurant. Imo vero existimarim eum Superiorem, qui semel tantum omitti permitteret, peccare etiam mortaliter; cum id vix fieri possit sine scandalo, & Ordo noster ad id se teneri sub peccato mortali videatur existimare. Quintum est, Superiores teneri consuetudinem preces illas recitandi restituere, vbi abolita est, quod colligitur ex Soto, *Relectione, de tegendo & detegendo secreto*, & Dominico Banne.

*Indulgentiæ concessæ recitãtibus Vigilias.*

*Quomodo peccent qui in Choro omittũt Vigilias.*

*Membro 2. q. 3*
*In 2. 2. q. 33. art. 3. dub. 3.*

---

## SPECVLVM LIX.

### *In quo videtur, quomodo recitandæ vel cantandæ sint Horæ, & cum qua attẽtione*

P*Rima instructio*. Non est satis cantare horas quomodocumque, sed oportet studiosè ac deuotè: idque sub pœna peccati mortalis, iuxta Can. Dolentes. Extra, de celebratione Missarum,

vbi non solum præcipitur Horas recitare, sed etiam modus præcipitur, quo sunt recitandæ, videlicet studiosè ac deuotè. Per *studiosè* intelligitur distincta voce absque syllabarum confusione, & ita clarè, vt saltem à prope astantibus, si adessent, neque essent præpediti, audiri possent. Per *deuotè* verò præcipitur attentio interior, saltem virtualis. Sic D. Thomas, Caiet. & Syluester *Verbo Hora*. Dominicus Sotus, Nauar. *Cap 25*. *Manual*. & Ioannes Medina *q. 15. de Oratione*.

*Quid sit studiosè & deuotè recitare Horas.*

*2.2. q. 83. ar. 12. Lib. 10. de iustitia & Iure q. 4. art. 4.*

*Secunda instructio*. Ille recitat vel canit horas cum attentione, qui accedit ad orandum animo satisfaciendi præcepto Ecclesiæ, & attendendi ad verba, & ad Deum qui oratur; & postea talem animum non mutat ex proposito, directè aut indirectè diuertendo ad aliena, & incompatibilia cum interiori attentione & deuotione. Sic Gregor. de Valent. post Doctores citatos. Is *autem*, ex eodem Gregorio, *mentem distrahit ex proposito directè, qui deliberatè vult illam ad alia incompatibilia cum attentione transferre: indirecte verò is, qui aduertit se aliqua alia cogitatione vel occupatione incompassibili distineri, & idcirco impediri ab atttentione, & nihilominus non reijcit talem cogitationem vel occupationem. Etenim donec quis aduertat se per talem cogitationem aut occupationem impediri ab attentione, omissio vitandi talem cogitationem vel occupationem, non incipit esse voluntaria atque adeo nondum est tunc distractio indirectè volita sicut notauit inter alios Caiet in summa Verbo Horæ Canonicæ. Et ratio est: quia donec quis totum illud aduertat, nondum habet sufficiens principium in cogitatione, vt sit ei liberum retrahere mentem*

*Quæ attentio sit necessaria.*

*In 2. 2. Disp. 6 q. 2. punct. 10.*

*à distra*

*à distrahentibus.* Hæc Gregor. loco citato. Ex quibus colligi possunt proximè sequentes Instructiones.

*Tertia instructio.* Qui inter recitandum Horas lauat manus, vel quid simile exequitur, etiam ex proposito, satisfacit præcepto Ecclesiæ de recitandis Horis studiosè ac deuotè: quia actio illa exterior potest esse cum attentione ad Horas recitandas requisita; licet frequenter eiusmodi distractiuncularum occasionibus adiungi soleat quædam irreuerentia, tamen non est nisi venialis, ex Soto.

*Lauans manus recitando Horas.*

*Lib. 10. de Iustitia & Iure. q. 5. ar. 4.*

*Quarta Instructio.* Qui inter recitandum preces numerat pecunias, vel confabulatur, vel quid simile peragit, non satisfacit præcepto Ecclesiæ de recitandis Horis studiosè ac deuotè. Et ratio est, quia huiusmodi necessariò impediunt attentionem, & nõ est illis compassibilis attentio.

*Numerans pecunias recitando Horas.*

*Quinta Instructio.* Qui inter recitandum Horas, distinetur aliqua occupatione exteriori etiam incompassibili debitæ attentioni, non peccat mortaliter, quamdiu nondum aduertit se per illam impediri. Ita Gregor. de Valent. loco citato cum Nauar. in Manual,

*Distractus inaduertenter.*

*Cap. 25. nu. 107.*

*Sexta instructio.* Qui inter recitandum Horas meditatur, etiam ex proposito, & directè aliquod mysterium Diuinum, non desinit satisfacere præcepto; quia quodlibet mysterium Diuinum est aptum ad excitandum deuotionem illam interiorem, & attentionem ad Deum, quæ necessaria est. Vnde ritè potest quis simul satisfacere præcepto audiendi sacrum, & recitandi officium Diuinum Nam attendendo mysterio Missæ, satisfacret atten-

*Meditans etiam ex proposito mysterium aliquod Diuinum.*

tioni requisitæ in oratione. Ita Gregor. citat. & Caiet. ex eodem Gregor,

*Quanta distractio requiratur ad peccatum mortale.*
*Cap.25. Manu. num. 107.*

*Septima instructio.* Qui inter recitandum Horas, deliberatè distrahitur in parte notabili, peccat mortaliter, iuxta Nauar. vt qui per totam mediam partem Tertiæ vel Sextæ distraheretur. Quod tamen non mihi videtur ita verum, vt quicumque semel atque iterum in parte notabili alicujus Horæ distrahitur, statim mortalem culpam committat, nisi id fiat consuetudine; quia Canon, Dolentes, citatus, de ijs loquitur tantum, qui ex consuetudine non attendebant. Vnde videtur, vt aliquis circa attentionẽ peccet moraliter, requiri, vt diu & ex consuetudine distrahatur. Distrahi autem diu, & ex consuetudine esse peccatum mortale negari non potest. Etsi enim nullus Canon huiusmodi distractionem sub peccato mortali prohibens extaret, extat lex Diuina, quæ id certo certius vetat, vt probant Sotus loco citat. & Medina in lib. de pœnitentia; siue oratio sit ex præcepto, siue sit libera. Est enim inprimis contra Scripturam *Qui adorant* Deum, *in spiritu & veritate oportet adorare.* Et, *populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè est à me.* Et, *Ante orationem præpara animam tuam, & noli esse quasi homo qui tentat* Deum. Est etiam contra rectam rationem. Primo enim est genus mendacij, aliud mente dicere, & aliud verbis. Secundò, id cedit in magnam irreuerentiam Dei; nam nemo ita auderet alloqui Principem. Quare grauius peccatum est recitare hoc modo Officium, quam omnino non recitare, quia illud est contra præceptum Dei, hoc contra præceptum Ecclesiæ tantum. Quemadmodum

*Distrahi diu & ex consuetudine quale peccatum.*
*Tract. 6.*

*Ioan. cap. 4.*
*Isaiæ 29.*
*Matt. cap. 15.*
*Eccles. 8.*

grau

grauius peccatum est malè communicare die Paschatis, quàm omnino non communicare: & grauius peccatum est maletractare hospitem, quam non recepisse. Hinc colligi potest sequens

*Octaua instructio* Qui priuatim orat eo tempore quo non tenetur orare, tenetur etiam attentionem adhibere; alioqui quodammodo irridebit Deum, & peccabit ob irreuerentiam contra virtutem Religionis. Sotus; qui tamen hanc doctrinam limitat, dicendo huiusmodi irreuerentiam non esse mortalem, nisi adueniente aliqua alia graui circumstantia. Nec est quod aliquis obijciat, vbi nulla est obligatio orandi, nullam esse posse obligationem attentè orandi. Nam quicumque orat tempore, quo non est præceptum, non tenetur tunc quidem attentè orare ex pręcepto affirmatiuo orationis, sed tantum ex præcepto negatiuo virtutis Religionis, quo prohibetur omnis irreuerentia contra Deum. Supposito enim quod velit orare, debet omnem irreuerentiam vitare. *Gregor de Valent.*

*Distractio in orationibus liberis quale peccatum.*

*Li. de Iust. & iure q. 6. ar. 5.*

*In 2. 2. Disp. 6 q. 2. punct. 10*

***Nona instructio.*** Qui vespere diei recitat Matutinas alterius diei, non peccat. Conueniunt enim omnes Doctores, tempus dicendi Officium esse à vespere vnius diei vsque ad mediam noctem sequentis diei inclusiuè. Ex quo sequitur primò, quod diximus, non peccare eum, qui vespere vnius diei recitat Matutinas alterius diei. Dicitur autem vesper incipere absoluta nona, seu hora tertia pomeridiana. Quare circa quartam licet Officium incipere etiam ante cœnam. Nauar. Secundò, licere extra Chorum sine peccato, saltem mortali, quã-

*D. Anton. 3. p. Tit. 13. ca. 4. q. 4. Nau. c. 25 Manual. Suffrag. Treu. ca. 9. 4. parte Enchiridii.*

*Licet hora 4. pomeridiana recitare Matu*

 cum-

cumque horam Canonicam quacumque hora huius temporis recitare, excepto quod vespere præcedentis diei tantùm licet ex Horis diei sequentis recitare Matutinas cum Laudibus. Dixi (sine peccato saltem mortali) quia nullum planè tempus obseruare in recitando Officio, vel non illud quod ad illud recitandum destinatum est, sine causa rationabili, & prout somniat animus commutare, graue esse potest peccatum veniale, maximè si postponatur. Nam si anteuertatur, nullum puto esse peccatum cõmuniter, nisi id fiat ad vacandũ otio toto die, vel ob alium finem malum. Imò verò, anteuertere Horas recitandi Officij, communiter est consultum propter futuras occupationes, vel ad solatium attentionis, quę solet esse matutino tempore maior: quia eo tempore animus nondum est ita actualiter negotijs immersus. Vnde in Capit. Presbyter. *de celebratione Missarum* suadetur, vt manè dicantur Horæ vsque ad Vesperas, *Extra de Celebratione. Cap.* 1.

*...nas alterius ...ie: Azor. lib. ...o. Institut. Moral. c. 9. ...p. 25. Ma-...4.107.*

*Licet extra Chorum dicere Horas quacumque hora.*

*Decima instructio.* Prælatus qui consuetum tempus Horarum in choro recitandarum commutat, vel commutari permittit, grauiter peccat: præcipuè si Monasterium sit in vrbe; idque propter scandalum, quod inde oritur, & murmurationem populi, qui propter huiusmodi commutationem non potest Diuino officio, vt proposuerat, interesse, habetur Clementina prima de Celebratione Missarum. Idem Sotus *loco citat.* Qui etiam arbitratur *Ar.* 4. non esse peccatum mortale, celebrare Sacrum ante Officium matutinum, quia Officium matutinum nullam habet connexionem cum Missa, quæ

*Prælatus non debet commutare tempus cantandi Horas.*

opinio valde mihi est probabilis, licet sit contra Syluest. *Verbo Missa. Numer. 6.* Esset autem veniale id facere, sine rationabili causa, propter contrariam, eamque laudabilem consuetudinem, quæ videtur sub veniali obligare.

*Vndecima instructio.* Canonicus Præmonstratensis debet cantare horas Canonicas in Choro. Ad id enim Ordo noster est institutus, vt in Choro Diuinum officium cum cantu persoluamus. Deinde id habet laudabilis Ordinis nostri consuetudo. Tertio, quia Canonici seculares ad id tenentur, vt habetur de Clericis nõ residentibus in. 6. Can. vnico, qui renouatus est in Concilio Tridentino. ergo à fortiori Regulares, qui adhuc specialius sunt Choro deputati. Non est tamen mortale Canonico Præmonstratensi. abesse semel atq; iterum à Choro, sed tantum quando sæpius, & quasi ex consuetudine; vel quando absentia habet adiunctum contemptum, vel generat scandalum, vel secum vehit detrimentum notabile Diuini officij, vel est contra præceptum Superioris, qui sub pœna peccati mortalis abesse vetuit. *Caiet. Verbo Hora.* Imò verò Innocentius & Hostien. citati à Syluestro sentiunt Clericum beneficiatum debere dicere quotidie officium, vel saltem audire in propria Ecclesia. A fortiori ergo tenetur Canonicus nostri Ordinis.

*Sessio. 22. Cap. 4.*

*Quando peccet Religiosus absens a Choro.*

*Duodecima instructio.* Canonicus Præmonstratensis, qui data opera dicit Officium de aliquo Sancto quãdo dicendum est de Feria, veniale peccatum committit, quando id facit propter breuitatẽ Officij, & aliquoties tantũ. Nam si

*Quomod liceat Officium Feriæ mutare in Officium alicuius Sancti.*

id enim

id communiter ageret, videretur Ordinis ritum nihili facere, & sic peccaret mortaliter: si autem id faciat ex deuotione alicuius sancti, nullum est peccatum.

*Sextam ante Tertiam recitare quando peccatum.*

*Celebrare ante recitatam Primam nullum est peccatum.*

*Decimatertia instructio.* Canonicus Præmonstratensis veniale peccatum, si sine causa Sextā ante Tertiam recitet, committit, sed nullum est peccatum quando adest causa, vt si quis non recitata Tertia ingrediatur Chorum, qui incipit Sextam, cum Choro prosequi, nec tenetur postea repetere; sed Sufficit si dicat postea Tertiam; sicuti etiam dicere Sacrum ante Primam nullum est peccatum, vbi is qui dicit Sacrum tenetur interesse Choro tempore Primę, & cum alijs cantare: alioqui teneretur iam bis dicere, ad quod nullus obligari debet; sicuti etiam celebrare Sacrum ante recitatas Matutinas, nullum est peccatum, quando aliqua vrget necessitas. *Sotus loco citat.*

*In Choro omittere Psalmum vnum vel Antiphonam, non est peccatum.*

*Decimaquarta instructio.* Canonicus Pręmōstratensis omittens vnam Antiphonam, vel Responsorium, vel Psalmum extra Chorum, peccat venialiter. In Choro verò non peccat, talia omittens, si alijs occupatur Chori negotijs, siue manens in Choro, siue extra; quia censentur Confratres illum defectum supplere, cum quibus participat in precibus, nec tenetur repetere; sed tantum, si fieri potest, tenetur ad ea quæ canuntur attendere. Dico, Si fieri potest; quia Religiosus exiguo aliquo tempore confessioni alicui auriculari addictus, non tenetur repetere vnum atque alterum Psalmum, neque debet, aut potest attendere Choro, sed pœnitenti. *Syluest.* Vtrum autem omittere Officium Beatæ Mariæ, quando aliquis est occu-

*verbo Hora q.7.*

patus

patus circa Chorum, sit peccatum, & quale in Ordine nostro, dicemus sequenti Speculo. Dixi (In Ordine nostro) quia secundum Breuiarium Romanum, nullum peccatum est, in alijs vero Breuiarijs sequenda est consuetudo. Nam in iure Canonico, nihil commune præscriptum habetur.

## SPECVLVM LX.

*In quo apparet, sub qua pœna Canonici Præmõstratenses teneantur tam in Choro, quàm extra Chorum ad Horas Beatæ Virginis.*

P*Rima instructio.* Canonici Præmõstratenses tenentur in Choro, ad Horas Beatæ Virginis; idque ex Statutorum nostrorum decreto *Cap. 2. Dist. 1.* & ex laudabili & antiqua consuetudine Ordinis, qui Beatam Virginem in Patronam, & aduocatam suam specialiter elegit, ac propterea se ad eius cantandas laudes, septem Horis cõtentas, obligauit. Hinc est quòd ij peccent mortaliter, Primò, qui hanc consuetudinem in aliquo Monasterio intermittunt, maximè verò Superiores, quorum præcipuè est ea, quæ ad Diuinum officium, vel disciplinam Monasticam faciunt conseruare. Imò vero, etsi consuetudo illa obligaret tantum sub veniali, tenentur tamen Superiores illam sub pœna pecati mortalis conseruare, sicut & ea omnia, quæ ad disciplinæ Monasticę conseruationem planè requirun-tur, etsi tantùm præcepta sint sub pœna venialis. *Bannes.* Secundo, ij peccant mortaliter,

*Tenentur in Choro sub pœna peccati mortalis.*

*Prælati qui in Choro intermittunt horas B. Mariæ Virg. peccãt mortaliter*

qui

qui hanc consuetudinem intermissam non restituunt, præcipuè verò Superiores, quorum munus requirit, vt sub pœna peccati mortalis restituant ea, quæ ad substantiam Ordinis sui pertinent: qualis est recitatio Horarum paruarum Beatę Virginis, vt ostendimus superius.

*In 2.2. q.33. ar.2. dub.2.*

Tertio, ij qui existentes in Choro, cæteris eas cantantibus, non cantant. De quo nulla est apud Authores dubitatio: quamuis dubitatio sit, an absens à Choro, in quo consuetudo est eas cantare, teneatur eas extra Chorum recitare. Qua de re sit.

*Tenentur etiam extra Chorum.*

*Secunda instructio.* Etiam extra Chorum Canonici Præmonstratenses tenentur ad paruum Officium Beatę Virginis: quod manifestum est ex Rubrica Breuiariorum nostrorum, authoritate Capituli Generalis approbatorum, ac confirmatorum. In qua Rubrica innuitur passim recitatio huius Officij, etiam extra Chorum: quando videlicet occurrente aliquo festo Triplici, præcipitur illud Officium intermitti in Choro, vel non dici in Choro; quæ additio (in Choro) apertè indicat mentem esse Capituli Generalis & Ordinis, recitari tunc extra Chorum. Vt autem ex communi Doctorum sententia certum est nos ad illud Officium cantandum teneri in Choro sub pœna peccati mortalis, sic mihi sub eadem pœna teneri videmur extra Chorum. Huic nostrę sententiæ fauet Toletus *lib. 2. instit. Cap. 13.* vbi putat eos, qui non vtuntur nouo Breuiario Romano, teneri sub mortali ad illud paruum Officium recitandum, quando in eorum Ecclesijs consuetudo est vt dicatur. Eiusdem est sententię Nauar.

*Festum Triplex vocent, quod in Breuiario Rom. primæ Classis dicitur.*

Comm.

*Comm de Oratione Cap. 10 Num 3. & Cap. 21. Nu 22 Azor lib. 10. Cap. 7. q 12. & Cap. 16 q. 1. 2. & 3 Syluest. Tab ena & Caiet. Verbo Horæ Sotus lib. 10. de Iustitia & Iure. q. 5. ar. 4. Iacobus de Graffijs lib 2. Cap. 52. Num 19.* H (inquam) omnes putant vel ex præcepto Vrbani secundi, vel saltem ex consuetudine teneri omnes ad recitandum paruum Officium Beatę Virginis, vbi forma Breuiarij habet vt recitetur, vel si in Choro soleat dici. Et licet hi Doctores præter Toletum non explicent, an hoc præceptum, vel consuetudo obliget ad mortale, satis tamen id suis verbis significant. Huic etiam sententiæ fauet Binsfeldius in Enchiridio, vide horis Canonicis Consil. 8. vbi ait Religiosos ad illud Officium teneri pro ratione suorum Statutorū vel consuetudinis. Nam etsi vi Statutorum nostrorum non teneamur ad illud Officium sub pœna peccati mortalis, quandoquidem Statuta nihil præcipiunt sub mortali; obligamur tamen ratione consuetudinis. Cuius quidem consuetudinis habita ratione, videtur mihi Ordinis nostri professores tam in Choro, quam extra Chorum teneri ad illud paruum Officium sub mortali. Consuetudinem enim illam recitandi illud Officium Ordinis nostri professores amplectuntur tanquam obligatoriam ad mortale; adeo vt æque solliciti sint de hoc paruo Officio recitando atque de horis Canonicis; ex quo certissimum, argumentum obligationis ad mortale sumitur. Nam vt docent Doctores, *lex accepta tanquam obligtaoria ad mortale, obligat; præsuppostta hac acceptione, ad mortale.* Cum ergo consuetudo

*Breuiarium obligat Præmonstratenses ad Horas Beatæ Virginis etiam extra Chorum.*

*Consuetudo obligat ad Horas Beatæ Virginis etiam extra Chorum.*

habe-

habeatur pro lege, probatum relinquitur nos ea consuetudine teneri ad illud Officium sub mortali. Quod tamen de ijs solum modo intelligendum est, qui maioribus sunt Ordinibus initiati. Nam his inferiores non videntur teneri extra Chorum, cum consuetudo Ordinis ad id eos non obliget, nisi ex quâdam congruitate. Hanc congruitatem quidam attendentes, dum suos ad Academias studiorum causa mittunt, eis Horarum Beatæ Mariæ pensum iniungũt, prout alias mihi in Mussipõtana Academia operam litteris nauanti iniunctum est ab Auũculo meo D. Iacobo Colpin, insignis Monasterij Sancti Pauli Virdunensis (in quo vota sub eo emisi) Priore ac Restauratore. Denique faciunt pro hac sententia Ordinationes Visitatorum, precipuè moderni Generalis, quæ id non minus quàm magnum Officium videntur precipere. Tenor Ordinationis moderni Generalis, in cursu Visitationum Germanicarum editæ, hic est.

*Iacob. Colpin.*

*Franciscus à Longo Prato.*

*Horarum Canonicarum & Beatæ Virginis pensum constitutum ab Ordine horis distinctè, sine vllis hallucinationibus ac deuotè sine vllis spontaneis animi huc illuc cursitationibus sub pœna peccati mortalis,* iuxta Cap. Dolentes. Extra de celebratione Missarum, *persoluatur; ne Dei laudes truncare, vel eum labijs tantum honorare dicamur.* Ex hac doctrina sequitur, Primò, Parochos nostri Ordinis non minus quam Claustrales teneri quotidie ad illud paruum Officium Beatę Virginis. Secundo sequitur, Claustrales absentes a Choro teneri illud Officium non minus quam Canonicum recitare.

*Parochi nostri Ordinis tenentur ad Horas B. Virginis.*

*Tertia instructio.* Præcepto cantandi Horas

Beatæ Virginis in Ordine nostro non satisfaciunt totaliter, inprimis, qui submissa voce & sine vllis planè notis canunt; quia vniuersalis praxis & consuetudo Ordinis aliter habet, vt ego Præmonstrati, & alibi didici. Deinde id vetant passim Capitula Generalia, tam recentia, quàm antiqua, vt videre est ea perlustranti. Ij etiam qui submissa voce canunt, solent syllabas, verba, imò etiam aliquando sententias dimidias pręcipiti linguæ rotatu absumere. Secundò, non satisfaciunt, qui in hypocaustis, vt communiter Sueui & Bauari, illas canunt; quandoquidem consuetudo ac praxis Ordinis, & Capitula Generalia habent, vt in Choro semper canantur, exceptis diebus solemnioribus in Breuiario nostro diligenter annotatis, prout ijsdem Sueuis & Bauaris non semel in cursu Visitationum nostrarum anno 160 . exposui in præsentia Reuerendissimi Generalis moderni.

*Horas Beatæ Virginis non licet submissa voce canere.*

*Is est Franciscus à Longo Prato.*

*Quarta instructio.* Excusantur à recitandis horis totaliter, vel ex parte. Primò, infirmi. Nauarrus, vbi tradit infirmitatem non censeri excusare eum, quem non impedit, quo minus alia negotia grauia & molesta tractet. Secundo, grauiter & repentè ira occupati, vt nequeāt sine graui scādalo, vel graui detrimēto recitare. Sec⁹ autē si posset Officium anticipari vel differri. Ita Nauar. *supra & Syluester Verbo Hora q. 2 lt.* Studium tamen litterarum non excusat; quando quis potest, & scit recitare: sed si omnino nesciret; a tali recitatione excusaretur. Tertio, Nescientes Officium memoriter, & carentes Breuiario; etiamsi facilè peccauerint antea illud non comparando, vel sponte in profluen-

*Qui excusentur à recitatione horarũ Canonicarum.*

*Cap. 25. Manual. nu. 100.*

tem abijciendo: dummodo tamen eos poeniteat de negligentia, vel nequitia præterita. *Nauar. loco citat.* Quartò, Dispensati à Summo Pontifice ex consuetudine præscripta, quæ superat centum annos: & qui habent hanc potestatem, eo ipso quo conferunt Beneficium puero, qui non potest recitare, dispensare cum illo videntur. Quintò, obligatus solum ad recitationem Horarum ratione Beneficij, de quo nihil sperat se recepturum, vel de quo non potest recipere octo Ducatos aureos. *Sotus.* Nam Beneficiarij qui obligabantur in Can. antiquis, sustentabantur Ecclesiæ bonis.

*Nauar. supra Num. 102.*

*Li. 10. de Iust. & iure. q. 5. art. 3.*

## SPECVLVM LXI.

*In quo videntur remedia contra distractiones in Psalmodia, vel oratione priuata contingentes.*

PRima *Instructio.* Inter remedia primas tenet præparatio. *Ante orationem,* iuxta doctrinam Climaci, *præpara te per sempiternam animæ orationem ad assistendum precibus tuis, & citò proficies,* Ego verò ante quattuor annos in celeberrimo Sancti Pauli Virdunensis Cœnobio, cui in professione nomen dedi, dum inter promeridianas confabulationes de quorumdam in recitandis Horis negligentia pauca dicerem; quæsiuit aliquando Confratrum aliquis, quibus modis attentio quærenda esset, & quo vtendum esset freno ad præcipitis linguæ cursum temperandum. Pe-

*Necessaria est præparatio ante orationem.*

*Gradu. 28.*

*Monasterium Sancti Pauli Virdunensis.*

tenti

tenti vero illud Sapientis consilium dedi. *Ante orationem praepara animam tuam, & noli esse quasi homo, qui tentat Deum.* *Nam quales* (vt ait Cassia.) *cupimus in oratione inueniri, tales ante eam oportet nos praeparari.* Vnde in Speculo Monachorum, hæc Monacho fit exhortatio *Stude vt excites cor tuum aliqua deuotione, praeueniens horam Canonicam, quam dicturus es.* Ponamus nobis ob oculos pauperem, qui cum vult eleemosynam à diuite extorquere, conatur omnibus modis eum præuenire, cogitans quibus verbis ad impendendam optatam eleemosynam valeat eum inflectere. Eodem planè modo Religiosus antequam in conspectu Diuinæ Maiestatis appareat, vt Horarum pensum inchoet, totus in eo esse debet, quomodo decenter, & quibus verbis eius misericordiam inflectere poterit. Hoc probè cognoscentes nostri Ordinis antiqui Patres, Stationes quasdam ante Capitulum, Vesperas & Completorium prudenter ordinarunt. Et ad quid quæso hę Stationes, nisi vt mens stans in se omnes suas vires ad reuerenter, & debitè psallendum disponat; cogitansque coram quo astare, & cuius laudes decantare pręsumat, ad hoc opus promtior, & ad singula verba proferenda exactior, & attentior euadat? Intellexerunt nimirum Patres cum Hugone, *quod nulla potest esse perfecta oratio, quam meditatio non praeuenerit.* Itaque, dilectissimi Fratres, non sit nobis molestum hisce Stationibus interesse; non sunt inutiles & superuacaneæ; ad pręparandum cor nostrum ad orationem inuentæ sunt: omnis autem Diuini officij nostri fructus à præparatione dependet, iuxta

*Eccles. ca. 18.*

*In Collatione Abbatis Isaac*

*Vnde institutæ sint Stationes.*

*Tractatu de Oratione.*

*Nulla est perfecta oratio, quā meditatio nō praeuenerit.*

*Psal. 9.*

certissimam Prophetæ experientiam: *Præparationem cordis eorum audiuit auris tua.* Venundemus igitur Deo illam temporis morulã, quam in Statione insumimus, & experiemur quàm abundanter nobis retribuet.

*Secunda instructio.* Vt autem non sine fructu huiusmodi Stationes in Ordine nostro fiant, iuuerit hic subijcere cõsiderationes quasdam, singulis hebdomadę diebus accommodatas, quę in Monasterio sanctæ Marię in nemore affixæ sunt Claustri parieti, diametraliter loco Stationum opposito, & quibus Religiosi eiusdem Monasterij studiosè vtuntur. Considerationes autem grandiori charactere conscriptæ sic se habent.

---

Quare Stationes sint inuentæ.

*Considerationes Religiosorum S. Mariæ in nemore, quando intersunt Stationibus.*

*Ordinarunt Patres nostri Stationes, vt mens stans in se omnes suas vires ad reuerenter, & debitè psallendam disponat; cogitansque coram quo astare, & cuius laudes decantare præsumit, ad hoc opus promptior, & ad singula verba proferenda exactior, & attentior euadat. Intellexerunt nimirum Patres cum Hugone* (in Tractatu de oratione) *quod nulla potest esse perfecta oratio, quã meditatio non præuenerit.*

Ante Capitulũ, Vesperas & Completoriũ.

Die Dominico.

*Attende tibi eius laudes cantandas, cui cum tremore seruiunt Spiritus Angelici; & ante cuius conspectum procumbentes tremebunda voce proclamant, Sanctus, Sanctus, Sanctus* Dominus *Deus omnipotens.*

Die

Die Lunæ.

*Cogitate ad hoc Claustris reclusum vt in Psalmis ore & corde percantandis occuperis.*

Die Martis.

*Cogita maledictum illum esse, qui facit opus Dei negligenter.* Hierem. 48. iuxta versionẽ interpretũ 70.

Die Mercurij.

*Cogita, quod dicit Dominus, quia tepidus es, incipiam te ex ore meo euomere.* Apoc. cap. 3.

Die Iouis.

*Doleas te plerumque ita irreuerenter Deum alloqui psallendo, qualiter ne homunculum quidem alloqui velles.*

Die Veneris.

*Cogita tibi eum esse alloquendum, qui, vt tibi procuraret cœlum, non horruit patibulum.*

Die Sabbathi.

*Cogita, quod is qui cum terreno Rege loquitur, de illis tantum verba facit, quæ nouit eum velle audire.*

Super Templi autem fores, per quas Religiosi post Stationes ingrediuntur Templum, hęc habetur monitio.

*Cogita te ingredi domum Dei, in eaque Deum corporaliter, comitantibus Angelis habitare; ibique stare post parietem accidentium panis, aspicere per fenestras specierum, prospicere per cancellos earumdem, ac nos nostrosque gestus oculis intueri corporeis, eisdemque auribus voces nostras percipere.*

Porro hic nota eos non obseruare Stationes secundũ Ordinis intentionẽ, qui tẽpore earũ, vel recitant Horas omissas, vel legunt in libro *Qui non satisfaciant Stationibus.*

aliquo, vel recitant Rosarium: nisi forte libri lectio, vel Rosarij recitatio tendat ad par[illegible] attentionem in Horis cantandis requisitam. Secundò nota, teneri Superiores sub pœna peccati mortalis restituere illam Stationum consuetudinem, vbi fuerit intermissa, vt colligitur ex Dominico Banne, vbi affirmat communem esse sententiam peccare mortaliter Prælatos, qui negligunt receptas ceremonias in Ordine, quæ aliàs sub mortali non obligant; si eorum culpa eant in desuetudinem.

*Peccatum Prælati non restituentis Statiões. In 2.2. q.33. ar.3. dub. 3.*

Tandem quia correctio libenter suscepta non parum facit ad spiritualem progressum, hæ considerationes, ad intrandum Capitulum fructuosè reperiuntur affixæ parieti è regione Capituli posito.

## Preparationes ad Capitulum fructuosè intrandum.

### Die Dominico.

*Cogita Capitulum esse purgatorium, ac proinde cum Deus non puniat bis in idipsum, non subiturum eum pœnas in Purgatorio, qui lubens correctionem susceperit in Capitulo.*

### Die Lunæ.

*Cogita nullum peccatum quantumuis exiguum fore inultum apud Deum, pœnasque Capituli multo mitiores esse pœnis purgatorij.*

### Die Martis.

*Cogita correctionem esse plerumque tentationum terminum. Legimus enim apud D. Gregoriũ lib. 2. Ca. 4. Dialog. quod cũ D. Benedictus quendam Religiosum, quem puerulus niger ab Oratorio deturbabat virga percussisset, non est ausus dein-*

*ceps Dæmon eius orationem interturbare, ac si ipse vulnus excepisset ex verbere.*

### Die Mercurij.

*Attende ad dictum Sapientis Prouerb. 15. Qui odit increpationes morietur. Et ad illud Eccles. 10. Vir prudens & disciplinatus non murmurabit correctus.*

### Die Iouis.

*Cogita Capitulum esse locum Dæmonibus odiosum In eo enim opera eius destruuntur, quando ea quæ ipse suggeßit aperiuntur, & correctioni submittuntur. Hinc ita tristatur ac si flagellis cæderetur.*

### Die Veneris.

*Cogita eum, qui non libenter suscipit correctionem, ad Dæmonis qui est incorrigibilis, accedere conditionem. Qui enim odit correctionem, ex cap. 21. Eccles. Vestigium est peccatoris, id est, Dæmonis.*

### Die Sabbathi.

*Cogita, quod sicut Capitulum est Dæmoni èxosum, quia ibi eius opera aperiuntur, & fustigantur; ita Spiritui sancto pergratum. In eo enim peccata arguuntur, quod Spiritui sancto proprium esse Cap. 20. Ioannis testatur.*

*Tertia instructio.* Secundum remedium contra distractiones est, præsentiam Dei, qui intimè rebus omnibus ineſt, & cum illis operatur, sibi persuadere, & cogitare adesse saltem sibi præsentem Deum, Diuinosque oculos, omnia, se inprimis, suique cordis arcana intuentes, semper obseruare; vt sic mox cum reuerentia, & humilitate orationem inchoet, & prosequatur.

*Secundum remedium contra distractiones.*

Certium remedium.

*Quarta instructio.* Valet contra distractiones, sępiùs attentionem renouare, vt singulis Psalmorum initijs, quod in Choro potest à Prælato fieri per campanulam; cuius vsus habetur, me oculato & aurito teste, Romę in Monasterio sancti Pauli Apostolorum Principis, & ad eius imitationem in Monasterio nostro sanctę Mariæ in nemore.

Oportet mentē euacuare negotiis ante orationem

Exod. cap. 3.

*Quinta instructio.* Valet plurimum mentem curis omnibus terrenis ante orationem exonerare, ne Deus dedignetur gratiæ suæ rore orationem irrigare. Properantem enim Moysen ad videndum rubum, Dominus, qui in eo erat compescuit, dicens: *Solue calceamentum de pedibus tuis: Locus enim in quo stas, terra sancta est.* Quicumque ergo Deum oratione adire cupis, quicquid terrenum & mortale est, seponere primum debes, & Dominicum consilium arripere *Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso* mentis tuæ *ostio*( ne quid in eam terrenum eo tempore ingrediatur ) *ora Patrem tuum in abscondito*. Hoc remedio vti solebat D. Bernardus, vt patet ex libro de amore Dei, vbi paratus ad orandum sic loquitur. *Intentiones, cogitationes, voluntates, affectiones, & omnia interiora mea, venite ascendamus in montem, vbi Dominus videt, vel videtur. Curæ, sollicitudines, anxietates, pœnæ, seruitutes, expectate me hic cum asino corpore isto, donec ego cum puero, ratione scilicet & intelligentia, vsque illuc properantes, reuertamur ad vos: reuertemur enim, & heu reuertemur quam citò.* Hoc remedium etiam proposuit Climacus. *Noli (inquit) illud orationi tempus deputare, dum tibi curis necessarijs, siue spiritualibus assistendum est; alioqui id quod præ*

Matt. cap. 6.

Statim initio.

Aurea D. Bernar. sententia.

Gradu. 28.

*stantius est, tibi fur ille versutus eripuit.*

*Sexta instructio.* Valet quod ait Climac. ibidem his verbis. *Ante omnia in orationis nostræ chirographo gratiarum actionem sinceram statuamus. In secundo autem versu, confessionem & contritionem animi ex intimo affectu prodeuntem; atque ita demum Regi nostro postulationem indicemus nostram. Optimus hic quem prædixi modus orationis est, sicut cuidam ex Fratribus ab Angelo Dei demonstratum est.* De gratiarum autem actione ante orationem perutili, hæc habet D. Basilius. *Te ipsum* (inquit) *relinquito, à terra procul excedito, cœlum superato; ab eius glorificatione exorditor, qui omnia condidit; cùmque in eo satis fueris commoratus, dic: Gratias ago tibi Domine propter incredibilem clementiam, & in ferendis hominum culpis facilitatem tuam, qui peccantem me quotidie patientia tua sustines, & ad resipiscendum omnibus modis potestatem facis.*

*Quintum remedium. Gradu. 28.*

*Const. Monast, cap. 2.*

*Septima instructio.* Aliud subijcit eodem loco remedium Climacus. *Si vnquam* (inquit) *visibili iudicio obnoxius fuisti, non tibi alia forma iam opus erit, quam imitari debeas; dum orationi insistis. Quod si neque reus extitisti, neque alios examinari perspexisti, vel ex infirmorum precibus, quas Medicis, dum secandi vel vrendi sunt, fundunt, huiusmodi aliquid addisce.*

*Sextum remedium. Gradu. 28.*

*Octaua instructio.* Plurimum etiam valet orandi exercitium. Fabricando enim fabri fimus: & sæpius orando boni & attenti oratores euadimus. Vt commodius, ita & facilius est, quotidie Deo vacare, & se intra se colligere, quam raro id facere. Cythara quę assiduè artificis manu pulsatur, minimo negotio ad hoc ipsum paratur; quæ verò diu siluit, vix longo spacio

*Septimum remedium. Orandi exercitium plurimum prodest.*

ad hoc instruitur: sic igitur qui assiduè orat, facilè puram mentem in Deum leuat; qui verò hoc diu distulit, varijs terrenarum rerum (quibus assueuit) imaginibus infestatur, & ab interna vacatione, & silentio auocatur. Itaque cum in cœlum mentem attollere nititur, in ipso conatu, à terrenis curis, & cogitationibus ad terram trahitur. Hinc sponsa domo egressa, per plateas sponsum quærens, à vigilibus ciuitatis percutitur, laceratur, spoliatur. Similes enim iniurias intra se anima patitur, cum internæ solicitudinis & silentij domo egressa & negotijs secularibus implicata, sponsum quærere, & ad cœlestia nititur aduolare.

Cant. cap. 5.

*Nona instructio*. Efficax etiam remedium est, Ante ostium Templi vel Oratorij, omnem cogitationum extranearum, & negotiorum tam spiritualium, quam corporalium sarcinam deponere, eo modo quo Diuus Bernardus ex Lib. de Amore Dei faciebat. *Intentiones, cogitationes*, &c.

*Octauum remedium.*

*Decima Instructio*. Aliud remedium est externis rebus non delectari. *Si habet animus vnde delectetur exteriùs* (inquit Augustinus) *sine delitijs manet interiùs. Vbi enim crapulam* (ait D. Bernardus) *ructanti inter pocula senserit Christus; vina sua dulciora super mel & fauum menti propinare non dignatur. Vbi curiosa ciborum diuersitas, vbi diuitis supellectilis discolor varietas oculos pariter pascit & ventrem, cœlestis panis ieiunam deserit mentem.*

*Nonum remedium.*
*Super Ioannē tract. quodam*
*Epist. quadam*

*Vndecima instructio*. Proderit postea se suosque gestus reuerenter componere, & exhibita Deo præsenti reuerentiâ, cum maxima humilitate, & sui totius, videlicet animi & corporis,

*Decimum remedium.*

abiecti

biectione in terram procumbere, vel genua flectere, vel profundè caput inclinare. iuxta D. Chrysostomi doctrinam, vbi sic loquitur. *Et tu igitur regalem ingressus aulam, non eam, quæ in terra est, sed illam, quæ multò est terribilior, videlicet in cœlo, plurimum reuerentiæ atque ordinationis ostende. Vnus enim es ex Angelorum choro, atque Archangelorum socius effectus; cum Cherubim quoque atque Seraphim canis. Omnes namque isti cœlorum populi maximum ordinem per cuncta conseruant, cum timore, & tremore multo Regi omnium Deo cœleste illud carmen & sacros semper Hymnos canendo. Istos igitur tempore orationis admisce, & mysteriorum eorum imitator efficere.*

*Ante orationē oportet se reuerenter & humiliter componere.*

*Homil. 19. in cap. 7. Matt.*

*Duodecima instructio.* Optimum remedium est, captare beneuolentiam ante orationem. *Qui deuotioni studet* (inquit quidam vitæ contemplatiuæ amator) *non modò, cum ad orandum & meditandum accedit, sed multo ante in omnibus temporibus atque negotijs eam captare debet.* Id autem fit, cùm vbique mentem ad Deum eleuamus, & puritati cordis diligenter studemus. Hoc verò præstabat illa sancta mulier, de qua scriptum est in Prouerb. *Facta est quasi nauis institoris, de longè portans panem suum.* Panis enim, quo anima in spiritali vita alitur, deuotio est; quam de longè trahimus, cum non modò orationis tempore, sed multò ante, hoc est, in omni tempore, atque negotio illam studiosè quærimus. Huius verò studij neglectus, præcipua spiritualis ariditatis causa esse solet.

*Vndecimum remedium. Oportet captare beneuolentiam ante orationem.*

*Cap. 31.*

*Decimatertia instructio.* Efficacissimum remediū est, quod ex ipsa Dei summi Pharmacopolæ officina depromitur, nimirum attenta-

*Duodecimum remedium.*

lectio verbi Dei ...
omnia Diuina ad eruditionem & consolatio nem nostram destinata esse confirmat. *Hoc autem nobis* (vt Ailredus ait) *Sanctus Patriarcha Isaac repræsentauit, qui post mortem matris, ad vesperam profectus est ad meditandum in agrum, vbi inuenit Rebeccam, quæ illum miro modo consolata est. Quoties mihi (Iesu bone) dies vergit in vesperam, quoties parua alicui consolationi intolerabilis dolor, quasi nocturna caligo succedit, vertuntur in fastidium omnia, oneri sunt cuncta quæ video. Si quis loquitur, vix audio, vix sentio, & in modum silicis cor obduratur, hæret lingua, oculorum vena siccatur. Quid tunc? exeo certè ad meditandum in agrum, sacrum reuoluo codicem. Tunc subitò mihi occurrens Rebecca, hoc est tua gratia, Iesu bone, sua luce meas tenebras discutit, pellit fastidium, duritiam frangit. Mox suspiriis cedunt lacrimæ, & lacrimas cœlestie gaudium comitatur. Infœlices, quos cùm tristitia aliqua perturbat, non hunc agrum ingrediuntur, vt gaudeant.*

Epist. ad Rom. ca. 15. 2. ad Tim. cap. 3. Gen. ca. 24.

*Decimaquarta instructio.* Magnū desolationis nostræ ex distractionibus prouenientis in munditia cordis remedium est. *Iniquitatem si aspexi in corde meo* (inquit Vates Regius) *nō exaudiet Dominus.* Non arcetur tamen qui peccatis mortalibus implicatus est, à studio orandi; siquidem vt docet Doctor Angelicus 2. 2. q. 83. art. 16. *Orare potest peccator, & eius orationem ex bono natura prouenientem Deus audit, non quasi ex iustitia, quia peccator hoc non meretur; sed ex pura misericordia: obseruatis tamen quatuor conditionibus, vt scilicet pro se petat necessaria ad salutem piè, ac perseueranter;* Si (vt bene Cassianus)

Decimū tertiū remedium. Puritas cordis valet ad attentionem. Psalm. 65.

us) *secundum mensuram puritatis suæ vnaquæ ue mens in oratione vel erigitur, vel formatur.*

*Decimaquinta instructio.* Eiusdem ariditatis re edium præcipuum est, repudium propriarum ssionum. *Si volumus* (inquit Cassia.) *Oratio s nostras non solùm cœlos, sed etiam quæ super illos sunt penetrare, curemus mentem ab omnibus rrenis vitijs expurgatam, cunctisque mundatam cibus passionum, ad subtilitatem perducere natu-lem, vt ita ad Deum oratio nullo vitiorum pon re prægrauata conscendat.*

Decimæ quar-tum remediũ. Mortificatio passionũ multũ prodest orãti. Collat. 9. c. 4.

*Decimasexta Instructio.* In ipso orationis cursu m occurrunt cogitationes extraneæ, & ima nationes rerum corporearum, iuuerit ad chrymas, orationis interruptę vindices, con-gere, & fragilitatem suam ex peccatorum, ac sionum multitudine prodeuntem deflere; eamque multudinem se indignum attentio-& colloquio Dei, qui est ens purissimum, quem illa nostra quotidiana peccatorum, ac sionum multitudine quotidie irritamus, icare.

Decimũquin tum remediũ.

*Decimaseptima instructio.* Magnam etiam ad ntè orandum opem afferet Orationis præ tiam oculis mentis subijcere, cum actiones, sunt præstantiores, maiorem conatum ac gentiam desiderent. Iuuerit hic Climacum Oratione non minus vera, quam grandia nuntiantem audire. *Oratio* (inquit) *in quali-quidem sua coniunctio atque vnitio est, homi ndelicet, & Dei; secundum actionem verò stantia mundi, ornatus collectio, reconciliatio lachrimarum mater, earumque itẽ filia, pec rum propitiatio, tentationum pons, tribulatio interpositus paries, bellorum confractio, An-gelorum*

Decimũsextũ remedium. Orationis excellentia. Gradu. 28.

Oratio quid sit

*gelorum opus, incorporearum omnium virtutum fons, gratiarum ministra, profectus inuisibilis, nutrimentum animæ, mentis illuminatio, desperationis amputatio, spei demonstratio, tristitiæ solutio, Monachorum diuitiæ, solitariorum thesaurus, iræ munitio, speculum profectus, mēsuratum iudicium, futurorum reuelatio, clementiæ significatio. Oratio eis, qui rectè orant curia, & iudicium, & tribunal est.* Hæc Climacus. A sancto Augustino autem dicitur *Ascensio animæ de terrestribus ad cœlestia.* A sancto Damasceno, *Ascensio mentis in Deum:* à sancto Chrysost. *Colloquium cum Deo.* A sancto Gregor. Nisseno, *Conuersatio, sermocinatioque cum Deo.* Quis autem nesciat loqui sermocinariue cum Deo, actionem esse præstantissimam? Si præstantissima, quidni summo cum conatu exercenda? Deinde quis audeat cum Deo si[ne] honore, & reuerentia loqui? quod tamem faciunt impudenter, qui distractiones in orationis alloquio pro[c]urare audent. *Quæ segnities est* (inquit S. Episcopus & Martyr Cy[pr]ianus de Orat. Dominica) *alienari & rapi ineptis cogitationibus & profanis, cum Dominum deprecaris quasi sit aliud quod magis debeas cogitare, quam quod cum Deo loqueris? Quomodo te audiri à Deo postulas, cùm te ipse non audias? Vis esse Deum memorem tui, cùm rogas quando tu ipse memor tui non sis? Hoc est ab hoste in totum non cauere. Hoc est, quando oras Deum, maiestatem Dei negligentia orationis offendere. Hoc est, vigilare oculis & corde dormire.* Sanctus Augustinus in Med[it]. huius colloquij dignitatem attēdens, sic se ipsum, maioris atte[n]tionis procurandæ causa, [a]lloquitur. *Si enim Angeli te adorantes & laudantes tremunt mira exultatione repleti; ego peccator dum*

Serm. 230. de Tempore.
Lib. 3. de Fide Ortho. ca. 24.
Homil. 30. in Genes. Vide Greg. de Valēt in 2. 2. Disp. 6 q. 2. punct. 1.
Oratio est conuersatio cum Deo.

*tibi assisto laudes dico sacrificium offero, cur non corde paueo? vultu palleo? labijs tremo? toto corpore inhorresco? obortis lachrymis contra te indesinenter lugeo? volo sed non valeo, quia nequeo quod desidero. Hinc enim mecum vehementer admiror, dum te nimis terribilem oculis fidei cerno. Sed quis hoc sine ope gratiæ tuæ? Vniuersa enim salus nostra, magna misericordia tua. Miserum me! quomodo sic insensata facta est anima mea, vt non terreatur terrore nimio, dum stat ante Deum, & suas illi laudes decantat? Miserum me! quomodo sic indurescit cor meum, vt oculi mei non indesinenter producant flumina lachrimarum, dum conseruus sermocinatur coram Domino suo, homo cum Deo, creatura cum Creatore; qui factus est ex limo, cum eo qui omnia fecit ex nihilo?*

*Decimum septimum remedium.*

*Dei patientia in distractionibus nostris.*

*Decimaoctaua instructio.* Viri sancti, vt in pijs suis precibus leuissimas etiam distractiones fugiant, solent sibi Dei patientiam in distractionibus illis tolerandis repræsentare, quam ne irritent amplius, noua recollectione sedulò cauere intendunt, & de eius antea irritatione vehementer etiam obortis lachrymis dolent, dicentes cum Dauide: *Et tu Domine Deus miserator & misericors, patiens & multæ misericordiæ, & verax.* Hinc est, quod Diuus Augustinus attendens, quod ait vates ille Regius his verbis: *Lætifica animam serui tui. quoniam ad te, Domine, animam meam leuaui, quoniam suauis & mitis es,* his modis sese excitet: *Videor mihi videre ad hoc dixisse mitem* DEVM, *quia patitur ista nostra, & expectat tamen à nobis orationem, vt perficiat nos, & quando illi eam dederimus*

*In Psalm. 85.*

acci

*accipit gratè, & exaudit, nec meminit tantas, quantas inauditè fundimus, & accipit vnam, quam vix inuenimus.* Et paulo post. *Toleras me quia tu suauis es Domine, ac mitis.*

Decimum octauū remedium.

*Decimanona instructio.* Valent nō parum ad distractiones euitandas illa, quæ superius in Stationibus consideranda scripsimus.

*Consolatio eorum qui multas inuiti patiuntur distractiones*

*Vicesima instructio.* Qui omnem mouent lapidem, vt deuotionem habeant, & non impetrant. Primò, debent se indignos Dei colloquio existimare. Secundò, debent Dauidis exemplo in ore sæpe habere hunc eius versiculum: *Pauper & inops laudabūt nomen tuum Domine.* In quæ verba Thomas de Kempis habet perpulchra. *Quando sentis te* (ait) *aridum, frigidū, & tristem in orādo, meditādo bona de Deo, non debes propterea desperare, nec desistere Iesum humiliter inuocare: sed in paupertate spiritus tui Deum lauda, gratias age, & istum versiculum pro consolatione libenter lege: Pauper & inops laudabunt nomen tuum* Domine.

*Psalmo. 73. Lib. Vallis Liliorum. Cap. 2.*

*Vicesima Prima instructio.* Ad obtinendam à Deo attentionem non parum valet post recitationem Officij gratias Deo Optimo Maximo referre, & veniam pro negligentijs commissis petere. Annotanda autem hic videtur Oratio quædam Leonis Papę, quam videre est subsellijs Chori Sanctæ Mariæ in nemore affixam. Concessit enim summus ille Pontifex ei qui post Officium ipsam recitauerit, admissarum in Officio dicendo negligentiarum remissionem. Orationis tenor hic est.

*Sacrosanctæ & indiuiduæ Trinitati, Crucifixi Iesu Christi Domini nostri humanitati, & Beatissimæ, ac gloriosissimæ Virginis Mariæ fœcunditati &*

*omnium Sanctorum vniuersitati, sempiterna laus, honor, virtus, & gloria, ab omni creatura; nobisque remissio peccatorum, per infinita secula seculorum. Amen. Beata viscera Mariæ Virginis, quæ portauerunt æterni Patris filium. Beata vbera quæ lactauerunt Christum Dominum. Pater noster. Aue Maria.*


*Vicesimasecunda instructio.* Iuuerit etiam ad fouendam attentionem, septem Horarum significationem attendere; quæ his antiquis versibus continetur.

*Matutina ligat Christum, qui crimina purgat.*
*Prima replet sputis; dat causam Tertia mortis.*
*Sexta Cruci nectit; latus eius Nona bipertit.*
*Vespera deponit; tumulo Completa reponit.*

## MANDATVM 33.

In Oratorio nemo aliquid agat, nisi ad quod est factum. Vnde & nomen accepit, vt si fortè etiam aliqui preter horas constitutas (si eis vacat) orare voluerint, non eis sint impedimento, qui ibi aliquid agendum putauerint.

*Obligat tãtum sub veniali, nisi aliquis fieret ad impediendam aliorũ orationem.*



*Nstructio vnica.* Superiùs docuimus quantam irreuerentiam exhibeant, & iniuriam inferant Deo, Corpori Christi, Angelis, cæteris Cœlitibus, & Sanctis Dei, qui se suosque gestus in Templo non componunt, vt decet. Nauar. vero *lib. de Oratione Cap. 5. num. 22. & sequentib.* docet eos peccare grauiter, qui sine debita reuerentia, iocando, ridendo, &c. vel

*Peccata quæ committuntur in Templo.*

Ecclesiam ingrediuntur, vel in ea existunt. Eritque peccatum hoc vel mortale vel veniale, pro magnitudine, vel paruitate irreuerentiæ, vel candali, vt patet ex. Cap. Docet. De *immunitate Ecclesiæ in 6.*

## MANDATVM 34.

Psalmis & Hymnis cum oratis Deum, hoc versetur in corde, quod profertur in voce.

*Obligat sub mortali, nisi euagationis inaduertentia, vel paruitas excuset.*




*Nstructio vnica.* Mandatum istud satis patet ex ijs, quæ supra diximus. Quare solum hic superaddo, Non attendere ad Officium, sed deliberate vagari animo, sine cura colligendi animum, sed tantum explendi opus exterius, est peccatum mortale; nec satisfit præcepto, sed est obligatio repetẽdi. *Caiet. 2. 2. q. 83. art. 13. Maior. in 4. Dist. 12. q. 7. Nauar. de Oratione. cap. 23 num 19.* Magis tamen placet opinio *Azor. Libr. 10. capit. 32. q 6 & Gregor. de Valent. in 2 2 Disp 6. q. 6. p. 10. Vide ibi.*

*Quæ distractio sit mortalis.*

## MANDATVM 35.

Et nolite cantare nisi quod legistis esse cantandum. Quod autem non ita scriptum est, vt cantetur, non cantetur.

*Obligat sub veniali tantum, nisi contẽptus, vel malus finis interueniret.*



*Nstructio vnica.* Qui Horas in Choro, vel extra recitant, nihil debent addere. vel detrahere. Idque saltem sub peccato veniali; tum quia alij

offen

offenduntur, tum quia interrumpitur aliorum attentio, tum quia id singularitatis vitium sapit. *Nauar. de Oratione cap. 16. num 72. Fumus Verbo Horæ, num. seu* §. 13.

## MANDATVM 36.

Carnem vestram domate ieiunijs, & abstinentia escæ & potus.

*Obligat modo sub mortali, modo sub veniali, pro diuersitate præceptorum Ecclesiæ videlicet & Ordinis.*

### *SPECVLVM LXII.*

*quo apparet necessitatis Ieiunij, & abstinentiæ in Religioso.*



Rima instructio. Hic præcipiuntur duo, ieiunium, & abstinētia quæ duo Religiosus debet præ cæteris hominibus amplecti; Primò, ad Castitatis votum seruandum. Prosunt enim illa plurimum, vt ostendemus postea, ad obseruationem Castitatis: quod etiam D. Augustinus eleganti illustrat similitudine. *Si iumento fortè (ait) insideres, nonne cibaria ferocienti subtraheres: iter ago in Ierusalem; plerumque me non cohibebo ieiunio Si quis hoc sapit, etiam ipso experimento intelliget, quam vtiliter ieiunatur.* Secundò, ad domandas quasuis animæ passiones. In quibus edomandis totus debet esse Religiosus, vt pote qui in Monasterio, tanquam in mortificationis schola commoretur, & sit is qui semetipsum abnegauit, iuxta consilium Christi Saluatoris. Sanctus Cyprianus Ieiunijs (inquit) *vitiorum sentina siccatur*

*Religiosus debet esse abstinentiæ & ieiunij cupidus Lib. de vtilitate ieiunij cap. 3.*

*Ieiunium prodest ad mortificationem Monasteria sunt Scholæ mortificationis.*

Serm. de Ieiu. & tentatione Christi
Ieiuniū prodest ad virtutes nutriēdas.

*petulantia macret, concupiscentiæ languent, fugitiuæ abeunt voluptates, extinguitur ardentis Athnæ incendium, & flammiuomi fornax Vulcani extincta intrinsecus, montes contermines non adurit.* Tertiò ad nutriendas animę virtutes. Sanctus Leo, *Semper* (ait) *virtuti cibus, ieiunium fuit. De abstinentia prodeunt castæ cogitationes, rationabiles voluntates, salubria consilia, & per voluntarias afflictiones caro concupiscentijs moritur, virtutibus spiritus innouatur.* Quarto, ad acuendam deuotionem, & attentiorem reddendā orationem. *Bona est oratio cum ieiunio.* Quintò, ad excitandam magis interiorem pœnitētiam, eamque exteriore illa castigatione corporis præstandam. Vnde in Scriptura sæpe coniungitur pœnitentia cum ieiunio. *Conuertimini ad me in ieiunio, fletu & planctu* Et Ionæ. 3. *Crediderunt viri Niniuitæ in* Deum, *& prædicauerunt ieiunium & vestiti sunt saccis &c.* Sextò, Vt expeditior sit animus ad rerum Diuinarum contemplationem, sicut de Daniele post ieiunium legimus. Chrysostom. *Ieiunium* (inquit) *leues pennas animæ producit, vt in sublime feratur & summa contemplari queat: voluptatibusque, & omnibus, quæ in hoc mundo habentur suauia, ipsa fit superior.* Septimò ad implendum præcepta Ecclesiæ, summi Pontificis, & Ordinis, de quibus sequenti Instructione.

Serm. 2. de Ieiunio decimi mensis.
Ieiuniū prodest ad acuendam deuotionem.
Tobiæ cap. 12.
Ieiuniū prodest ad excitādā contritionē
Ioel. cap. 2.
Ieiuniū valet ad contemplationem.
Homil. 1. in Genes.

Duo sunt genera ieiuniorum in nostro Ordine.

*Secunda instructio.* Ieiunia & abstinentiæ in Ordine nostro in duplici sunt differentia. Alia enim sunt Ecclesię, alia summi Pontificis siue Ordinis. Quod attinet ad ea quę sunt Ecclesiæ, vt Quadragesima, quatuor Tempora & quędam vigiliæ, vt Natiuitatis, & aliorum quorumdam Sanctorum, obligant sub mortali non solum

Canonicum Præmonstratensem, sed etiam omnes Christianos, vt satis patet ex communi consensu Doctorum & proborum omnium.

*Tertia instructio.* Ieiunia summi Pontificis, qualia sunt dierum Aduentus, & Veneris totius anni, & abstinentiæ eiusdem, quales sunt dierum Septuagesimæ, Sexagesimæ, & Quinquagesimæ, & Mercurij totius itidem anni, obligant tantum Ordinis nostri professores ad veniale, sicut & ieiunia Ordinis, & abstinentiæ, qualia sunt Vigiliarũ Beatæ Virginis, & aliorum quorundam dierum in Statutis nostris præscriptorum. Idque iuxta Caiet. 2. *2. q.186. ar. 9. &* D. Thomam ibidem ad 1. vbi dicunt quod omittere Ieiunia Regularia, & alias austeritates Religionis sine iusta causa, sit veniale.

*Soluere ieiunium Ordinis quale peccatum.*

*Quarta instructio.* Peccat mortaliter Pręlatus, qui extra causas ab Ecclesia præscriptas dispensat de ieiunijs Ecclesię. Prælatus enim Regularis circa ieiunia Ecclesię nihil aliud potest, quã declarare in hoc, vel in illo Casu, & in hoc, vel illo Religioso, causas esse rationales non ieiunandi. Peccant etiam Religiosi, qui hac dispensatione fulti, Ecclesiæ ieiunia solunt, quales reperimus nonnullos in Bauaria anno 1601. Contra quos Reuerendissimus Generalis hunc condidit Articulum.

*Prælatus non potest dispensare circa Ecclesiæ ieiunia.*

*In Quadragesima diebus Iouis & Sabbati Collationes extraordinariæ, & quæ ieiunium planè soluere videntur, ampliùs non concedantur.*

Porro Religiosus non debet propria authoritate (etsi ieiunare non possit) soluere ieiunium, nisi fortè non possit facilè haberi recursus ad Superiorem vel confessarium. D. Thomas. 2.2 q. 147 a 4 Dico recursum debere fieri ad

Superiorem, vel Confessarium Confessarius enim potest propria authoritate dispensare, si videt iustam, & euidentem esse dispensandi causam. Si verò dubius est, debet fieri recursus ad Superiorem, qui authoritatiuè dispenset. D. Thom. Caiet. Hic tamen notanda sunt duo. Primum est, Superiorem non solere dispensare, si sit dubius, sine consilio Medici, nisi vrgente necessitate. idque iuxta Synodum Neopolitanam *in Cap 2 de ieiunio*. Secundum est, Prælatum non posse de ieiunijs generaliter dispensare, quia solus summus Pontifex dispensat, ne quis absolutè Ieiunij lege teneatur, vel ne illis, aut illis diebus. Nauar.

*4. Sent. Dist. 15. q. 3 ar. 2 ad vlt. à Nauar. citat. & 2. 2. q 147. ar 4 & ibi Caiet.*

*Duo notanda ca. 21. manual. nu. 21.*

*Quinta instructio*. Peccat venialiter Prælatus, qui sine iusta causa, dispensat cum aliquo suorum; etsi tantum semel, in ieiunijs Regularibus, qualia sunt ea, quæ sunt de præcepto summi Pontificis, vel Ordinis nobis iniuncta: sicut etiam Religiosi, qui hac dispensatione, sine causa ob enta vtuntur. Dixi sine iusta causa, quia vbi dispensatio fit cum iusta causa ab eo, qui potestatem habet dispensandi, nullum est peccatum, iuxta Caiet. Dixi etiam, semel; quia si dispensaret passim, peccaret mortaliter, vt ostendetur sequenti Instructione.

*Prælatus quando peccet dispēsans in ieiuniis Regularibus.*

*Sexta instructio*. Prælatus dispensans passim de ieiunijs à summo Pontifice, & Ordine præscriptis, peccat mortaliter. Inprimis, quia potestatem dispensandi, sibi à Summis Pontificibus Alexand o sexto, & Iulio secundo denegatam in Bulla Statutis nostris inserta, sibi arrogat. Deinde quia in illis dispensari vetat Reuerendissimus Generalis modernus, vt patet ex Rel ictis Germanicis, in quibus hic habetur ea

*Franciscus à Longo Prato.*

de re Articulus.

*Ieiunia Aduentus & dierum Veneris, & abstinentia dierum Mercurij & Septuagesimæ inuiolabiliter seruentur; neque præsumat aliquis hac in re dispensare, cùm hanc dispensationem etiam nobis per Bullam Statutorum nostrorum libello insertam arbitremur denegatam. Quod si pisces non suppetũt, oua sicut Præmonstrati comedantur.*

Tertiò, quia disciplinam Monasticam, quam dissolutam restaurare debet, ipse dissoluit, quod est mortale in Prælato. Colligitur ex Banne, vbi dicit communem esse sententiam, peccare mortaliter Prælatos, qui negligunt receptas ceremonias in Ordine, quæ alias sub mortali non obligabant, si eorum culpa eant in desuetudinem. *In 2.2.q.33. ar.3. Dub.3. Quantũ sit peccatũ in Prælato negligere receptas ceremonias.*

*Septima instructio.* Prælatus peccat mortaliter, qui ieiunia Regularia intermissa, quantum potest non restituit, quando ex violatione seu transgressione illorum ieiuniorum, status Religionis perturbatur, & dissoluitur. Colligitur ex Soto *relectione de tegendo & detegendo secreto, citato à Banne*, vbi ait peccare mortaliter Prælatos, qui non impediunt & corrigunt peccata publica, licet sint in singulis venialia, quando statum communitatis vel pacem perturbant: qualis sanè videtur esse transgressio ordinaria Ieiuniorum Regularium apud Religiosos. *Prælatus debet ieiunia Regularia restituere.*

*Octaua instructio.* Peccat mortaliter Prælatus qui in Refectorio Ieiunia seruari curat, sed extrà permittit passim violari. Colligitur ex Soto & Banne suprà. Dein huiusmodi Prælati videntur velle dicere, Deum non videre, quæ extra Conuentum fiunt, quasi non sit vbique. Accedit quod maceratio siue ieiunium non in- *Soluere ieiunium Regulare vel abstinentiam etiã extra Refectorium graue peccatũ est.*

iungatur loco, sed personę, nisi expressa fiat Illius rei mentio, qualiter fit de abstinētia dierum Mercurij. Non enim locus, sed persona maceratione indiget: quibus ego dixerim Deum non decipi, neque irrideri posse. Scio quidem in Infirmitorio id licere ægrotis, sed non sanis: non obstante quacumque consuetudine, quæ morum, & disciplinę Regularis corruptela censenda est.

*Non licet comedere carnes iter agentibus in Aduentu et Septuagesima.*

*Nona Instructio* Non potest Pręlatus, vel simplex Religiosus iter faciens in Aduentu, vel Septuagesima comedere carnes, vt patet ex Bulla Iulij secundi in initio Statutorum nostrorum posita; in qua ipsi etiam Capitulo Generali denegatur potestas dispensandi de ieiunio in Aduentu, & de abstinentia in Septuagesima. Hinc est quòd Caput Vndecimum Distinctionis primæ Statutorum, etsi lacticinia itineranti permittat in Aduentu, carnibus tamen vesci, imò vero ieiunium solui prohibeat. Verba Statutorum hæc sunt. *Illi vero qui per Aduentum Domini pro quibuscumque negotijs Monasterij exeunt, lacticinijs vti poterunt; dum tamen illi, ad quos diuertunt, eisdem cibis vtantur; tamen ieiunium suum non infringant.* Infringerent autem ieiunium, si carnes comederent, vt patet ex communi ieiunij descriptione. Quare decipiuntur ij (prout ego alias ignorantia lapsus sum) qui innixi priuilegio Nicolai Quarti, putant sibi licere carnes extra Monasterium comedere. Priuilegium enim Nicolai quarti concessum fuit Ordini nostro, eo tempore quo perpetua abstinentia à carnibus, ab Ordinis nostri professoribus, ex Instituto seruabatur. Tunc (inquam) Nicolaus quartus concesserat itinerantibus facul-

*Nota diligenter.*

tatem comedendi carnes; quod poſtea abrogauit Iulius ſecundus, qui commutauit illam perpetuam abſtinentiam à carnibus in eam, quæ eſt dierum Aduentus, Septuageſimæ, Quinquageſimę, & Mercurij. Ita tamen quod priuilegium illud adhuc locum haberet in diebus Mercurij, In quibus licet nobis itinerantibus comedere carnes. Quę omnia manifeſta ſunt ex Bulla Iulij ſecundi citata.

*Decima inſtructio*. Qui abſtinentias & ieiunia repudiat paſſim, nihilque de corporis ſui, vel alieni (ſi ſit Prælatus) caſtigatione curat, peccat grauiter. Colligitur ex Gregor. de Valent. vbi ait eum eſſe in ſtatu peccati mortalis, qui ita animo comparatus eſt, vt nolit alias Regulas in Religione ſeruare, præter tria vota, quia exponit ſe periculo eas contemnendi. Azor autem ait in periculo eſſe eum Religioſum qui ab abſtinentijs omnino deſiſtit, nihilque curat corpus caſtigandum, vel carnem macerandam.

*In 2. 2. Diſp. 10. q. 4. pun. 5*
*Lib. 12. Inſtitut. Moral.*

*Vndecima inſtructio*. Prælatus Ieiunia à ſuis infringi permittens, ſubtrahit ipſis arma, quibus ſe aduerſus inimicos viſibiles, & inuiſibiles tutari deberent, ac propterea quoties in hoc occumbunt, ipſe occumbit. Imo vero quoties in hoc vitio moriuntur (peccatum enim mors eſt animæ) ipſe illos neci dare, ac perimere cenſetur: quandoquidem qui homini ad necem ab altero quæſito gladium, quo ſe tuebatur, eriperet, ſi occideretur, ipſum occidiſſe cenſeretur. Sanctus Athanaſius, *Ieiunium efficit, ne inſurgant* (inquit) *in nos concupiſcentiæ*. Sanctus vero Baſil. *Sicut* (ait) *Athleta oleo roboratur, ſic ieiunio animus ieiunãtis*. Hinc eſt quod ſanctus Maximus Taurinenſis ieiunia comparat caſtris,

*Notet Prælatus.*

*Encomia ieiun*
*Serm. 1. de ieiunio.*
*Homil. 2. de ieiunio.*

T 5 & ſub-

& subiungit. *Murus igitur quidam est Christiano, ieiunium, inexpugnabilis Diabolo, intransgressibilis inimico. Quis enim vnquam Christianorum ieiunauit*, loquens de ieiunio frequenti, *& captus est?* Sanctus Leo his non contentus addit insuper. *Ieiunia nos contra peccata faciunt fortiores, ieiunia contra concupiscentias vincunt, tentationes repellunt*, & sic mirabilem omnino habent vim ad posternendum hostem, & elidendum: quod satis innuit Dominus his verbis, *Hoc genus* Dæmoniorum *non eijcitur, nisi per orationem & ieiunium.*

Homil. 25.

Ser. 4. de ieiunio decimi mensis.

Matt. ca. 7.

*Duodecima instructio.* Prælatus suos magno bono priuari permittit, quando Ieiunia vel abstinentias ab ipsis passim infringi sinit, vt patet ex magnis Ieiunij fructibus, quos non ieiunantes percipere nequeũt. *Quid est* Ieiunium (inquit D. Ambrosius lib. de Helia & Ieiunio.) *nisi substantia & imago cælestis? Ieiunium vita est Angelorum, ieiunium culpæ mors, excidium delictorum, remedium salutis, radix gratiæ, fundamentum est Castitatis. Hoc ad Deum gradu citiùs peruenitur.* Accedit quod (vt docet Thomas de Kempis) *longæ vigiliæ, longæ lectiones, silentium, labor & ieiunium efficiunt breue Purgatorium.*

Cap. 3.
*Ieiunium est refectio animæ*
*Ieiunium est fundamentum castitatis.*
1. Part. Ser. ad Nouitios, Ser.
*Quid efficiat breue Purgatorium.*

*Decimatertia instructio.* Ad abstinentiam dignam Religioso seruandam, Iuuerit primùm, firma, stabilis, constans viuendi Regula, quæ violetur nunquam, nisi charitas vrgeat. Secundum, Nulla sollicitudo cogitationum cibi, & potus, & nulla de ijsdem cõfabulatio. Tertium, Nulld de condimentis, sed solum de famis cura. Quartum, Nullus ad mensam sine fame accessus, & nullus ab ea sine fame recessus. Qua de re vide Cassianum.

*Media ad seruandam abstinentiam.*

MANDA

## MANDATVM. 37
## Quantum valetudo permittit.

Obligat sub mortali, vel veniali, iuxta nociuam ieiuniorũ data opera susceptionem.

## *SPECVLVM LXIV.*

*In quo videtur moderatio seruanda in castigatione corporis.*

P*Rima Instructio.* Iure optimo inferri potest & debet corpori, salua charitate, detrimentum aliquod ad illud subiugandum rationi siue ob spiritualem vtilitatem, iuxta exemplum, & consilium S. Pauli, *Castigo corpus meum.* & *Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram.* Quod etiam ratione nan fella probari potest. Nam licet inferre corpori detrimentum aliquod minoris momenti, propter salutem, & vtilitatem ipsius corporis maiorem, vt experimur præcepto Medicorum fieri; igitur etiam id licebit ob spiritualem vtilitatem, quæ longè præstantior est vtilitate corporis *Gregor. de Valent.* 1. Cor. 9. ad Col. cap. 3. *Licet corpus affligere.* In 2.2. Disp. 3. q. 3. punct. 1.

*Secunda instructio.* Quamuis mortale crimen committat qui data opera, sciens, & prudens indiscretas austeritates, cum vitæ periculo, peragit, teste Nauar. tamen si quis non putet esse indiscretas, etsi reuera tales sint, non peccabit, iuxta eundem. Nauar. & alios quos ibidem recenset, & Gregor. de Valent. *loco citat.* Vt autem hac in re non excedat Religiosus, debet austeritates sumere nõ iuxta propriũ, sed Prælati, aut Confessarij iudicium. Et hoc voluit Cassianus cùm dixit, *Humilitatis non fictæ hæc erit prima probatio, si vniuersa non solùm quæ agenda* Cap. 15. Manu. num. 15.

sunt,

*ſunt, ſed etiam quæ cogitantur Seniorum reſeruentur examini.* Qua de re ſanctus Baſil. in Regulis breuioribus, in quibus illud Apoſtoli in huiuſmodi homines contorquet: *Facientes voluntates carnis & cogitationum, & eramus natura filii ira.* Et paulo poſt: *Si ſit qui neceſſario acriore vel ieiunio, vel vigilia, vel alia quauis re opus eſſe arbitretur, rationem is, quare id ſic exiſtimet, ijs aperito, quibus credita eſt communis diſciplinæ procuratio; & quod illi ſtatuerint, id obſeruato.*

*Reſponſ. ad Interrog. 128.*
*Ad Eph. ca. 2.*
*Reſponſ. ad interrog. 138.*

## MANDATVM 38.

Quando autem aliquis nō poteſt ieiunare, non tamen extra horam prandij aliquid alimentorum ſumat.

*Obligat ſub veniali tantum, niſi interueniat exceſſus vel contemptus.*



*Rima inſtructio.* Hinc patet alienas planè eſſe à noſtro viuendi inſtituto comeſſationes illas, quæ à nonnullis extra horas refectionum fiunt; quandoquidem etiam ijs, qui propter complexionis debilitatem vel morbum, tenuiter languent, comedere extra horám prandij prohibeatur. Committit autem peccatum veniale, qui extra horam aliquid alimentorum ſumit, iuxta communem Doctorum ſententiā, ex D. Thoma depromptam.

*Contra comeſſationes.*

*2. 2. q. 148. art. 2.*

*Secunda inſtructio.* Ad Superioris charitatem, & prudentiam ſpectat, videre quinam diſpenſatione egeant in ieiunijs, & abſtinentijs Regularibus; debetq; paternè cum ipſis diſpenſare, vt monet Syluester.


*Verbo Diſpenſatio num. 20.*

MAN

## MANDATVM 39.

Cum acceditis ad mensam, donec inde surgatis, quod vobis secundum consuetudinem legitur, sine tumultu & contentionibus audite, ne solæ vobis fauces sumant cibum, sed & aures esuriant Dei verbum.

*Obligat sub veniali tantum, nisi passim lectio incuria Superioris intermittatur.*



*Nstructio vnica.* De lectione mensæ satis multa diximus Mandato sexto. Nunc tantummodo vnam ex causis, ob quas lectio in mensa à Maioribus nostris fuit instituta, ex Monachorum patre Cassiano, de Religiosorum apud Cappadoces disciplina sermones miscente, discamus. *Quos nulli dubium est* (inquit) *non tam spiritualis exercitationis causa, quam compescendi superfluas, otiosasque confabulationes, & maximè contentiones, quæ plerumque in conuiuiis solent generari, hoc statuere voluisse; videntes eas aliter apud se non posse cohiberi.*

*Lib. 4. cap. 17 de inst. Cenob.*

## MANDATVM 40.

Qui infirmi sunt, ex pristina consuetudine, si aliter tractantur in victu, non debet alijs molestum esse, nec iniustum videri, quos aliqua consuetudo fecit esse fortiores; nec illos ditiores putent, quia sumunt quod non sumunt ipsi, sed sibi potius gratulentur, qui valent quod non valent illi.

*Obligat sub veniali tantũ, nisi interueniat grauis murmuratio vel scandalum.*

## SPECVLVM LXIV.

*In quo apparet, quomodo peccant Prælati non soliciti de infirmis.*

*Quomodo peccent Prælati erga infirmos.*

PRima instructio. Peccant mortaliter Superiores, qui infirmorum curam non gerunt. Ad illos enim maximè spectat, quod dicitur ad Galat. vlt. *Operemur bonum ad omnes, maximè autem ad domesticos fidei*; quanto enim magis ad filios, & Fratres spirituales? Quod autem ad id teneantur, sub pœna peccati mortalis, patet ex Mandatis *20. 21. & 24.* in quibus ostendimus Prælatos teneri sub ea pœna, ad prouidendum Religiosis de necessarijs. Sed esto, Prelati ad id ex officio non obligentur; quid charitas operari debet? Sacerdotes antiquo ritu inungebantur oleo, vt & Sacerdotium à misericordia inchoarēt. Reges etiam (vt adhuc nunc in Gallia) oleo vngebantur, nempe hoc ipsum misereri proprium est Principatus. Quod agnouit Tullius in Oratione pro Ligario. *Homines ad Deum nulla re propius accedunt, quàm salute hominibus dando.* Idem primo de Oratore. *Nihil est tā Regium tam liberale tāque munificū, quā opē ferre supplicibus, excitare afflictos, dare salutem, liberare periculis homines.* Si hoc Prelatos ad necessaria infirmis ministranda non mouet, moueat eius iudicium cuius misericordiā plena est terra. *Talem te tuis prebe*( inquit Philo Iudæus quodam loco.) *qualem tibi Deum optas. Audiemur enim à Deo, sicut nos audimus: aspiciemur ab ipso, vt nos aspicimus. Offeramus igitur misericordiam pro misericordia vt pro simili simile adipiscamur*; & vt ait D. Chry-

*Cur reges oleo vngantur.*

solto-

ſoſtomus. *Diſcamus miſericordes eſſe Primò quia niſi hoc habeat, deſinit eſſe homo. Secundò, quia nos multa indigemus miſericordiæ.*

*Secunda inſtructio.* Peccant mortaliter Superiores, qui ægrotis, quando neceſſitas exigit, non prouident de Medico. In hoc enim deſinunt ſuis neceſſaria miniſtrare, quod mortale eſt: vt patet ex Mandatis citatis. *Prælatus debet prouidere de Medico.*

*Tertia inſtructio.* Peccant etiam mortaliter Superiores, qui ęgrotis cibos meliores (quando opus eſt) porrigi non curant, vt patet ex eadem Inſtructione citata.

*Quarta inſtructio.* Peccant etiam mortaliter, qui non prouident de loco ad curandos ægrotos neceſſario, vt patet ex eadem Inſtructione, vbi diximus, ex Iure etiam Ciuili deberi alimenta filijs & ex æquitate naturali. Nomine autem alimentorum veniunt, victus, veſtitus, & habitatio, ſine quibus viuere non poſſumus. Quod crudelitatis peccatum, ſicut & cætera prædicta, vt Reuerendiſſimus Generalis modernus euitet, in ſuis Relictis ſolet hunc condere Articulum. *L. 1 §. Ius Natur. ff. de iuſt. & L. Verbo, Victus ff. de verbor. ſignificatione.*

*Ægroti in loco ad medendum infirmitatibus idoneo delicatioribus ſolitò cibis, & aduocatis diligenter Medico, & Chirurgo, quibus de communi crumena ſatisfiet, fraternè ac miſericorditer curētur*

*Quinta inſtructio.* Officiales, qui ægrotis, prout decet non miniſtrant, peccant modò mortaliter, modò venialiter, pro ratione negligentię, vel inhumanitatis aut immiſericordis animi. Porro quod illos debet ad labores pro ægrotis ſubeundos excitare, eſt illud Dominicū. *Quādiu feciſtis ex his Fratribus meis minimis, mihi feciſtis.* Cogitet igitur Infirmarius ſe Deo *Quomodo peccent Officiales erga ægrotos.* *Matt. 25.*

cibum

cibum porrigere, quando ægroto porrigit; se Deum vestire, quando ægrotum vestit; se Deo lectum præparare, quando ægroti lectum sternit. Aduertat etiam, vt hilariter possit ægroto seruire. Nam, vt citari solet ex D. Hieron. Epist. quadam. *Non memini me legisse mala morte mortuum, qui libenter opera charitatis exercuit. Habet enim multos intercessores: & impossibile est multorum preces non exaudiri: gratus ille maximè Deo qui iocundus miseretur & commodat.* *Hilarem enim datorem* (inquit Apostolus) *diligit Deus.* Et: *qui miseretur in hilaritate.*

Psal. 111.
1. Ad Cor. 9.
Ad Rom. 12.

*Sexta instructio.* Qui inuident infirmioribus, propter victum delicatiorem, peccant vt minimum, venialiter; quia dolent de re commoda proximo, illique debita & necessaria. D. Thom. & post eum alij. Humbertus autem loquens de huiusmodi, hoc loco, ait illos infirmari ex aliorum medicina, & esse deteriores Iuda proditore, qui murmurauit de effusione vnguenti super Christum. Imò vero esse crudelissimos hominũ. *Si enim* (inquit) *magna immisericordia est, non facere misericordiam, maioris non diligere, quanta immisericordiæ sunt homines, qui etiam factam ab alijs moleste ferunt?*

2.2. q.36. ar.2
Ioann. cap.13.


## MANDATVM 41.

Obligat, vt superius.

Etsi eis, qui venerint ex moribus delicatioribus ad Monasterium aliquid alimentorum, vestimentorum, operimentorũ, stramentorum datur, quod alijs fortioribus, & ideo fœlicioribus non datur, cogitare debent quibus non datur, quã

tum

tum de ſua ſeculari vita, illi ad iſtam deſcenderint, quamuis vſque ad aliorum, qui ſunt corpore firmiores, frugalitatem peruenire nequiuerint. Nec debent velle omnes, quod paucos vident amplius; non quia honorantur, ſed quia tolerantur, accipere: ne contingat deteſtanda peruerſitas, vt in Monaſterio, vbi quantum poſſunt, fiunt diuites laborioſi, fiant pauperes delicati. Sanè quemadmodum ægrotantes neceſſe habent minus accipere, ne grauentur; ita & poſt ægritudinem ſic tractandi ſunt, vt citius recreentur, etiam ſi de humillima ſeculi paupertate venerint, tanquam hoc illis contulerit recentior ægritudo, quod diuitibus anterior conſuetudo. Sed cum vires priſtinas recuperauerint, redeant ad fœliciorem conſuetudinem ſuam: quæ famulos Dei tantò amplius decet, quanto minus indigent: ne cibi eos teneat voluptas iam vegetos; quos neceſſitas leuarat infirmos. Illos æſtiment ditiores, qui in ſuſtinenda parcitate fuerint fortiores. Melius eſt enim minus egere, quàm plus habere.



*Rima Inſtructio.* Hæc afferuntur à Legislatore ad tollendam murmurationem, & inuidiam, quæ in his, vt diximus præcedenti Inſtructione, venia- [illegible] (vt minimum) culpam generant.

*Secunda instructio.* Eorum, quæ hoc Mandato prohibentur, rationes ab Humberto luculenter satis ostenduntur: propterea solum monebimus, super illa verba (*Ne contingat detestanda peruersitas, vt in Monasterio, vbi quantum possunt, fiunt diuites laboriosi, fiant pauperes delicati*) Ingredi Religionem, vt quis delicatius viuat, vel habeat rerum abundantiam esse peccatum, & sæpè mortale, vt docent Caiet 2 2 *q* 88 *ar* 2 Sotus *lib* 7 *de Iustit q* 1. *ar* 3 Gregor. de Valent. *in* 2.2 *Disp* 6.*q* 6 *p* 2. Azo. *lib*.12 *Cap* 5 *q* 10. & ratio est, quia talis finis est malus. Hinc fit vt Can. per Laicos. 16 *q*.4 prohibeatur, vt nullus habitum Monachi suscipiat sub spe, aut promissione, vt Abbas fiat.

*Ingredi Religionē ob victū abundantiorē, quale peccatū.*

## MANDATVM 42.

Non sit notabilis habitus vester, nec affectetis vestibus placere, sed moribus.

*Obligat modo sub mortali modo sub veniali iuxta excessus, vel scandali quantitatem.*

### *SPECVLVM LXV.*

*In quo videtur, quibus vestibus Religiosi vti non possint.*

PRima instructio. Contra præcedens Mandatum peccant mortaliter tam Prælati, quam Religiosi simplices, qui vestibus notabiliter preciosis, vel in pusillorum scandalum, vel in malum finem, vel cum notabili Monasterij detrimento vtuntur: vt qui vestibus exterioribus ex bysso, vel holoserico confe-

*Religiosi non debēt vti bysso, vel holoserico*

ctis,

ctis induuntur. Illi enim solent huiusmodi vestibus, vel esse scandalo pusillis, vel in malum finem vti. Peccant (inquam) mortaliter. Primo, quia notabiliter habent superflua, quod est mortale ei, qui Paupertatis votum fecit, vt docuimus supra. Secundò, quia sunt tenellis scandalo, cum vident eum, qui Paupertatem Monasticam amplexatus est liberè, mollibus, & preciosis, non minus, quam Aulicos indui Tertiò, quia habitus (ex Syluestro Verbo Ornatus) debet esse talis, vt conueniat Statui Religioso, qui est status pœnitentiæ, *iuxta Can. Vidua & Can. Omnis Iactantia*, vbi dicitur quod omnis sacratus vir, cũ mediocri, & vili vestitu debet conuersari. Vnde fit quod Monachus non debeat vti vestibus sericis, quibus nec ipsi etiam Clerici vti deberent, iuxta Summam Confess. *Titul 7 q.1. Et Clemen Ne in agro. de Statu Monach.* prohibetur Monachis, ne ferant *sendatum*, per quod Glossa ibi, omne sericum vult intelligi. Dixi (notabiliter) quia si vestes excedant tantum in modico, vt si galerus sit byssinus, vel bysso & holoserico exornatus, vel vestis oblonga, habeat ornamenta anteriora ex bysso vel holoserico, vel pallium habeat collare byssinum, non est peccatum, nisi fortassis veniale. Non enim talia ornamenta sunt sufficientia ad generandum scandalum, cum omnes penè Prælati illis vestium ornamentis vtantur, etiam in ijs partibus, in quibus solent Religiosi essent reformati. Iacobus de Graffijs. Dein ornatus ex se est veniale peccatum. Dixi, (in malum finem) quia certum est quò is, qui vtitur ad luxuriam, procul dubio, etiamsi Religiosus non sit, mortaliter peccat. Diuus Thom. vel qui vtitur in contemptum

*20. q. 1. 22. q. 4. Vir sacratus debet mediocri vestitu vti.*

*Li. 2. cap. 76. num. 7.*

Religionis, vel ob pudorem gestandi habitum suæ Religionis, nisi aliunde excusetur. Non peccaret tamen mortaliter, qui leuitatis, vel gloriolę cuiusdam causa habitum preciosum gestaret, quia finis huius gestationis, nimirum vana gloria, communiter non est nisi venialis. Iacobus de Graff. Caiet. De hac in vestimētis gloria, quam nōnulli Religiosi venantur, agens Nauar. Comment. Can. Inter verba.11.q.3. dicit, *Clericos & Monachos errare, qui tantum honorem sibi volunt deferri, quantum aliqui deferendum putant, ob magnam corporis staturam, pulchram habitudinem, vultum honorabilem & id genus alia, &c.* & inferius. *magis tamen errare illos, qui volunt & quærunt sibi honorem ob vestes pretiosas & politas, vel ob vsum barbæ nimis compositæ ob vsum comæ pulchrè pectæ, & crispatæ, & id genus alia; quia hæc frequenter sunt mala culpæ, saltem venialia, & ideo vituperio potiùs quam honore digna.* Dixi (cum notabili detrimento) vt innuerem Prelatos eos peccare mortaliter, qui ita se pretiosis induunt, vt grauent ære alieno notabiliter Monasterium; vel qui pecunias eas, quas in soluendis debitis insumere deberent, id vili corpusculo nimium exornando consumunt, vel qui huiusmodi pretiosi, & magni pretij vestibus induti Religiosos planè laceros, & famelicos relinquunt. Colligitur ex Caiet. *Verbo Ornatus*, vbi ait *eum, in quo sit se ornandi tantus affectus, aut tanta sollicitudo, vt non curet de necessarijs ad salutem*; qualia sunt ea quæ enumerauimus, *peccare mortaliter.* Idem Iacobus de Graffijs.

*Secunda instructio.* Vestes in triplici sunt genere. Aliæ sunt necessitatis, aliæ honestatis, aliæ ornatus. Necessitatis sunt illę, quarum vsus

*2.2.q.169.ar 2.*

*Gestare vestē preciosam gloriolæ causa, quale peccatū*

*Ca.76.lib.cit. Num.7. Conclus. 5. num. 65.*

*Quando nimius ornatus in Prælatis sit mortalis.*

*Verbo Ornatus & in 2.2.q. 169.art.2. Lib.2.ca.76. num. 6.*

*Vestes triplici de caussa assumuntur.*

poſt peccatum vſurpatus eſt, ad tegendum, & tuendum corpus, aduerſus cœli & aeris iniurias. Honeſtatis verò illæ ſunt, quæ ad velandum obſcœnitatem quorumdam membrorum, & ad vitium aliquod, deformitatemve corporis occultandam datæ ſunt. Denique veſtes ornatus ſunt illæ, quæ ad pulcritudinem corporis, & vanam gloriam excogitatæ ſunt. Duo priora hominibus omnibus, ac proinde Religioſis ſunt neceſſaria. Poſterius vero eſt ab eorum inſtituto alienum, quippe qui omni humano honore, & externis bonis ſeſe abdicauerint: quare habitus debet eſſe illi abdicationi conformis. Et hoc eſt quod voluit D. Baſil. quando dixit *non eſſe quærendam elegantiam in veſtitu, ſed eam eſſe eligendam, quæ humilitatem ſignificet*: quam nimirum elegerunt Patres Ordinis noſtri, qui ad humilitatis cuſtodiam, ſcapulare & cucullam Religioſis, non minus quam ſtultis, pro veſtitus parte, aſſignarunt. In Regulis autem fuſius diſputatis ait, *Talem debere eſſe Religioſi habitum, vt nihil degeneret à ſuſcepto Paupertatis inſtituto*. Ea igitur modeſtia debent eſſe Religioſi, vt eorum veſtimenta, non ornatum exquiſitum, & ſuperfluitatem ſapiant, ſed neceſſitatem, iuxta Caſſia. documentum his verbis. *Veſtis Religioſi ſit quæ corpus contegat tantum ac repellat nuditatis verecundiam, & frigoris retundat iniuriam non quæ ſeminaria vanitatis, & elationis enutriat*. Vnde confirmatur quod ſuperiori Inſtructione docuimus; & damnantur ij, qui Scapularia ſerica, non ſine ſcandalo omnium, & Monaſticæ Paupertatis detrimento geſtare non reformidãt. Veriſſimum illud eſt, quod in ſeptima Synodo habetur ex D. Baſilio deprompto. *Omne quod non*

*In conſtit. Monaſt. ca. 31.*

*Humilitas veſtitus maxime Religioſum decet.*

*Reſponſ. ad interrog. 22.*

*Lib. 1. ca. 3.*

*Scapularia ſerica dãnantur.*

21.q.4.Cā.1

*propter necessitatem sed propter venustatē accipitur, elationis habet calumniam.*

Ornatus in Religioso signum impuritatis, aut vanitatis.

*Tertia* [illegible] signum est vanitatis vel impuritatis. Laurentius Iustinianus in lib. de ligno vitæ *Sicut continens, ac pudicus, vilibus induitur vestimentis, vt se oculis Diuinæ Maiestatis exhibeat mundum; ita impudicus ac incontinens, vt videatur magnificus, satagit vestiri preciosioribus ac mollibus* Idem in genere loquens, docet Clemens Alexand. *Quemadmodum* (inquit) *signa quæ ad causas proximè accedunt si adsint ipsum rei effectum significant, vel potius indicant vt fumus ignem, bonus color, bonusque pulsus sanitatem: Ita amictus noster indicat qualis sit morum nostrorum constitutio.* D. verò Gregorius Magnus suam hac de re sententiam explicat, his verbis. *Quod pro sola inani gloria vestimentum preciosius quæritur, res ipsa testatur quia nemo vult ibi preciosis vestibus indui, vbi ab alijs non potest videri.*

Cap. 5.

Simile.

Lib.3.Pædagogi, Cap.11.

Simile.

Homil. 40. in Euang.

Asperitas vestitus indiciū boni Religiosi.

*Quarta instructio* Asperitas vestitus indicium est boni Religiosi. Vt enim auiculæ nidos componentes, exterius spinas & vepres; interiùs vero pennulas, resque alias molles adhibent; sic Religiosi viri exterius dura vestimenta ad carnis macerationem, interius verò suauitatem spiritus induunt. Molles verò, & delicatuli Religiosi, exterius molles & pretiosas vestes; interius vero conscientias, & corda gerunt plena sentibus, spinis ac stimulis, vermibusque præcordia corrodentibus.

Quæ mediocritas seruanda in vestibus.

Epist. quadam

*Quinta instructio.* Religiosi non debent vti sordidis, neque splendidis vestimentis, præcipuè in eadem domo. Vtrumque enim reprobatur

Dist.

Dist. 41. §. 1. & c. 1. *quia talis disparitas* (quæ est peculij proles) *scandalum gignit.* Extra. de vita & honestate Cleric. Cap. Deus. *Vestes pullas* (inquit gloriosus Hieronymus) *æquè deuita vt candidas: ornatus & sordes pari modo fugiendæ sunt, quia alterum delitias, alterum gloriam redolet.* Nauar. Comment. Can. Inter verba. 11. q. 3. vbi citat Cap. 3. Regulæ Clericor. D. Augustini hæc verba. *Non sit notabilis habitus vester, id est* (inquit) *non possit damnari nimiæ curæ, neque nimiæ incuriæ in fingendo adhibitæ.* De huiusmodi gloriolę mancipij loquitur Dominus dicens. *Exterminant facies suas vt appareant hominibus ieiunantes.* Verum tamen est, vt ait Iacob. à Graffijs, quod *qui vilioribus vteretur vestimentis, non ad iactantiam, sed ad macerationem carnis, vel ad humiliationem spiritus, non peccaret. Hoc enim pertinet ad temperantiam, quod præcipuè competit iis, qui verbo & exemplo cæteros ad pœnitentiam hortantur.* D. Thom. *2.2.q. 169. ar 1. ad 2. & Syluester verbo, Ornatus, q. 1.* Consulerem tamen Religioso in Monasterio cum cæteris degenti non vti veste viliori cęteris; idque ad fugiendum vitium singularitatis; dummodò tamen vestis cęterorum immoderatè non excederet. Religiosus enim tam in vestimentis, quam in cibis debet seruare, quantum potest sine peccato, mores eorum, cum quibus viuit. Can. *Quisquis. c. final. Dist. 41.*

*Cit. Conil. 5. num. 67.*

*Matt. cap. 6.*

*Cit. lib. 2. cap. 86. nu. 6.*

*Singularitas fugienda.*

*Sexta instructio.* Religiosi nostri Ordinis galeros nigros, & pallia nigra deferentes sine licentia, peccant adeo grauiter, vt non videam quomodo à mortali excusentur; quia Religiosus tenetur gestare habitum Ordini suo, & Statutis conuenientem, qualis non est niger galerus, & pallium nigrum. Syluester.

*Contra gestantes nigra pallia vel galeros.*

Accedit quod hoc modo se gerentes, occultant totaliter habitum Monasticum, quod fieri non potest sine excommunicatione, vt postea docebimus.

*Prælatus permittens Religiosis suis preciosas vestes.*
*4. de Regul. num. 37.*

*Septima instructio.* Non solum peccat Religiosus contra statum suum, & votum Paupertatis, qui preciosis vndique vestibus vtitur, sed etiam Prælatus, qui id ei permittit, vel non prohibet. Nauar. Patet etiam supra vbi docuimus, non solum Religiosum, qui habet superflua, peccare, sed etiam Prælatum, qui facultatem habendi superflua ei facit. Potest tamen vterque vti in diebus festiuis honestioribus, vestimentis quam in alijs diebus, si id Ordo patitur. *Gemi. in Can. Clericos. Dist.* 21.

*Prælati possũt melius indui, quã Religiosi.*
*Matt. ca. 11.*
*Cit. lib. 2. cap. 76. num. 6.*

*Octaua instructio.* Prælati nostri Ordinis possunt melioribus, quam Religiosi vti vestimentis, cum moderamine tamen, vt habetur Cap. 13. *Dist. 2. Statutor.* Additur, cum moderamine, ne putent sibi preciosis, mollibus, & sericis vti licere. *Qui enim mollibus vestiuntur, in domibus Regum sunt.* Ratio autem cur Prælati possint vti melioribus est, quia sępe propter Monasterij negotia coguntur Principes, vel Magnates adire, à quibus, vel ab Aulicis, qui negotia promouere possunt, si honestoribus non indueren-tur, contemni possent; ac propterea eorum negotia non tam citò expedirentur in detrimentũ Monasterij. Dein (vt bene Iacobus de Graffijs ait) *qui preciosioribus vtuntur vestimentis, ad significandã dignitatem sui ministerij, vel* Diuini *cultus, nõ peccant: vt Ministri altaris.* Videntur ergo pari modo Prælati aliquam suæ dignitatis ad honorem Dei reddundantis posse notam præ se ferre, melioribus, quam Subditi vtendo vestimentis.

*Noua*

*Nona Instructio.* Circa vestes Religiosorum, ea obseruanda sunt, quæ habentur Cap. *Ne in agro Dei. De statu Monach.* nempe vt nec in qualitate panni Regularis excedatur modestia, nec quæratur quod preciosius, & subtilius est, sed quod vtilius. Contra delicatulos in vestibus multa ex D. Bernardo attulimus *in Speculo 2. Præludiorum priorum.*

Ex *Apologia ad Guiliel. Abba.*

## SPECVLVM LXVI.

*In quo videtur, qui dimittentes habitum sui Ordinis excommunicationem de facto incurrant, vi Cap. Vt periculosa. Titul. ne Clerici & Monachi. &c in 6.*

PRima *instructio*. Ad id clarè videndum in hoc Speculo, supponẽdum est, Primò dimissionem habitus non inducere ex vi huius Capit. excommunicationem, nisi fiat ratione diuagationis. *Caiet.* Secundò, nisi fiat notabili aliquo tempore, quod iudicio boni viri sufficiat ad dicẽdum aliquem dimisisse habitum. *Caiet. loco citat. Nauar.* Tertiò, nisi fiat cum peccato mortali; non enim incurritur excommunicatio, nisi ob mortale; neque censetur temeraria dimissio habitus, quæ non fiat aliquo notabili tempore, & cum peccato mortali. *Nauar.* Id etiam patet ex resolutione, quæ datur à Doctoribus circa Casus particulares, qui in hac materia occurrrunt, *Nauar. loco citat.* & alijs passim; exceptis vno vel altero, qui putant accipi hic *temere*, pro illicitè. Ego vero cum alijs passim existimarim dimissionem

*Quæ requiruntur, vt dimissio habitus inducat excommunicationẽ.*

*Verbo Excommunicatio. Cap. 61.*

*Cap. 27. Manual. num. 131.*

*Loco citato.*

Quæ sit temeraria habitus dimissio.

temerariam habitus esse eam, quæ non sit cum causa, quæ possit à mortali excusare. Vbi enim causa, ob quam deponitur habitus, non potest deponentem excusare à mortali, censetur iniusta causa, & temeraria; ac proinde deponentem ab excommunicatione non excusat. Vbi verò causa, ob quam deponitur, excusat à mortali, non censetur iniusta, nec temeraria, nec irrationabilis; vt qui deponit habitum ad se purgandum, vel lauandum, vel ad iocum, & ad breue tempus; vel ad charitatis opera ad longum tempus: vel, vt ait Glossa ab alijs recepta, metu mortis, vel periculi; aut mali alioqui grauioris, captiuitatis videlicet, seruitutis, carceris, ignominiæ, dedecoris. Vt si Religiosus per loca Turcarum, Sarracenorum, Hæreticorum, vel aliorum Christiani nominis, vel Religionis hostium pertransiret. His positis sit

Enumerantur causæ iustæ dimittendi habitum.

*Secunda instructio*. Communis est Doctorum sententia, quod is excommunicationem latam Capite citato incurrat, qui habitum suum deponit, vt alio habitu vtatur ad scelus aliquod mortale committendum, vel ad certum tempus, vel ad certam causam: ita vt boni viri arbitrio, habitum temerè dimisisse iudicetur. *Syluester. Caiet. eodem verbo Cap. 6 Nauar. loco cit. Azorius. Iacobus de Graffi s.* Ad huius instructionis maiorem intelligentiam consulantur sequentes aliquot instructiones.

Instructio Generalis.

Verbo Excom. 9. Excõm. 24. Li. 12. ca. 13. Excom. 17. & c. 17. q. 8. & 9 li. 3. ca. 5. n. 30.

*Tertia instructio* Qui habitum suum deponit, alium non assumpturus, non est excommunicatus. *Nauar. & Caiet. locis cit.*

Deponens habitum & aliũ non assumens.

*Quarta instructio*. Qui habitum suum deponit, & alium assumit vna hora, vel ampliùs, ad iocandum, vel ad proijciendum lapidem, vel saltandum,

dum, vel currendum, non eſt excommunicatus. *Palud in 4. D. 18 q. 3. Col* [illegible]. *Caiet. loco cit.* Eſti e- [illegible] habitus, aliquo reſpectu & modo ſit temeraria, vt pote, quæ fit abſque rationabili cauſa, quia neceſſariò vti debet Religioſus ſuo habitu in omni loco. *Can. Vidua 20 q. 1.* ſaltem de honeſtate & decentia ſui Status, iuxta D. Antoninum, vt Nauar. notat, tamen quia non eſt peccatum mortale, qui ſic dimiſit habitum non eſt excommunicatus. *Nauar. loco cit. Sylueſter. num 52.* *3. par. tit. 24. cap. 53.*

*Quinta inſtructio.* Qui habitum deponit ad rem mortiferam peragendam ſtatim reaſſumpturus, non eſt excommunicatus: quia etſi deponat, vt expeditius peccet, tamen iudicio boni ac docti viri, non tanto tempore deponit, vt poſſit dici habitum verè dimiſiſſe, ſiue id fiat in Monaſterio, ſiue extra. *Nauar. loco citat.* *Habitum deponens ad rē mortiferam eum ſtatim reaſſūpturus.*

*Sexta inſtructio.* Qui Medicinæ cauſa deponit habitum, non eſt excommunicatus. Naua. loco citat. Et ratio eſt, quia illa dimiſſio habitus, non eſt temeraria nec mortalis, nec ad euagandum liberius. Caiet loco citato. *Deponens habitum cauſſa medicinæ.*

*Septima inſtructio.* Qui habitum integro die, vel amplius in Monaſterio dimittit, præcipuè manens in cubiculo ſuo, etſi temerè id faciat, & cum peccato ſaltem veniali. *Francus in Cap. 2. Ne clerici vel Monach. num. 5.* non eſt excommunicatus: quia ceſſat legis ratio expreſſa de materia euagationis. *Caietan. citat. loco*, & probatur per textum dicti Capit. Vt periculoſa, vbi dicitur. *In ſcholis, vel alibi.* Ita Ioannes Andreas ibi. Non quòd velim dicere cum Angelo *Verbo Excommunicatio 6.* nunquam eſſe *Deponens habitum integro die in cubiculo*

excom-

*Verbo excommunicat 1. excommunic. 16*

excommunicatum eum, qui in Monasterio habitum deponit; sed quod in multis Casibus possit acidere, vt Religiosus deponat habitum in Monasterio sine excommunicatione, præcipuè cum oculis Secularium non obijciuntur. Ita Syluest. loco citato, & Rosella.

*Habitum deponens, vt trāseat ad alium Ordinem.*

*Octaua instructio.* Qui habitum suæ Religionis deponit, vt ad alium Ordinem licitè transeat, non est excommunicatus, quia non censetur temerè dimittere, neque cum pecato, neque ad euagandum, neque censetur deponere habitum suæ Religionis; cum non sit amplius eius Religionis, cuius habitum deponit. *Ca et. loco cit.* Non esset etiam excommunicatus, qui habitum suum deponeret ad assumendum alium alterius Religionis, ioci causa, vnius horæ spacio. Doctores enim, teste Iacob. à Graff. modicū tempus eligunt ad horam; præsertim si alium assumeret, non ad vsum, sed solatium, ex iocosa familiaritate. *Syluester Verbo Habitus*: nisi fortè id faceret ad liberius euagandum. Censeretur enim tum temporis habitum temerè dimittere ad mentem huius Canonis, ac propterea esset excommunicatus; alioqui, vt ait Caiet. supra, frustra poneretur illud pronomen. *suæ*. Syluester Nauar.

*Li. 3 c. 5. nu. 30 & li. 4. ca. 21 à nu. 6 Num. 1 Verbo Religio. 4. q. 4. libr. 3. Consil. de Regular. tit. de Reg. Consil. vl. n. 3.*

*Occultās habitum est excommunicatus.*

*Nona instructio.* Qui temerè habitum suę Religionis totaliter occultat, censetur in hunc Canonem impingere, ac propterea est ipso facto excommunicatus. *Rosella verbo Excommunicatio 1. Excommunicatione 16 iuxta Glossam in Clem. 2. de vita & honestate Cler. q. 3.* etsi contrarium sentiat Panormitanus in Cap. Deus qui. eodem tit. *Cuius opinio* (inquit Nauar loco sæpe cit.) *videtur vera; cum adeo non occultat, quin sa*

*mil.*

*miliares cognoſcant eum eſſe Religioſum*. Gloſſæ vero, *quando abſcondit ſic, vt non appareat talis familiaribus*. Idem voluit Caiet. *quia licet* (inquit) *non dimittat materialiter veſtem, quæ eſt habitus, dimittit tamen formaliter habitum ſuæ Religionis: quia dimittit ipſum habitum, quo diſcerni poteſt, & cognoſci, vt Religioſus talis Religionis*. Confirmatur autem textu Capit. citati, *Vt periculoſa*, vbi ratio excommunicationis latæ videtur peti ex occaſione euagationis liberioris, quam non ſubſtrahit habitus omnino occultatus. Hinc ſequitur eos noſtri Ordinis Religioſos non eſſe excommunicatos, qui galerum nigrum tantummodo gerunt, eo quòd illo non occultetur penitus Religioſus habitus: etſi peccent, qui id ſine licentia, vel ſaltem ſine cauſa rationabili faciunt.

*Verao Excom. cap.21.*

*De gerente galerum à ſuo Ordine alienũ.*

*Decima inſtructio*. Qui deponit habitum ex parte, non eſt excommunicatus, dummodo partem notabilem retineat qua poſſit à ſuis familiaribus, vel alijs, qui probè norunt habitum noſtri Ordinis, per illam partem retentam noſtri Ordinis Religioſus agnoſci. Pars autem notabilis noſtri Ordinis videtur Scapulare, vel veſtis, vel Caputium vel Cappa. Per illa enim ſeparatim poteſt Religioſus noſtri Ordinis agnoſci: potiſſimè tamen per Scapulare, cum ea latitudine, quam habet apud nos. Hinc eſt quod inualuit conſuetudo in noſtro Ordine, vt itinerantes plerumque habitum omnem abijciant, excepto Scapulari. Quod ego nullo modo probare poſſum; non quod velim dicere eos eſſe eo ipſo excommunicatos, ſed quod exiſtimem, Primò, eos grauiter peccare, maximam partem habitus ſui ita temerè dimittendo, niſi excuſentur

*Deponens habitum ex parte.*

*Quæ ſint partes notabiles habitus noſtri.*

*Dãnatur eorũ conſuetudo, qui iter agere ſolẽt cum ſolo Scapulari.*

ratione consuetudinis, Religionis, & regionis quæ est attendenda, ex doctrina Ioannis de Imola. *in Clement Ne in agro &c.* vel nisi etiam excusentur ratione bonæ fidei, existimantes se propterea non peccare grauiter, quia transgrediens ius humanum bona fide, per errorem eius non bene intellecti, non peccat mortaliter. Ita Bald. *in l. ab eo C. Quomodo & quando Iudex. vterque Thomas 2.2 q 47. ar 3.* Nec minus doleo eos etiam Scapulare illud plerumque occultare, quod non est sine excommunicatione. Quod attinet ad Caputium, existimo etiam esse partem notabilem; cum plerosque Religiosos nostri Ordinis, maximè Præmonstratensis Monasterij incolas videre sit ad Matutinas properare sine Scapulari, sed solum superposito Caputio super Cappam. Quod verò spectat ad vestem, est etiam apud nos pars maximè notabilis: qualis non esset vestis nigrorum Monachorum, cum etiam Clerici tali vtantur. Idem asséro de Cappa nostra, quia est etiam pars maximè notabilis; & quia illa, vel aliæ partes nominatæ, non sunt aptæ ad diuagandum.

*Caputium est pars notabilis nostri habitus.*

*Vndecima instructio* De itinerante sine habitu, non est dubium quin sit excommunicatus, nisi subsit aliqua earum causarum, quas Instructione prima huius Speculi protulimus.

*Qui iter facit sine habitu.*

*Duodecima instructio.* Qui dimittit habitum, etiamsi suam personam occultet, & celet, est excommunicatus, quia hoc ipso facto liberam habet euagandi facultatem. Azor.

*Dimittens habitũ & celans suam personã. Li. 12. Instruc Moral. ca. 17. q. 13.*

*Decimatertia instructio.* Qui post talem dimissionem habitus, ob quam incurritur excómunicatio, non impetrata absolutione per confessionem, vel in foro exteriori, celebrat, incurrit irre-

*Irregularitas. ca. 1. de Sent. excomm. in 6.*

irregularitatem, à qua nullus etiā Prælatus nostri Ordinis potest absoluere, sine priuilegio, quo gaudere existimo omnes nostri Ordinis Prælatos.

*Decimaquarta instructio.* Excommunicatio, quæ incurritur ob dimissionem habitus, nemini est reseruata. *Azor.* proterea quiuis Sacerdos habens iurisdictionem in innodatum, potest ab ea eum absoluere.

*Excōmunicatio ob dimissionē habitus nemini est reseruata.*

*Li. 12. ca. 13. Excomm. 16*

*Decimaquinta instructio.* Nullus Ordinum Præfectus, multò minus Prelatus inferior, potest facere facultatem Religioso suo, dimittendi, vel perpetuò occultandi habitum, sed hæc potestas est solius Summi Pontificis *Nauar.* Dixi (perpetuo) quia ad tempus cum causa rationabili potest. Illa autem censetur causa rationabilis id permittendi, quando iudicio boni ac docti viri, non potest Religiosus commodè agere cum habitu, id quod agere ex aliqua necessitate tenetur; vt piscari ad horam, aut alio modo operari, aut balnea ingredi, aut iter facere. Non tamen semper quę causa rationabilis est ad deponendum habitum, est etiam rationabilis ad alium assumendum. *Syluest. Francus in Cap 2. ne Clerici, vel Monach lib 6. num 5.* Adeo autem verum est Religiosum nullius venia, excepta Pontificia, posse deponere habitum suum absolutè, vt non possit eum dimittere, etiam priuatus Monasterio, ratione ruinæ, vel ratione Superioris, qui non vult eum recipere: vt notat Abbas *in Cap. 2. Ne Clerici vel Monach. in 6* Potest autem dimittere, si iuste eijciatur; quia tunc in habitu Clericali viuere, vel aliam Religionem ingredi potest. *Nauar.*

*Lib. 3. Consil. Tit. de Regul. Consil. 31. n. 4 & Consil. 53. n. 1. & 52. n. 2.*

*[illegible] iusta [illegible] di habitum.*

*Verbo excōm. 9. num. 51. & verbo Habitus num. 3.*

*Iuste eiectus potest hab. tū Cleri. deterre.*


*Cit. li. 3. cō. tit de Reg. Consil. 51. nu. 2. & 3.*

MAN.

## MANDATVM 43.

*Obligat sub veniali tantum.*

Quando proceditis, ſimul ambulate; cum veneritis quò itis, ſimul ſtate. In inceſſu, ſtatu & in omnibus motibus veſtris nihil fiat, quod cuiuſquam offendat aſpectum, ſed quod veſtram deceat ſanctitatem.



*Nica inſtructio.* Peccare in aliquo horũ eſt peccatum veniale, quia id eſt contra modeſtiam, & decentiam hominum Deo totaliter conſecratorum, quales ſunt Religioſi. D. Thom. Si quis autem deſideret documenta noſſe, quæ ad modeſtiæ praxim ſpectent, hæc ex Doctorum ſpiritalium monumentis habeto.

*2.2.q.186. per totam.*

1. Caput huc illuc leuiter non mouere, ſed cum grauitate, vbi opus erit; & ſi opus non ſit, tenere rectum cum moderata inflexione in partem anteriorem, ad neutrum latus deflectendo.

2. Oculos demiſſos vtplurimum tenere, nec immoderatè eos eleuando, nec in hanc aut illam partem circumflectendo.

3. Inter loquendum cum hominibus pręſertim alicuius authoritatis, non defigere aſpectum in eorum vultus, ſed potius ſub oculos.

4. Rugas in fronte ac multò magis in naſo euitare, vt ſerenitas exteriùs cernatur, quæ interioris ſit indicium

5. Labia nec nimis compreſſa, nec nimium diducta habere.

6. In facie hilaritatem potius prę ſe ferre quã triſtitiam, aut alium minus moderatum affectũ.

7. Veſtes mundas habere,& cum Religioſa decentia compoſitas.
8. Manus, ſi non in ſuſtinenda veſte occupentur,decenter quietas tenere.
9. In inceſſu moderatum eſſe ac ſine notabili feſtinatione, niſi neceſſitas vrgeret, & nihilominus in feſtinando rationem decori ſollicitè ſeruare.

## MANDATVM 47.

Oculi veſtri, etſi iaciantur in aliquam fœminarum,figantur in nullam. Neque enim quando proceditis, fœminas videre prohibemini; ſed appetere, vel ab alijs appeti velle criminoſum eſt.

*Obligat ſub mortali.*

*PRima inſtructio.* Viſus ſiue aſpectus impudicus, quando cum conſenſu delectationis libidinoſæ coniungitur, eſt peccatũ mortale. Sicut quando quis offert ſe aſpectui alterius, à quo, vel à qua cognoſcit ſe libidinosè amari, vt ei placeat. *Alexand. Halenſ. & alij paſſim.* Porro etſi prohibitum non ſit fœminas videre, tamen eſſe maximè periculoſum docet Vmbertus in hunc Regulę locum *Cap. 80. & S. Antoninus.*

*Quando aſpectus ſit peccatũ*

*Tract. 2. de Luxuria. Theol. 2. par. Tit. 5. ca. 1. §. 6. & 4. par. tit. 4. c. 6. § 2.*

*Secunda inſtructio.* Hic quia ſeſe offert locus tractandi de ſecundo Religionis voto, quod eſt Caſtitas, aliquot Specula ea de re condemus, ex quorum inſpectione poterit Religioſus vel ſeſe in caſtitate ſua continere, vel violatam reſtaurare.

## SPECVLVM LXVII.

*In quo videtur, quibus modis violetur Castitas, vel quibus modis Religiosus peccet contra votum Castitatis.*

*Religiosus quoties violat votum Castitatis*

PRima instructio. Religiosus violat votum Castitatis, quoties habet copulam carnalem; peccatque mortaliter, ac proinde tenetur confiteri quoties, & cum quibus personis. Tot autem peccata cōmittit per copulam cum vna eademque persona sexies habitam, quot committeret per copulam sexies habitam cum diuersis. Maior.

*In 4. Sent. Dist. 17. q. 4.*

*Pollutio quādo sit peccatum.*

*Ca. 16 Manu. num. 6. & 7.*

*Secunda instructio.* Religiosus peccat mortaliter, violàtque votum Castitatis, quoties procurat pollutionem, aut placet sibi libidinosè in pollutione non procurata. Colligitur ex Nauar. Dico (procurat) quia si polluitur, & non procurarit, & in non procurata libidinosè delectatus non fuerit, non peccat. Pollutio enim quæ contra voluntatem euenit, non est peccatum, vt pollutio in somnis vel seminis fluxu. *Nauar.* Dico etiam (libidinosè) quia delectari in pollutione, quę contigit, non ratione delectationis carnalis, qua affectus fuit, sed ratione mitigationis libidinis, vel alterius honestæ causę, peccatum mortale non est.

*Non impediēs pollutionem, cum debet.*

*Tertia instructio.* Religiosus peccat mortaliter, violàtque votum Castitatis, qui non impedit pollutionem cum possit, & debeat. Dico (cū debeat) quia qui alicui operi incumbens potest eiusmodi pollutionis euentum impedire, relinquendo opus illud, non tenetur relinquere; nec peccat si polluitur, dummodo nullate-

nus aduenienti pollutioni consentiat. Quod quia raro fit, vt adueniente tali pollutione aliquo modo non consentiatur, consulerem Religioso ab huiusmodi opere cessare, & illud non amplius, si fieri posset, iterare; nisi forte probabiliter, & experimeto facto crederet voluntatem suam superiorem, in huiusmodi pollutionem non consensuram. Nam si probabiliter crederet contrarium, teneretur plane abstinere à quouis simili opere, vt Predicationibus, Confessionibus, cursibus, & huiusmodi. *Nauar. num. 7. cum alijs quos citat. D. Thomas. D. Antonin. Turrecremata in Cap. Testamentum. & Cap. Sed pēsandū. Dist. 6 Caiet. & in Sūma verbo Pollutio.*

*3 par. 4. q. 80 ar. 7. 1. par. tit 6. cap. 5. Tom. 1. Opus. Tract. seu Opusc. 22.*

*Quarta instructio.* Religiosus peccat mortaliter, violatque votum Castitatis, qui probabili pollutionis periculo se exponit, versando sæpe mente turpia, vel legendo, vel conuersando cum turpibus, vel vtendo tactibus turpibus, à quibus omnibus deberet, & posset abstinere, & quibus solet ad pollutionē prouocari. Nauar

*Exponens se periculo pollutionis Cit. cap. 16. Manu. num. 6.*

*Quinta instructio.* Religiosus peccat mortaliter, violatque votum Castitatis, qui in eum finem bibit aut comedit aliquid, vt sequatur pollutio, etsi ad exonerandam naturam id faciat. Dico (in eum finem) quia qui non comedit eo fine, vt ei pollutio eueniat, sed solum vt gulæ suę faciat satis, peccatum mortale nō committit, etiamsi comedendo illud, putet eam euenturam. *D. Antonin. & Syluester Verbo Pollutio, fauetque Caput de Occidendis 23 q. 5. & L. Si quis nec causam ff. de Reb. cred.*

*Bibens aut comedens vt sequatur pollutio 2. part. Tit. 6. cap. 5.*

*Sexta instructio* Religiosus peccat mortaliter, violatque votum Castitatis, quoties sesomno dedit eo modo vel ea corporis parte, vt ei

Dedens se *somno eo modo, vt sequatur pollutio.*

pollutio eueniat; tum enim procurat pollutionem. Accedit quòd etsi dormiendo nullus possit mereri vel peccare, potest tamen exequi peccatum somno, tanquam instrumento; sicut qui alium occidit, gladio suam exequitur malitiam.

*Experrectus perficiens pollutionem.*

*Septima instructio.* Religiosus peccat mortaliter, violatque votum Castitatis, quoties inceptam in somnis pollutionem, experrectus perficit, cum consensu & delectatione voluntatis superioris. Etsi enim non teneatur pollutionem in somnis inchoatam experrectus cohibere, tenetur tamen in eam deliberatè non consentire, nec ea delectari, sub pœna peccati mortalis. Dico (deliberatè) quia etiamsi sensualitas ea delectetur, non est peccatum mortale. Imò neque si incipiatur pollutio, postquam est semiexcitatus, & antequam plenè expergiscatur; modò ea perficiatur absque voluntatis seu appetitus rationalis eius, qui talem pollutionem patitur, deliberato consensu. Ad constituendum enim peccatum mortale iudicium integrum requiritur. *Cap. Omnis. de Pœnit. & remiss.* Ita Turrecremata, citatus a Nauarro.

*Cit. cap. nu. 8*
*Desiderans copulã carnalẽ*
*Cap. cit. nu. 9.*
*2. part.* Tit. 5
*cap. 1. §. 6*
*1. 2. q. 72. ar. 7*

*Octaua instructio.* Religiosus peccat mortaliter, violatque votum Castitatis, quoties habet propositum vel desiderium copulæ carnalis, circa vnam interrumpendo sæpius, siue circa multas simul, aut separatim. *Antonin. apud Nauar.* & ratio est, quia peccata cordis, oris, & operis sunt (circa idem obiectum spectata, & quatenus vnum est pręparatio ad alterum, vt addit Medina explicando D. Thom.) eiusdem speciei, ex D. Thom. Hinc est quò

nunc

numerus illorum propositorũ, & desideriorum vel concupiscentiarum necessariò est aperiendus in confessione, cum circumstantijs personarum, quæ desiderantur, & concupiscuntur. Alterius enim est speciei desideriũ copulãdi se Cognatæ, à desiderio copulandi se cum virgine. Illud enim est incestus, istud vero stuprum. *Nauar. nu. 9 Sylueſt. Verbo Luxuria §. 1 & 2*

*Nona instructio.* Religiosus peccat mortaliter, violatque votum Castitatis, qui morosa delectatione afficitur in tentationibus carnis superuenientibus, consentiendo deliberatè in delectationem, quæ ex turpibus illis tentationibus nascitur in sensualitate. Appellatur autem ab Authoribus hoc peccatum delectatio morosa explicitè; estque necessario aperienda in confessione, tam quoad numerum, quam circumstantias. D. *Antonin.* *Affectu morosa delectatione.* *Loco cit. § 2*

*Decima instructio.* Religiosus peccat mortaliter, violatque votum Castitatis, quoties aduertens sensualitatem suam teneri illa delectatione carnis, & se propterea duci in periculum consentiendi, non expellit, nec conatur expellere sine iusta causa, quæ ab expulsione excuset. Et hoc peccatum appellatur delectatio morosa tacitè; quæ etiam est aperienda in confessione, sicut superior. D. *Antonin. loco citat.* In his enim duobus casibus peccatum mortale committitur, licet opus exterius nunquam fiat, neque adsit propositum faciendi, etiam in omnibus alijs, vt omnes Doctores docent, & expresse D. Bonauent. ex Doct. Nauar. Porro hic duo notanda sunt. Inprimis quid sit delectatio morosa. Deinde quando illa sit peccatum. Quod ad primum attinet, Delectationem *Non expellēs delectationem carnis.*

*Quid sit delectatio morosa.*
*Cap.11. Manu. num.10.*
*Delectatio morosa quando sit peccatum mortale.*
*Num. 9 1. 2. q.74.art.8*

morosam, quæ & consensus tacitus, vel interpretatiuus vocatur, deducit Nauar. a mora; non quidem, ait, *ratione temporaneæ durationis, sed propter moram, quam facit ratio in ea non expellenda & deturbanda eam videlicet non deturbando quam citissimè potest & debet vel eam deliberatè acceptando.* Quod verò ad secundum spectat, delectatio morosa tum demum est peccatum mortale ex eodem Nauar. quando quatuor concurrunt. Primum quando id, de quo sumitur delectatio, est peccatum mortale, iuxta D.Thom. Secundum, quando delectatus integrè aduertit se delectari: alioqui si non aduerteret, nullum peccatum mortale admitteret. Tertium quando delectatus non resistit delectationi, conando eã à se deturbare. Posito enim quòd conaretur repellere, etsi a se de facto non omnino repelleret, tantum abest vt peccet, quin potius mereatur. Quartum, quando sine iusta causa omittit huiusmodi delectationem repellere. Iusta autem causa non repellendi, est quando nouit se ea virtute animi pollere, vt certus sit, se non ita victum vel flexum iri; vel quando credit tentationem eò maiorem fore, quò ei fortius obsistetur, vt accidit in tentationibus carnis, quæ fugiendo potius quam resistendo superantur; vel quando non potest delectationem illam deturbare, nisi lectionibus suis scholasticis, vel confessionibus, vel concionibus finem imponat. Vt enim hoc sit mortale, oportet illum cui huiusmodi delectatio oritur, esse talem, vt suæ imbecillitatis, & consuetudinis pręteritę ratione habita, meritò credere teneatur se nisi illam reprimeret, in ipsum opus malum, vnde nascitur delectatio, vel

ſaltem in delectationem eiuſdem operis, verè & realiter conſenſurum. Quia autem in delectationibus carnalibus ſemper latet aliquid periculi, ratione corruptionis naturæ, expedit vt qui huiuſmodi delectationes habuit, & non eſt certus an conſenſerit, vel an ſufficienter reſtiterit, de illis in confeſſione mentionem faciat, dicens ſe dubitare an pro viribus reſtiterit. *Nauar.*

*Cit. ca. 11. Manu. nu. 12.*

*Delectans ſe in copula præterita.*

*Vndecima inſtructio.* Religioſus peccat mortaliter, violátque votum Caſtitatis, cui deliberato animo placet delectatio, quæ naſcitur ex cogitatione copulæ, quam aliàs habuit.

*Tangẽs animo fruendi delectatione.*

*Duodecima inſtructio.* Religioſus peccat mortaliter, violàtque votum Caſtitatis, qui deliberatè amplectitur, exoſculatur, aut tangit, aut vult amplecti, exoſculari, aut tangere aliquid animo fruendi delectatione carnali, quæ ex huiuſmodi tactu oritur. Nec refert, quod tactus ille de ſe non ſit impudicus; ſufficit enim ad peccatum mortale, ſi ad impudicitiam tendat. D. *Thom.* Caiet. *ibidem, & ſanctus Antoninus.*

*2. 2. q. 154. ar 4. 2 par. Tit. 5 c. 1. §. 7. 8. & 9*

*Fœminã reſpiciens delectationis cauſa.*

*Decimatertia inſtructio.* Religioſus peccat mortaliter, violàtque votum Caſtitatis, qui fœminam alloquitur, aut reſpicit, vel vult videre, vel reſpicere delectationis carnalis cauſa. Nullum autem eſt peccatum, ſi id fiat vrbanitatis, aut repræhenſionis, aut admonitionis, aut honeſti amoris, aut delectationis caſtæ, aut commendationis formoſorum Dei operum cauſa. Modò tamen ea non fiant tali loco, tempore, & modo, quibus ſe periculo

concipiendi mali propositi operis, vel delecta-tionis Venereæ se exponat. *Caiet.* Hinc est quod non prohibeat simpliciter in hoc Capite D. Augustinus fœminam videre. *Illum cogitet* (inquit) *omnia videre, ne velit fœminam malè videre.* Sed &, qui vult verenda tangere vel videre, vel tangit, vel videt. carnaliter.

*Tom. 1. Opusc. Tract. seu Opusculo 14. q. 3.*

*Tangens verenda.*

*Frequentans locum ad videndum fœminas luxuriosè.*

*Decimaquarta instructio.* Peccat mortaliter Religiosus, violatque votum Castitatis, quoties locum aliquem frequentat ad videndum luxuriosè fœminas.

*Mittens litteras in finem luxuriosum.*

*Decimaquinta instructio.* Peccat mortaliter Religiosus, violatque votum Castitatis, quoties in finem luxuriosum mittit, vel tradit, vel recipit, vel promittit epistolas vel munera aliqua quantumuis exigua.

*Præbens se videndum peccaturo.*

*Decimasexta instructio.* Peccat mortaliter Religiosus violàtque votum Castitatis, quoties se exhibet in fenestra, vel alibi videndum transeuntibus, vt peccēt carnaliter; vel ei, à quo scit se luxuriosè amari, & quem nouit eo conspectu mortaliter peccaturum, licet in opus peccati non consentiat.

*Ornans se vt ametur carnaliter.*

*Decimaseptima instructio.* Peccat mortaliter Religiosus, violatque votum Castitatis, qui se eo animo ornat, vt libidinosè, ac mortaliter ametur.

*Delectans se in cantu libidinoso.*

*Decimaoctaua instructio.* Peccat mortaliter Religiosus, violàtque votum Castitatis, qui deliberatè delectatur in colloquio, cantu, & auditione verborum lasciuorum, etiam sine operis luxuriosi proposito.

*Suppeditans alteri materiam peccandi.*

*Decimnona Instructio.* Peccat mortaliter Religiosus violàtque votum Castitatis, qui verbo, tactu, nutu, vel scripto suppeditat alteri

mate

materiam peccandi, licet nullam habeat intentionem peccandi, vel vt alius luxurietur.

*Vicesima instructio.* Peccat mortaliter Religiosus, violatque votum Castitatis, qui gloriatur mendaciter, se rem cum aliqua habuisse, & tenetur ad restitutionem famæ sic sublatæ. *Arg. leg. Peccattum.*

*Iactãs se falso de copula.*

*De Reg. Iuris in 6. Reg. 4.*

*Vicesimaprima instructio.* Peccat mortaliter Religiosus violàtque votum Castitatis, quem contristat impotentia coeundi luxuriosè,

*Contristatus de impotentia copulæ.*

*Vicesimasecunda instructio.* Peccat mortaliter Religiosus, violàtque votum Castitatis, qui domum locat Meretrici, quam probabiliter credit in ea meretricium exercituram. In hoc enim censetur adminiculum peccato præbere. *Arg. Cap. 1 de Offi. Iudicis deleg cum similibus.*

*Locans domũ Meretrici.*

*Vicesimatertia instructio.* Religiosus Concubinarius, cohabitans Concubinæ, tantum scelus committit, vt non debeat absolui, antequam à Concubina separetur, cum proposito nunquam amplius ad eam redeundi; quod intelligendum est tam de absolutione à Censuris, quàm à peccatis, vt patet ex Nauar. & ratio est, quia non potest verè pœnitere non remouendo à se occasionem peccandi adeo propinquam, qualis est cohabitatio. Porro quod asserimus de Concubinarijs, cadit etiam in eos, quos plebs tales reputat, etsi decipiatur, donec veritas appareat; quia ab omni scandalo & specie mali abstinendum est. Idem iudicium est de persona, quæ cohabitando alteri, non potest ob suam fragilitatem euitare peccatum mortale, nisi ab ea separetur. Nauar.

*Concubinarius*

*Cap. 3. de Satisfactione.*

*Cap. 16. Manu nu. 20. & 21.*

*Vicesimaquarta instructio.* Religiosus Concubinarius legitimè, id est, ter monitus debet

*Seß.24.c.8. Decret.de Reform. Matrim. Vide & 25. cap.14.*

excommunicari, vt patet per Concil. Trident. Imò vero in foro conscientiæ, si Religiosus Concubinarius esset notorius facti, ita vt nulla tergiuersatione celari possit, suspensus est ab officio, Pœnitentia, Sacra vnctione, & Celebratione. *Can. Nullus. Can. Præter hæc.* *Dist.* 32. *Can. Vestra. Cap. Tua & Cap. Final de Cohab. Cler. Mul.* Hinc est quòd celebrando efficitur irregularis. *Anton & de Butr in Cap. Si celebrer. de cler. Excomm. mi.* Nec est absoluendus ab alio quam à Summo Pontifice. *Cap.1 de Sentent. Excommun. Lib 6.* In quam sententiam D. Antonin. citat Innocent. Ostien. & Archidiacon.

*Decret. Refor Concubinarium notorium facti. 3.par. Tit. 27. cap.3.*

*Quis sit notorius Concubinarius.*

Porro notorius Concubinarius is est, qui Concubinam publicè tenet, ac si vxor esset, & filios ex ea procreatos publicè nutrit, vel qui nulla tergiuersatione id negare potest, quia communiter scientibus & videntibus vicinis domum Concubinæ intrat, & in ea versatur frequenter, eam & eius filiam publicè alendo. Ita Ostien. & Ioannes Andreas, *Cap. De illo. De eo, qui cognouit Consang. vxo. sua.*

*Pœnitētiæ iniungendæ in luxuriā lapso.*

*Vicesimaquinta instructio.* Pœnitentiæ ob lapsus carnis iniungendæ Religioso sunt macerationes carnis, vt ieiunia, abstinentiæ, disciplina, cilicium, lectus stramineus, vel nuda humus, vigiliæ, somnus parcus, &c.

## *SPECVLVM LXVII.*

*In quo apparent Castitatis adminicula, & contra luxuriam remedia.*

*Vide eius explicationē apud D.Th.1.2. q.109. ar.6. ad 2. & Greg. à Valent. in 1.2. Dis.8.q.3.p.4*

*Verissima est Theologorum propositio; facienti quod in se est, Deus non denegat gratiam.* Et *Deus non deserit si non deseratur, vt pie semper, iustèque viuatur.*

prima

PRima instructio. Inprimis proderit Castitatis ipsius præstantiam intenta mentis acie perlustrare. Hanc ab ipsis Apostolorum temporibus, ita venerata est Antiquitas, vt reperti fuerint, qui matrimonio & legitimis nuptijs pene infensi videri possent. Imò verò ipsæ fidei lumine destitutæ Barbaræ gentes, hanc virtutem ita coluerunt, *vt ipse totius Orbis Imperator* (teste D. Hieronym.) *via cederet, siquando continentiam professa occurreret Vestalis virgo.* Hanc non certis sententijs, sed integris capitibus, & iustis voluminibus toti posteritati, tanquam rem Diuinam, & ad Angelorum statum, conditionemque accedentem probauerunt & mirè commendarunt sanctissimi, grauissimique Patres, Clemens Romanus, Tertullianus, Ignatius, Gregor. Nazian. Basilius, Athanasius, Gregor. Nyssen. Cyprianus, Chrysosto. Ambros. Augustinus, Cassianus, Fulgentius, Bernardus, quorum alij eam carne pene incorrupta & spirituali, etiam nunc, & antequam corpus resurgat spirituale, vestiri; alij eam Angelum de homine facere; alij cognatam Angelorum; alij sororem eorumdē dixere. Sed quid hominum hac in re testimonium accipimus? Commendauit eam miris modis Diuino suo exemplo Christus Dominus. De cœlo veniēs Virginei pudoris templū elegit, de Virginis vtero natus, matrē Virginē non sine admiratione conseruauit, hominis, id est Virginis, volui filius appellari, Virgineis manib. puer tractari. Virginitatē summo studio tota vita coluit, ad illā Discipulos suos incitauit. Hui⁹ gratia Ioannē Præcursorē, & alterū Euāgelistam sibi chariores habuisse perhibetur.

*D. Aug. Li. de natura & gratia. c. 26.*

*Excellentia Castitatis.*

*Contra Iouinianum.*

*Laus Castitatis.*

Mo

Moriturus denique matrem Virginem, non nisi discipulo Virgini, ipse Virgo de cruce studiosè commisit. Sed de eius præstātia hactenus pro instituti nostri ratione satis. Ad mercedem Continentibus promissam veniamus.

*Merces Castitatis.* *Secunda instructio.* Si nos ad se non allicit Castitatis ipsius præstantia, alliciat saltem eius merces amplissima. Ad cuius declarationem *Apoc. c. 14.* sufficere mihi videtur cum D. Cypriano, & Augustino locus Apocalypsis, qui sic habet. *Ecce agnus stabat* &c. Quo in loco dicuntur Virgines stetisse *supra montem*, & habuisse *nomen eius*, scilicet Agni, *& nomen Patris eius scriptum in frontibus suis*, & cæteris quasi insigniores. Cantasse etiam *Canticum nouum*, prerogatiuā alijs minimè concessam. Dicuntur *& empti de terra*, quasi à terra, & sordibus, atque carnali labe purgati, sequi *Agnum quocumque ierit* quasi aliquò vsque sequerentur alij, non tamen quocumque; quemadmodum floris illibati Pudicitiæ custodes. Magnum hoc præmium proponit Virginibus D. Basilius, *ex Ecclesiæ & aureæ doctrinæ Luscinia*, ex Nysseno. *Hæ* (inquit) *Virgines demum adducentur Regi, & adducentur non in vnum plebeium & vulgarem locum, sed in Templum Regis. Vasa namque Sacerdotalia, quæ humanus vsus non commaculauit, in Sancta sanctorum adducentur, & ad abdita accedendi potestatem habebunt, vbi contaminati pedes non ambulabunt.* Cyprianus Doctor suauissimus Augustino, in eandem sententiam sic loquitur. *Non hæc iubet Dominus* (loquitur de Castratis propter Regnum cœlorum) *sed hortatur, nec iugum necessitatis imponit; quando maneat voluntatis liberum arbitrium: sed cum habitationes*

*Greg. Nyssen. in vita Sancti Ephrem. Basil in Psalm. 44.*

*Cypria. Tract. de Habi. Virg.*

*Ioann. c. 14.*

*multas apud Patrem suum dicat, melioris habitaculi hospitia demonstrat. Habitacula ista vos petitis, carnis desideria castrantes; maioris gratiæ præmium in cœlestibus obtinetis.* Eadem multi alij insigniter docuerunt. Inter cæteros Chrysostomus (cui Damascenus, ab auro, quod ore quasi aurea eloquutus videatur, vult esse cognomen) in hunc modum loquitur. *Pijs Virginibus multa & maxima præsto erunt bona, & planè ea quæ non solum supra sunt oculorum, & aurium sensum, sed omnem hominum mentem, & cogitationem superant.* Et hæc de præmio, quo donabuntur in cœlesti patria Continentes. Quod si adeo rudes vel lapidei sumus, vt hæc corda nostra ad Castitatis amplexum non moueant, mouere nos saltem debet vel renitentes votum, quod non inuiti, sed spontè emisimus. An nescimus quod (ex Apostolo) *damnationem habent qui primam Castitatis fidem irritam fecerunt?*

*Damasc. Ser. de Defunctis.*
*Chrysost. li. de Virgin. c. 12. Tom. 5.*
*1. Ad Tim 5.*

*Tertia instructio.* Religiosus vt diligens sit Castitatis suæ custos, debet à verbis lasciuis abstinere: *Nam lingua impudica, præterquam quod est maximo auditoribus scandalo* (vt bene quodam loco Epictetus Philosophus) *fomentum est concupiscentiæ: & vt freno circumagitur equus, vt clauo nauis, ita sermone lasciuo ducitur animus ad libidinem.* Qui igitur castus esse desiderat, linguam ad impudica diffluere non permittat. Nec solum Castitati insidiatur lingua luxuriosa, sed etiam animi luxuriosi præbet indicia: *ex abundantia enim cordis, os loquitur.* Et vt in vino non ante lingua titubat, quam mens cessit oneri; sic in luxuria accidit, vix enim lingua luxuriat, antequam mẽs

*Remedia cõtra Luxuriam.*
*Abstinendũ à verbis lasciuis*
*Lingua impudica libidinis in cordè residẽtis est nuncia.*
*Luc. c. 6.*

tenta

tentationi fuccubuerit. Ex voce cognofcimus hominem, facie non confpecta; nam fua cuique vox; & Protogenes pictor Apellem ex vnica linea cognouit, nunquam alioqui visum, & ex vngula leonem coniectamus: fic hominem lubricum loquela omnibus manifeftum facit. Quamobrem quoties nos Religiofi verba impudica confabulationibus mifcemus; toties impudicitiam noftram Secularibus prodimus. Quod eis certè magno eft fcandalo, dum Sacerdotum ora, quæ Chrifti Domini corpus myfticis verbis conficiunt, ad tam turpia deuolui confpiciunt. Et certè turpiffimum illud eft, imò impudentiffimum. Quid (quæfo) turpius, & (vt dicam quod fentio) quid prodigio tam fimile, quàm Sacerdotem, quam Religiofum, & eum qui cuculla, totoque corporis habitu Caftitatem loquitur, obfcæno verborum tinnitu confabulantium aures oblectare? Vnde obfecro paruus globus, à paruo igne erumpente tranfmiffus, tantas moles euertit, nifi vt intelligamus turpiloquium, etfi leue, ab impuro homine transfufum, animas vel robuftiffimas, fi non quatere, faltem concutere poffe?

*Ex Plinio naturalis hift. li. 35. c. 10.*

*Turpiloquium eft prodigium in Religiofo.*

*Quarta inftructio* Debet Religiofus Caftitatis amator cogitationes lafciuientes ftatim, vt fe ingerunt, fuffocare. Credite Caftitatis amatoribus, Fratres, nullum eft ad Caftitatem tuendam efficacius propugnaculum, nulla arma fortiora, quam paruulos Babylonis ad petram allidere, id eft, nafcentes libidinis cogitationes quam citiffime refecare. An nefcitis quod morborum principijs obftare & tutiffimum, & facillimum? Difficile maximè eft fenefcentem luxuriæ morbum curare.

*Oportet paruulos allidere ad petram.*

*Pfal. 136.*

*Principijs obsta. Serò Medicina paratur,*
*Cum mala per longas inualuere moras.*

t ne pręter iam tritum ore Prouerbium.

*Turpius eijcitur, quàm non admittitur hospes,*
*Et neglecta solent incendia sumere vires.*

Ovid. li. 1. de Remed. Amo. Idem lib. 5. de Tristib.

Sed facillimum est puerascentem hunc pru itum vix dum cunis expositum extinguere. Non sic Exorcismis fugatur Dæmon, quam sub- tis cogitationum nascentium amputationi bus. Sicut namque canis, cum assueuerit in ma- ello ossa rodere, non recedit à consuetudine, isi clausum aliquoties macellum inuenerit: ic Dæmon, vt mentis nostræ valuas aliquoties occlusas suis nouellis suggestionibus reperit, ratus abscedit.

Similitudo.

*Quinta instructio.* Pronos ad libidinem artus eiunijs coercere debet: esurientibus enim a- mara est Venus. Contrà nihil sic libidinem ac- cendit, quam cibus nimius, vel vini potus as- siduus; concupiscentiæ carnis fert suppetias, & arma ministrat, qui corpus cibis, vel vino replet. *An ignoras* (inquit Basil.) *quòd perinde atque in acie hinc atque hinc instructa ad conflictum, qui alteri parti fert suppetias facit vt alter vincatur: ita qui carni se adiungit, expugnat spiritum, & qui stat à spiritu, carnem in seruitutem redigit? Proin- de si mentem validam reddere cupimus, carnem ieiunio domare debemus. Quemadmodum enim* (vt ait idem Basil.) *vermes qui in puerorum inte stinis germinant, pharmacis quibusdam vehemen ter acribus, & amaris excutiuntur; ita luxu- riam in intimis recessibus latentem extinguit, e- uocatque simul atque in animam superuene- rit ieiunium; ob hoc ipsum suo dignum no-*

Opus est ieiunijs ad coercẽdam libidinẽ.

Similitudo

Homil. 1. de Ieiunio.

Similitudo.

Homil. 2 de Ieiunio.

*mine, quod media purget anima viscera. Quare leuius periculum & opprobrium est militi si Rhipsaspis appelletur, quòd in acie clypeum abiecerit, quam Religioso, si magnam illam armaturam ieiunium videatur deposuisse.* Nam, vt est e Chrysostomo, *Sicut miles si gestarit arma sese grauantia non est terrori hostibus, qui sciunt armaturæ grauitatem pedum velocitati & bellandi vsui obesse; sin leuia acceperit & tractabilia, sicut auis aliqua obuium se feret hostibus: sic & qui carnem suam, non ebrietate, neque indulgentia, neque delitiis incrassarit, sed ieiuniis & precibus, diuturnaque afflictionum sustinentia, leuiorem & tenuiorem effecerit, sicut volucris aliqua supernè deuolans ita valido impetu in phalanges dæmonū irruit, & occurrentes virtutes facilè inuadit, sibique subijcit.* Nam (vt ait Climacus) *exsiccatum lutum iam porcis vsui esse non potest, vt in ibi se volutent; ita & caro per abstinentiam marcida effecta. Dæmonibus vltra non præbebit in se quiescendi locum. Vt oleum* (inquit idem Climac.) *mare inuitum etiam tranquillum facit, ita & ieiunium nolentia quoque & reluctantia incentiua corporis extinguit.* Hoc est quod volebat significare Crates Thebanus, dum optimum veneris cataplasma esse famem dicebat. Quare nūquam ver nautis & agricolis tam iucundum esse debet, quam nobis Castitatem professis iucundi esse debent ieiuniorum dies; spirituale animarum ver, & fidissima tranquillitas animarum. Nam (vt inquit Chrysost.) *Agricolis ver idcirco iucundum est quia delectat aspicere tunc depictam floribus terram, & variis frondibus virgulta comantia. Nautis verò acceptum est ver, quòd dorsum maris deductis nauibus tutò liceb[at] ascende*

Similitudo.

Homil. de resurrect.

Similitudo. De Discreti. Gradu. 26.

Iucundi esse debent dies ieiuniorum Religiosis.

Similitudo. Ser. de ieiunio & lectio. Gene

*ascendere, nec vndarum pericula formidare* No bis autem iucundum esse debet ieiuniorũ ver' quod tunc non vndarum, sed cogitationum, & concupiscentiarum carnis fluctus ac turbines mitigantur; & coronæ nobis non florum, sed spiritualium gratiarum parantur. Econtra si Hieronymo credimus, *venter plenus facilè despumat in libidinẽ*. Non enim potest fieri, vt pulmones aerem, quem attraxerunt non respirent: sic non potest aliter esse, quin corpus eas seminis superfluitates emittat, quas nimis vel edendo, vel bibendo assumpsit; & quemadmodum calidi halitus terrę intercepti, huc illuc feruntur inquieti, exitum tentantes, donec tandem vi facta erumpant; sic humores superflui, quos luxuriæ crapula pepererit, mirum quam importunè egressum moliantur. Bene id aduertit Climacus dum ait, *quod qui ventri deditus spiritum scortationis superare conatur, similis est ei qui incendium parat olei effusione extinguere.* Hinc est quod Religiosus modico cibo, vinoq; vti, ad rugientis stomachi solatium & non ad ventris opplementum, debet. *Nam* (teste eodem Climaco) *vt apud eos qui in mundo sunt radix omnium malorum est Auaritia: ita apud Monachos gula concupiscentia* Quare sic Eustochium suam hortatur gloriosus Hieronymus. *Hoc obtestor, sponsa Christi vinum fugiat pro veneno. Hæc aduersus adolescentiam prima arma sunt Dæmonũ; vinũ & adolescentia, duplex incendium voluptatis. Quid oleum flammæ adijcimus? Quid ardenti corpusculo fomenta ignium ministramus?*

*In Epi. ad tit. Venter plenus non solet esse castus.*

*Similitudo.*

*Similitudo.*

*Loco alibi cit.*

*Gradu. 26.*

*Epist. ad eam scripta de Custodia Virginitatis.*

*Sexta instructio.* Religiosus, corpus contra lasciuiam, vigilijs, strati duritia, asperitate vestitus, similibusque austeritatibus pręmunire debet.

*Vigiliæ, strati duritia, & asperitas vest*

debet. *Maxime necessarium est* (inquit quodam loco D. Chrysost.) *vt qui Deo placere, probusque & castus esse nititur, vitam degat non supinã, mollem, & dissolutam sed laboriosam multisque sudoribus plenam.* Bene monet Religiosum Ethnicus Epictetus, his verbis, *Elige potius castigare affectus, quam propter illos castigari.* Hoc consilium sequuti sunt (teste Sabell.) *Euagrius Presbyter, qui hybernas noctes in puteis egit, vt omni affectu libidinis suum corpus vindicaret. Bernardus Abbas in lacu: Auimmarus Tamonensis Antistes in vepribus volutatus est:* Franciscus *Assisias in hybernis niuibus deliciatus. Tanta hominibus sanæ mentis fuit Castitatis cura; tantum incestæ voluptatis odium.* Quod si tantę perfectionis viri, & qui penè primum sanctitatis apicem in Ecclesia tenuerunt, tantis corpus diuexarunt austeritatibus, quid nos oportet facere?

*tus valent plurimũ contra lasciuiam.*

*Euagrij mortificatio & aliorum plurim. Lib. 5. Exemplorum.*

*Septima instructio* Religiosus vbi carnis illecebris pungitur, debet ad orationem confugere. *Nisi enim* (inquit quodam loco Climacus) *Dominus domũ carnis deleuerit, domumq; animæ ædificauerit, frustra quispiam hanc ieiunando solum, ac vigilando destruere nititur. Offer ante oculos Domini carnis naturalem infirmitatem, tuã humiliter imbecillitatem agnoscẽs, prorsusque suscipies in intimis Castitatis domum.* Duo enim nobis pro Castitate laborantibus largitur Oratio. Primum largitur robur ad resistendũ tentationi. *Prope enim est Dominus omnibus inuocãtibus eũ.* Et, *fidelis est Deus qui nõ patietur vos tentari supra id quod potestis.* Potens est, fateor, caro nostra, potentior Sathan, cum nõ sit *potestas super terram, quæ comparetur ei*: sed multò potentior Deus, cui nomen Omnipotens, si ex intimis cordis penetralibus inuocetur. Docebit manus

*Oratio optimũ contra lasciuiã remedium.*

*Duo largitur Oratio.*

*Psal. 144.*

*1. Corinth. 10*

*Iob. 41.*

ordis nostri ad prælium, & digitos voluntatis nostræ ad bellum. *Inuoca me* (inquit) *in die tribulationis; eruam te, & honorificabis me.* Hoc auxilium sibi adfore confidebat Dauid dicens: *Quoniam in te eripiar à tentatione, & in Deo meo transgrediar murum*, id est omne virtutum obstaculum (Deo dante) superabo. Respiciamus & nos, quando tentationum lasciuarum morsibus impedimur; *quia nullus sperauit in Domino & confusus est. Et quis inuocauit eum & despexit illum?* Secundò, Oratio largitur inter angustias carnis solatium. *Omnes qui arduas operum subleuant, & solantur angustias* (inquit Chrysost.) *probant ad solatium laboris, datam nobis naturaliter cantilenam. Hinc nautæ cantu superant marina discrimina. Hinc immensa pondera adducunt leuamine canticorum. Hinc virentes colles arduos facit transcendere vox sonora. Hinc præliatores ipsos præcedens cantus subire concitat amara bellorum certamina. Sic orationis vox nos inter impudicarum tentationum iacula recreabit, & carnis stimulos cælestis temperabit symphonia.* *Itaque* (inquit Carthusianus) *dum Sacerdos vel Clericus, seu quicumque verè fidelis sentit se impugnari, tentari, stimulisque libidinis inquietari, accendi, vrgeri;* Deum *mox inuocet, pectus tundat, cruce se signet. Imò, si potest, ad locum pergat secretum, seque coram* Deo *in terram prosternat, & Deum fidelissimè inuocet, ac feruenter: & tunc vtique fœliciter in se experietur, quod Paulus promisit: Deus conteret Sathanam sub pedibus vestris velociter.* Quod idem sanctus Iacobus Apostolus dixit. *Resistite* Diabolo *& fugiet à vobis.* Hoc nempe & ipse saluator docuit. *Vigilate & orate ne intretis in tentationē*, idest, ne a tentatione vincamini. Itaque in omni causa, & necessi-

Psal. 143.
Psal. 49.
Psal. 17.
Ecclesiastici Cap. 2.
Serm. 8. de Ieiunio & eleemosyna.
Similitudo.
Lib. de vita Canat.
Ad Rom. c. 16
Cap. 4. suæ Epist.
Matt. 26. Cap.

sitate, in omni tentatione, & persecutione carnali assuescat homo clypeum orationis assumere. Sic Apostolus monet. *Accipite armaturã Dei, vt possitis resistere in die malo*. Hanc armaturam orationis accepit sanctus Christophorus martyr, vt luxuriæ stimulos superaret. Testis est Marulus, quòd *tantum martyrem (qui mundi opificem in humeris gestare meruit, cui ducenti milites manum inijcere non ausi sunt, quo viso Ammonitarum Rex est territus) vicissent fœminæ nisi ille repente ad orationis arma confugisset. Victus, & in carcere positus, dũ illum duæ insignis impudicitiæ sorores Niceta & Aquilina ad hoc à Rege missæ, vt turpi voluptate delinitum à Christo auerterent, complexu, osculis, alloquiis oppugnare cœpissent, sensit in tali certamine suam haud sibi sufficere virtutem, & Deum inuocauit. Eo orante carcer illuxit. subitus perstrinxit oculos fulgor, mulieres pauidæ in terram corruunt, mortem sibi timentes, quæ mortem intentauerant viro: sed tandem ab eo, spe veniæ, recreatæ, Christo crediderunt, dumque ipsum palam confiterentur, tyranni gladium immotis iugulis excepere. Tantum itaque valuit casti cordis deprecatio, vt Christophorus & periculum euaderet, & quas pudicitiæ oppugnatrices habuerat, socias haberet martyrij.*

*Ad Eph. c. 6.*

*S. Christophorus.*

*Li 4. cap. 7. ex Sur. tom. 4*

*Arma S. Christophori ad fugandam Luxuriam.*

*Octaua instructio.* Religiosus libidinis iaculis impetitus, debet omnes cogitationis neruos ad mortis temporalis, & ęternæ recordationem conuertere. Dum ergo animaduertit se libidinosè moueri, statim in memoriã reuocet, quanto rubore suffunderetur, cùm in conspectu tam Angelorum, quam hominum, hæc, ni ei acrius & ocyus resistat, publicabitur spurcitia. Quo tempore exsibilabunt Angeli Religio-

*Recordatio mortis tẽporalis & æternæ ...ales ad vitã ...am Luxuriã.*

sum

ſum, qui cum per profeſſionem Caſtitatis ſe feciſſet Angelis parem, ſui promiſſi immemor poſt profeſſionem, per luxuriæ immunditiam, ſe reddideris ipſis porcis fœtidiorem.

*Nona instructio.* Religioſus libidinum facibus accenſus, ſibi obijcere debet Dominicæ paſſionis acerbiſſimas pœnas. Valet enim plurimum hæc conſideratio contra morſus venereos. In cuius rei figuram Deus Moyſen iuſſit erigere ſerpentem æneum in deſerto, cuius intuitu à ſerpentibus vulnerati ſanarentur: ſic Religioſi venereis tentationum telis ſauciati Chriſtum cruci affixum diligenter intuentes, curantur. Quoties igitur venereis flammis animas noſtras adurentibus cruciamur, nobis ob oculos cordis ponamus, qualia vnigenitus Dei Filius pro nobis perpeſſus eſt, quomodo captus, quomodo ligatus, quomodo aſperſus, quomodo illuſus, quomodo alapis & flagellis cæſus, quomodo ſpinis coronatus, quomodo cruci inter latrones affixus, & in ea mortuus fuerit. Et hac meditatione facta à nobis quæremus; decètne viliſſimos & abiectiſſimos peccatores, quales ſumus nos, carnalibus delectationibus ſatiari, cum Dominus tanta pro nobis paſſus ſit in laborioſo hoc mari?

*Paßionis Christi recordatio ad id etiam plurimũ valet*

*Decima instructio.* Valet ad fugandas libidinis illecebras Diuinæ præſentiæ perſuaſio. Si enim pudet nos coram viliſſimo homine hoc turpitudinis vitium committere; nonne pudere nos debet coram ipſo puritatis omnis fonte Deo, contra eius præceptum & promiſſum noſtrum illas fœtidi ſceleris ſordes contrahere? Deus eſt vbique. Si vbique; ergo apud nos. Si apud nos; qua illum reuerentia fraudamus, dum

*Diuinæ præſentiæ perſuaſio fugat Luxuriam.*

membra noſtra, quæ ipſius ſunt, fœdiſſimo hoc vitij luto deturpamus? Magna certè no bis [illegible] omnino libido, niſi in oculis Domini, expleri queat. Quare ſapienter Pſalmographus. *Prouidebam* (inquit) *Dominum in conſpectu meo ſemper, quoniam à dextris eſt mihi, ne commouear.* Xenophon nobilis author ſcriptum reliquit, ipſos Lacones diſpuduiſſe, ſi quanto ſpuendi neceſſitas coram alijs incidiſſet, quanto magis ſi quid indecorum, ijſdem præſentibus, ac virtuti contrarium acturi fuiſſent?

*Pſalm. 15.*

*Lectio ſcripturæ Sacræ fugat luxuriam.*

*Epiſt. ad Ruſt. in qua ei formam viuendi præſcribit.*

*Vndecima inſtructio.* Iuuat Religioſum ne corruat, vel ſi corruit, vt reſurgat, frequens Sacræ paginæ, & librorum ſpiritualium lectio. *Ama* (inquit D. Hierony.) *ſtudia Scripturarum, & carnis vitia non amabis. Legenti tibi ſomnus ſubrepat, & cadentem te liber ſuſcipiat.* Nam frequenti huiuſmodi librorum lectione, in virtutibus lętari, & in peccatis contriſtari Religioſus diſcit.

*Arma contra luxuriam.*

*Duodecima inſtructio.* In tempore tentationis carnalis (vt paucis verbis multa complectar) ſummum nobis adiutorium præſtabit cilicium, & cinis, totiſque noctibus ſtatio immobilis, panis deſiderium, ardens lingua, modiceque irrorata, ſepulchrorum habitatio, atque ante omnia humilitas cordis; & ſi fieri poteſt, Pater ſpiritualis aut Frater ſollicitus, canuſque ſenſu, ad auxilium adhibeatur. Miror enim ſi quiſpiam ſolus ex huiuſmodi pelago nauem ſeruare integram poſſit. Quo pacto ſui corporis ratem ſeruauerit integram, inter æſtuantes luxuriæ fluctus ipſe glorioſus Hierony. audiamus. *O quoties* (inquit) *in eremo conſtitutus, & in*

*[Ep]iſt. ad Euſtochium de [cuſt]. Virginit.*

illa

*illa vasta atque horrenda eremi solitudine (quæ exusta solis ardoribus, horridum Monachis præbet spectaculum) putabam me Romanis interesse delitijs. Sedebam solus, quia amaritudine repletus eram. Horrebant sacco membra deformia, & squalida cutis situm AEthiopicæ carnis obduxerat. Quotidie lachrymæ, quotidie gemitus, & si quando repugnantem somnus imminens oppressisset, nuda humo vix hærentia ossa collidebam. De cibo verò & potu taceo. cum etiam languentes Monachi aqua frigida vtantur, & coctum aliquid comedisse luxuria sit. Ille igitur ego, qui ob gehennæ metum, tali me carceri damnaueram scorpionum tãtùm socius, & ferarum, sæpe choris intereram puellarũ. Pallebant ora ieiunijs: & mens desiderijs æstuabat. In frigido corpore, & ante hominem sua iam carne præmortuum sola libidinum incendia bulliebant. Itaque omni auxilio destitutus, ad Iesu iacebam pedes, rigabam lacbrymis, crine tergebam: & repugnantem carnem hebdomadarum inedia subiugabam.* & paulò post. *Memini me clamantem, diem crebrò iunxisse cum nocte nec priùs à pectoris cessasse verberibus quam rediret Domino imperante tranquillitas.* Et mox. *Si hoc patiuntur illi, qui exeso corpore, solis cogitationibus oppugnantur; quid patitur puella, quæ delicijs fruitur? Nempe illud Apostoli, viuens mortua est.*

*Lucta D. Hieron. contra Luxuriam.*

*1. Ad Tim. 5.*

*Decimatertia instructio.* Quantum autem ad superandas carnis illecebras spiritualis Pater prosit, idẽ nobis (proposito exẽplo) patefacit Hieronymus. *Græcus (inquit) adolescens erat in Cœnobio, qui nulla continentia, nulla operis magnitudine flammã potuit carnis extinguere. Hũc periclitãtẽ pater Mõasterij hac arte seruauit. Imperat*

*Spiritualis Pater plurimum valet ad fugandam Luxuriam.*

*cuidam viro graui, vt iurgijs ac conuitijs insectaretur hominem; & post irrogatam iniuriam, primus veniret ad querimoniam. Vocati testes, pro eo loquebantur, qui contumeliam fecerat. Flere ille contra mendacium. Nullus alius credere veritati. Solus pater callidè opponere defensionem suam, ne abundantiori tristitia absorberetur Frater. Quid multa? Ita annus transactus est. Quo expleto, interrogatus adolescens super cogitationibus pristinis, an adhuc aliquid molestiæ sustineret: Papæ* (inquit) *viuere mihi non licet, & fornicari libeat? Hic si solus fuisset, quo adiutore superasset?* Proderit etiam magnopere sponte suscepta flagellatio. *Et ante omnia* (Ex Cassiano) *humilitas vera, sine qua nullius penitus vitij poterit vnquam triumphus acquiri.*

*Prodest etiã sponte, suscepta flagellatio.*

*Lib. 6. de Spiritu fornicat. cap. 6.*

*Decimaquinta instructio.* Denique otij & mulierum fuga, nec non lachrymarum perfusio ad Castitatem inposterum seruandam maximo erunt adminiculo. De otij fuga superius; nunc verò de mulierum fuga, & lacrimarum profusione sequentibus aliquot Speculis agemus.

## *SPECVLVM LXIX.*

*In quo ostenditur, quod mulieribus claudenda sint Claustra.*

*D. Greg. lib. 3. Dial. ca. 7. Vide Ambr. li. de Apolog. Dauid. c. 4. & 5.*

*Qui corpus suum continentiæ dedicant, habitare cum fœminis non præsumant; ne ruina mentem tantò repentina surripiat, quantò ad hoc quòd malè concupiscitur, etiam præsentia corruptæ formæ famulatur.*

PRima *Instructio*. Inter ea, quæ Statui nostro maximè repugnant, non vltimum tenet locum mulierum conuersatio; tum quòd maximè id insidietur Castitati; tum quòd id *Sacrorum* Canonum ordinationi repugnet. Quod mulierum conuersatio sit valde periculosa, & insidijs plena, testatur veteris Testamenti pagina *Vinum & mulieres apostatare faciunt Sapientes*. Huius rei nobis ipsemet Sapiens Salomon, Dauid, & Samson exemplo esse possunt. Testabuntur hi, quod sicut papilio iuxta candelam volitans tandem comburitur; sic homo iuxta mulierem sedendo, vel colloquendo, flammis concupiscentiæ tandem concrematur. Hoc aduertens gloriosus Hieronymus, Religiosum ita hortatur. *Hospitiolum tuum mulierum pedes nunquam terant*. & alibi. *Si videris mulierem bene conuersantem, mente dilige, non corporali frequentia: quia securum non est fœno & stupa iuxta ignem esse.* Hinc alicubi etiam D. Bernardus ait. *Cum muliere semper esse, & eam non cognoscere, maius est, quam mortuum suscitare. Et si quod minus est non potes, quomodo quod maius est credam?* Terra bona est in se, & aqua bona & munda; tamen si simul apponantur, faciunt lutum, & se inuicem polluunt: sic est de viro & muliere, quantumuis bonis & castis. Norunt omnes, quomodo Paradisi colonum de possessione sua mulier eiecerit; nec fortè ignorant, quod D. Gregor. Neocæsariensis testatum reliquit. *Expertus sum* (inquit) *mulierem esse quandam mollem terram, vel aliud tale quid: cor enim ipsius quasi sagena prætereuntes concludit.*

*Eccles. 19.*
*Similitudo.*
*In Nepotiano Epist. ad eum scripta, & Epi ad Oceanũ, vt cit. Dist. 32. Can. Hospitiolũ. in edit. vl. Paris.*
*Periculosa mulierum conuersatio.*
*In Eccles.*

*dit. Quod si manu contingat, tenet; sin amplexetur vinculis trahit.* Quod cum ita sit, demirari no possum Prælatorum quorumdam incuriam, & negligentes vigilias super gregem, apud quos parent Claustra fœminis, non minus, quam viris. imò plerumque plures videas mulieres Claustrorum marmora terere, quam viros. Dicam amplius, cum dolore tamen. In Dormitorio, si non dormire, lectos tamen delicatulorum sternere sine vllo solent scrupulo; in Coquina dapes apparare; apparatas cubiculo vel Refectorio inferre, imò & conuiuantibus, vt inseruiant permittere, non erubescunt. Apud omnes id non fieri scio: scio tamen a plerisque id probro non dari. Id sciunt Prælati, vident, audiunt, patiuntur, & non impediunt, aut prohibent; quasi Subditorum salutis nulla cura teneantur, quasi ex ista lue periculum, velut Angelis, nullum crearetur.

Reprehenduntur Prælati Claustra mulieribus aperientes.

*Secunda instructio.* An nesciunt, quod sicuti de carbonibus scintillæ dissiliunt, de ferro rubigo nutritur, morbos aspides sibilant: sic mulier fundit concupiscentiæ pestilentiam? Testis est Sapientissimus filius Sirach. *De vestimentis procedit tinea, & à muliere iniquitas viri.* Nec verò sanctum Basilium periculi istius magnitudo fugit his verbis nos admonentem. *Sicut secretissimo naturæ instinctu in magnete lapide nouimus non ipsum ad ferrum duci, sed ad se potius ferrum attrahere: ita & fœmineum corpus aduersus masculinum ineffabilem accepit vim, per quam fermè dixerim, ignorante anima quæ in ipso est, viri corpus vltrò ad concubitum pertrahit.* Audiamus Athletam illum fortissimum Hieronymum, qui hoc bellum expertus hostem lasciuientem lapidibus pectori fortiter illisis,

Eccl. c. 42.

Lib. de vera Virginit. ad Letoium Meliten. Episc. Mulier attrahit ad se virũ non minus quã magnes ferrũ.

-iuniorum & abſtinentiarũ telis ægrè tandem trofl gauit. *Alligabit quis* (inquit) *in ſinu ſuo ignem, & non comburet? Aut ambulabit ſuper carbones ignis, & non ardebit? Quomodo igitur qui ignem tetigerit ſtatim aduritur: ita viri tactus & fœmina ſentit naturam ſuam, & diuerſitatem ſæpius intelligit.* Quare ſi cupimus vitare huiuſmodi vulnera, vitemus mulierum conſortia, & vt à noſtris exulent Monaſterijs, quantum conniti poſſumus, allaboremus. S. Diabolum è Clauſtris deturbare non poſſumus, ſaltem eius arma, quæ ſunt mulieres, à nobis procul faciamus. Ad ignem potius ardentem, quam ad mulierem accedendum Religioſo cenſuerunt Maiores noſtri; nam ſi ad ignem acceſſerimus, dolore affecti reſiliemus, at ſi fœminę verbis incẽſi fuerimus, haud ita facilè recedemus. *Florent olera prope aquam ſata; & libidinis ſemina mulierum familiaritate excitantur. Mulierum aſpectus ſagitta veneno illita quæ ferit animum, & venenum immittit, & quò diutius manet, eò magis vulnus cõputreſcit.* Vnde Arſenius Abbas matronæ cupienti ſe, quadã deuotione videre, ait: *Neſcis quia mulier es & per mulieres ſeducũtur perfecti viri? Nunquid ſufficit tibi audiſſe opera mea?* At illa. *Nolo* (inquit) *videre faciẽ tuã: ſed ora pro me.* Et ille. *Oro* (inquit) *Deũ, vt deleatur memoria tui de corde meo. Illa verò ingemiſcẽs receſſit*

Similitudo.
Lib. ... conuiuinum.
Similitudo.
Similitudo.
Nilus orat. aduerſus vitia
Facinus Arſenij Abbatis ex vitis Patrum.

*Tertia inſtructio.* Pior Abbas Antonij Abbatis diſcipulus, adeo fœminas aſpicere formidabat, vt nec ſororem viduam, valetudineque affectã videre vellet. cũ enim ab ea accuſaretur dicẽte, ſi ipsũ vidiſſet, tã ſibi gratũ fore, vt inde ſanitatẽ ſe recuperaturã ſperaret, ire omnino recuſabat. Mox tandẽ, Abbate iubente, profectus eſt, & ſororis cubiculum, oculis clauſis, alterius

Marul. li. 4. c. 7. ex Palladij Hiſt. c. 87.
Pioris Abbatis exemplum.

ductu ingressus, se quidem illi videndum præbuit; sed illam ipse minimè vidit, nec ab ea cognitus abijt. Cumque [illegible]taretur, Et fui tecum (inquit) & vidisti, me. Sic ille excogitauit quemadmodum & abbati morem gereret, & sororem præsentem non conspiceret; ob hoc solum, ne à proposito discederet, & illibatum castitatis florem mordicus retineret. Sciebat nimirum quod vbi diuersus sexus est, diuersarum cogitationum pugnas incidere necesse sit.

*S. Martini factum.*

*Ibidē & ex Seuero Sulp. in vita S. Mart. & Greg. Turo. de gloria Confessorum.*

*Quarta instructio.* Propterea, teste Marulo, Vir ille Apostolicus Martinus Turonensis, cum virginem quādam vitæ sanctitate percelebrem inuisere vellet, & illa aditu negato, & excusando dixisset, *Mi pater sancte, ora pro me, quia à viro nunquam sum visitata*: gratias egisse Deo fertur, quod illa talibus imbuta moribus, castam custodiret voluntatem; & benedictionem impertiens abijsse lætus.

*D. Augustini responsum de non videndis fœminis.*

*Ex Posid. in eius vita, & Dist. 81. Can. Legitur.*

*Quinta instructio.* Eandem ob causam rogatus sanctissimus pater Augustinus, quid esset, quod nollet cum sorore habitare: ita occurrisse fertur. *Quia non sunt mihi sorores quæ cum sorore mea versantur. Enimuero malum est videre fœminam, peius alloqui, pessimum attingere.* D. Greg. idem referens B. August. respōsum, subiungit. *Docti ergo viri cautela, magna nobis debet esse instructio; nam incautæ præsumptionis est, quod fortis pauet, minùs validum non timere.*

*Li. 7. Epist. Epist. 39.*

*S. Vrsini exēplū, & amor Castitatis.*

*Sexta instructio.* Est & Vrsini Nursiæ, Presbyteri vox memorabilis. Duxit hic aliquando vxorem; cæterum Sacerdos factus, ita eam dimisit, vt nulla de causa ad aspectum mutuum admitteret. Quadraginta verò post annos cum

ii oib

orbo afflictatus, defuncto similis videretur; ę olim coniux fuerat, aurem ad iacentis na-m leuiter admouit, exploratura an adhuc vi-ret. Mirabile dictu: Scintilla quædam vita-spiritus, quæ in moribundo corpore erat, se in vocem collegit. Ac facesse hinc mulier nquit) nondum penitus extinctus est ignis. olle paleam, Ac cum his animam efflauit. Quod si is qui robusto corpore, quadraginta an-orum decursu castitatem seruauerat, iam mo-bundus, & in extremo spiritu, mulierem sibi desse timebat, quod caloris perexiguum ali-uid adhuc in corpore superesset; quantum os mulierum societatem vitare debemus, qui aloris natiui, & aduentitij ardore æstuamus?

*Marul ibidem & Sabellic. l 5. Exemplorũ qui hoc desum serũt exemplũ ex l. 4. Dial. c. 11. B. Greg.*

*Septima instructio.* Non sunt alijs similia vi-ia carnis. Alijs non ægrè adeo itur obuiam ortiter pugnando; carnis vitia non supera-nus, nisi celeri fuga nos ipsos proripiendo. Sa-ienter igitur animaduertit D. Augustinus, quod Apostolus Paulus, cæteris quidem vitijs esistendum, fornicationem autem fugiendam, & hanc fugam non modo non turpem esse, sed etiam maxime laudabilem exemplo castissimi oseph ostendit, qui etiam relicto pallio, fuga ibi consuluit. Quin & nos ipsi, nobis tandem consulentes, consilium Sapientis constanter amplectamur? *Virginem ne conspicias, ne fortè scandalizeris in decore illius.* An non Dauidis aliàs calamitatem aduertistis, qui vno oculo-rum coniectu, tantus vir secundum cor Dei, tantus Rex, & vates inescatus, huius periculi in seipso reliquit posteris monumentum? *Et ideo* (inquit Augustinus) *nemo se falsa securitate decipiat, nemo de suis viribus periculosè præsu-*

*Vitia carnis superantur fugiendo.*

*mat*

Contra vitia carnis oportet Thraces imitari.

Lib. de Singularitate Clericorum, si tamen eius est.

*mat: sed audiat Apostolum dicentem, fugite fornicationem.* Pugnabat Thraces dum fugiebant: sic nos maximè pro Castitatis custodia pugnabimus, dum Castitatis hostem fœminam fugiemus. *Grauem enim inimicum* (inquit idem sanctissimus Pater) *sortita est castitas: cui non solū resistendum, sed dimisso freno longius fugiendum. Nec eo minus fœminæ fugiendæ sunt, quia Religiosæ videntur; quia quanto Religiosiores, tanto citiùs alliciunt, & sub prætextu pietatis latet viscus libidinis. Experto crede, expertus loquor; coram Deo non mentior. Cedros Libani, duces gregum sub hac peste cecidisse reperi, de quorum casu non magis suspicabar, quam de Ambrosij, vel Hieronymi impudica turpitudine.*

Epist. ad eundem ipsum, de vita Clericorum & Sacerdotum.

*Octaua instructio.* Hinc est quod suum Nepotianum sic hortetur Hieronymus. *Omnes puellas & virgines Christi, aut æqualiter ignora, aut æqualiter dilige. Ne sub eodem lecto mansites, vel in præterita Castitate confidas. Neque enim sanctior Dauide, nec Samsone fortior, neque Salomone potes esse sapientior. Memento semper, quòd Paradisi colonum de possessione sua mulier eiecerit.* Et interius. *Solus cum sola secretò & absque arbitro & teste non sedeas. Caueto omnes suspiciones: quicquid probabiliter fingi potest, ne fingatur, ante deuita. Crebra munuscula, & sudariola, & fasciolas & degustatos cibos, & blandas dulcesque litterulas sanctus amor non habet.*

*Nona instructio.* Hoc aduerterunt veterum Conciliorum Patres, Niceni *Cap.* 1. Arelaten. *Cap.* 4. Turonen. *Can.* 2. 8. 10. & 11. Moguntini *Cap.* 20. Item sancti Pontifices Clemens, & Gregorius, qui propterea decreuerunt, *vt cœ*

*libes*

*es nullam prorsus mulierem sed vel solam Ma em. Sororem, Amitam, aut Castissimam anum domum admittant.* Si hæc vniuerlis Sacerdo. ous, & cæteris altari proximè ministrantibus x data est, quanto magis Religiosis, qui ad ccasiones peccati vitandas sese hominum cœ bus subtraxerunt, Monasteriorumque cellu s abdiderunt? Pugnant omnes, quotquot hac lachrymarum valle vitam degunt. *Militia e-im est vita hominis super terram*: sed potissi-num Religionis Monasticæ cultores. Singu-are illis duellum est cum antiquo humani generis hoste; non est quod victoriæ quærant npedimenta. Summum Religioso impe imentum est mulier. Præclarum huius rei estimonium apud Seuerum Sulpitium San-tus Martinus edidit. Miles (inquit) *quidam ingulum in Ecclesia, Monachum professus abiece-at: cellulam sibi eminus in remoto, quasi eremita icturus erexerat. Interea astutus inimicus varijs ogitationibus brutū pectus agitabat, vt coniugem, quam Martinus in Monasterio puellarū esse præce-erat, voluntate mutata secum potius vellet habi-are. Adijt ergo Martinum fortis Eremita: quid haberet animi, confitetur. Ille vero vehemen-er cœpit abnuere, fœminā viro rursus iam Mona-ho, non marito, incongrua ratione misceri. Postre-mo cum miles instaret, affirmās hoc nihil proposito esse nociturum; se solo coniugis vti velle solatio: Porrò ne rursum se in sua reuoluerent, non esse me-tuendum: se esse militem Christi, illā quoque in ea-dem eiusdem militiæ sacramenta iurasse: pateretur Episcopus sanctus eos sexum suum fidei merito ne-*

Iob 7.

Impedimentū militiæ spiritualis est mulier

In dialog. de vita, & mira culis sancti Martini.

*scientes*

Mira ratione militem tam Monachum à ratione alienа petentem retundit.

ſcientes, pariter militare. Tum Martinus (verba vobis dicturus ſum.) Dic mihi (inquit) ſi vnquā in bello fuiſti. ſi in acie conſtitiſti? At ille reſpondens: frequenter (inquit) in acie ſteti, & bello frequenter interfui. Ad hæc Martinus: Dic mihi ergo? Nunquid in illa acie, quæ armata in præliū parabatur, aut iam aduerſus hoſtilem exercitum collocato cominus pede, diſtricto enſe pugnabat, vllam fœminā ſtare, aut pugnare vidiſti? Tum demum miles confuſus erubuit, gratias agens, errori ſuo ſe non fuiſſe permiſſum; nec aſpera increpatione verborum, ſed vera & rationabili ſecundum perſonā militis comparatione correctum. Martinus autem cōuerſus ad nos, ſicut eos frequens Fratrum turba vallauerat: mulier (inquit) virorum caſtra non adeat; acies militum ſeparata conſiſtat; procul fœmina in ſuo degens tabernaculo, ſit remota; cōtemptibilem enim reddit exercitum, ſi virorū cohortibus turba fœminea miſceatur. Miles in acie, miles pugnet in campo; mulier ſe intra murorum munimenta contineat. Habet & illa gloriam ſuam, ſi pudicitiam, viro abſente, ſeruauerit. Cuius hæc prima virtus, & conſummata victoria eſt, non videri.

## SPECVLVM LXVII.

In quo apparet prohibitum eſſe, per Ordinationes Summorum Pontificum, ne mulieres ingrediantur Monaſteria virorum.

Prima

PRima instructio. Quamuis ante Pium quintum non reperiantur vllæ Constitutiones vniuersales Summorum Pontificum prohibentes ingressum Monasterij virorum, præter particulares Ordinationes, quæ hac de re habentur in Regulis, siue Constitutionibus omnium fere Religiosorum; propter abusus tamen, qui irrepserant in nonnullis locis, Pius quintus & Gregorius 13. seuerissimè prohibuerunt, idque sub pœna Papalis excommunicationis latæ sententiæ ipso facto incurrendæ, ne vllæ mulieres intra septa vllius Monasterij, siue virorum siue mulierum ingrediantur: reuocantque omnes facultates factas à suis Prędecessoribus, ad huiusmodi ingressum. Huius Ordinationis Pij quinti meminit Nauarrus, qui etiam notat *cit. Comment. 4. de Regular. num 62.* quòd licet virtute dictæ Ordinationis, tantùm excommunicentur ingredientes, virtute dictarum facultatum: tamen Pius quintus, & Gregorius 13. ea de re consulti, responderunt generalem esse prohibitionem omnibus fœminis ingrediendi quęlibet Monasteria, sub pœna excommunicationis Papalis. Omnibus autem Abbatibus, Prioribus, & alijs Præsidentibus, quocumque nomine vocentur, & eorum Monachis seu Religiosis, sub priuationis omnium Officiorum, quæ in pręsentia obtinent, & inhabilitatis in posterum ad alia, & Suspensionis à Diuinis ipso facto, sine alia declaratione, incurrendis pœnis prohibetur, ne vllas fœminas vel introducant, vel admittere in Monasterijs præsumant; sunt que facti irregulares, si ante absolutionem à dicta Suspensione, celebrarint iuxta

*Pius V. Greg. XIII. sub graui pœna prohibent ingressũ fœminarum in Monasteria.*

*Nauar. c. 27. nu. 150. Excõ. 61. & Comm. 4. de Regul. nu. 60. & seq.*

Cir.num.62. Comm.4.de Reg.

Cit. *de re Iudic. & de Sententia Excommunic. in 6.* Rectè tamen notat Nauar. his pœnis locum non esse, vbi fuit ignorantia dictæ Bullæ. Seuerè autem admodum, & serio cauendum est Cœnobitis omnibus, ne tandem huius notitiam tandē assequuti, mulieres vllas in Monasteriorum septa introducant. Iuuerit propterea fortè tenorem Extrauagantis, Pij quinti editam anno 1566. hic subijcere, prout eam adfert Doctor Nauar. *cit. num 62.*

Extrauagans Pij V.

Noтent diligē ter Prælati

*Motu proprio & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, omnes & singulas facultates, & licentias ingrediendi Monasteria, ac domos Carthusiens. & aliorum quorumcumque Regularium Ordinum etiam Mendicantium, mulieribus cuiuscumque status, gradus, ordinis, conditionis, & quacūque dignitate, ac præeminentia præditis, etiam Comitißis, Marchionißis, Ducißis, sub quibuscumq; verborum tenoribus, & formis, & cum quibuscumque etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsq; fortioribus & efficacioribus, & insolitis clausulis, nec non irritantibus Decretis ab Apostolica sede quomodocumque cōceßis, quarum tenores ac si de verbo ad verbum præsentibus insererentur haberi volumus pro expreßis, tenore præsentiū reuocamus, & cassas, irritas, & inanes esse decernimus: districtè prohibentes mulieribus quidem prædictas facultates, & licentias prætendentibus, sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, postquā harum litterarum notitiam habuerint, à qua non poßint, nisi à nobis, aut à Romano Pontifice, qui pro tempore fuerit, absolui, præterquam in mortis articulo, in dictas domos, & Monasteria in-*

*gredi audeant. Ipsis verò Monasteriorum, & Conuentuum Abbatibus, Præpositis, Prioribus & alijs Præsidentibus, quocumq; nomine vocentur, & eorũ Monachis, Canonicis, & Fratribus, siue Mendicãtibus, sub priuationis Officiorum, quæ in præsentia obtinent, & inhabilitatis in posterũ ad illa, & alia omnia, & Suspẽsionis à Diuinis ipso facto sine alia declaratione incurrendis pœnis, ne eas introducere, admittereve præsumant, non obstant. &cæt.* Hæc ibi. Hanc Extrauagantem promulgauit in Monasterijs nostri Ordinis, in Belgio sitis Reuerendissimus Episcopus Vercellensis Nuntius Apostolicus, & post eum Reuerendissimus nostri Ordinis Generalis, me collaborante, anno 1601. Tenor promulgationis Episcopi Vercellensis hic est.

*Aut neganda est potestas Apostolicæ sedis, aut sunt arcendæ mulieres à Monasteriis.*

*Franciscus à Longo Prato*

*Fœminarum ad Regularia loca ingressus adeo grauiter est interdictus, vt qui eas admitti permittit, excommunicationem latæ sententiæ incurrat, ex graui Pontificis Gregor. 13 Constitutione. Quare eam pœnam & Constitutionem tam Abbati quàm Religiosis singulis insinuatas & declaratas volumus: ac ne fœminas cuiusuis generis aut conditionis, intra Claustra nisi fortassis Processionum tempore, nec ad alia loca, ad quæ Religiosis sine Superum licentia liber est accessus, vlla ratione ingredi patiantur, expresse prohibemus.* Eandem me interprete promulgauit Reuerendiss. Generalis eodem anno in Sueuia, Bauaria, Austria, Bohemia, Franconia, & alijs quibusdam Germaniæ Prouincijs.

*Franciscus à Longo Prato.*

*Secunda instructio.* Contra hanc Extrauagantẽ peccant Primò, qui in singulis domibus separatim viuunt, habentes Coquas iuuenes vel senes, extraneas, vel cognatas, Nota. Secundò, Abbates

qui in suis domicilijs Abbatiarum vtuntur etiam huiusmodi ancillis ad culinam præparandam, vel sternendum lectum. Tertiò, Religiosi, qui in suis septis habent aliquam coquam etiam vetustissimam; quò enim antiquor, eò Diabolo organum antiquius. Peccant (inquam) hi omnes contra hanc Extrauagantem; & incurrunt Suspensionis sententiam cum suorum Officiorum priuatione, & inhabilitate ad alia; & si Diuinis in tali statu se immiscent, irregulares efficiuntur, nec possunt ab alio, quàm à Summo Pontifice absolutionis beneficium obtinere. Damnauit etiam hanc consuetudinem retinendi mulieres in Monasterijs ratione ministerij, *decisio Capellæ Tholosanæ* 448. *teste Nauar. qui & num* 36. huiusmodi consuetudinem dicit esse intolerabilem.

*Comm. 2. de Regul. nu. 36. Abbates, qui vtuntur ancillis ad sternendos suos lectos. Religiosi, qui habent coquã etiam vetulã.*

*Comm. 4. de Reg. nu. 65.*

*Tertia Instructio.* Qui retinent mulieres in Monasterio vel tanquam coquas, vel alia de causa, non solùm sunt in statu misero ac damnabili, eo quòd Suspensionis, ac plerumque Irregularitatis sententiam incurrant, sed etiam quia non fugiunt propinquam occasionem labendi mente, vel opere in peccatum carnis, contra illud Apostoli, *fugite fornicationem*, & contra Can. *Volumus. Cum Gloss.* 81. *Dist. & Cap. à Nobis. de Cohabit. Cleric.* Deinde quia sunt scandalo Secularibus, qui mulieres habitantes, vel frequentantes in Monasterijs, vel in domibus Clericorum semper habent suspectas, & propterea communiter eas despiciunt, tanquam concubinas, vel concubinarum adiutrices. *Væ autem homini illi, per quem scandalum venit.* Tertiò, Prælati, qui mulieres quantumuis turpes, vel honestas, vel senes permittunt

*Cur Prælati ac Religiosi viẽtes ministerio mulierum sint miserabiles.*

*1. Ad Cor. 6.*

*Matt. 18.*

habitare in Monasterijs, præbent Religiosis suis occasionem ruinæ, & lapsus: quæ enim non est vni suspecta, est alteri talis; & quę vni videtur deformis, alteri, fascinante Diabolo, videtur formosa, iuxta commune Prouerbium: *Quisquis amat ranam, ranā putat esse Dianam.* Sic, eodem fascinante, aliquādo Cognata visa est extranea, iuxta Cap. 1. *de Cohabit. Cleric.* Imò etiam quę omni cohabitantium voluptati indulgere per se ratione ętatis amplius non potest, per alias indulgere consueuit. Quarto, quia Religiosi, qui mulieres in sua domo patiuntur, videntur negligere propositum ad perfectionem tendendi, quod in Religioso, qui exercitium tendendi ad perfectionem assumpsit, mortiferum est, vt docet Doctor Caietanus ad mentem S. Thomæ.

*Cap. inhibendum.*

*In 2. 2. q. 184. art. 5. ad 2.*

## *SPECVLVM LXXI.*

*In quo apparet Castitatis lapsum multis esse lachrymis compensandum.*

*Christus Dominus & iudex noster, cum Virginem suam sibi dicatam, & sanctitati suæ destinatam iacere cum altero cernit, quam indignatur, & irascitur, & quas pœnas incœstis eiusmodi coniunctionibus comminatur?* (& infrà) *Quæ* (inquit) *hoc crimen admisit, non mariti, sed Christi adultera est.*

*Cypr. lib. 1. Epist. 11. ad Pomponium.*

P*Rima instructio.* Si Castitatis splendorem intueremur, cæteraque, quibus illa cultorem suum ditat, ornamenta seriò attenderemus, nunquam de no-

bis victoriam caro nostra reportaret, vel certè reportata dudum nō vteretur. Ad vigilias enim, ieiunia, labores, cellulæ custodiam, cæterasque carnis recalcitrantis macerationes, tanquam ad asylum, confugientes, amissum Castitatis florem virescere iterum in nobis, modis omnibus curaremus: & cum S. Anselmo Cantuariensi notæ sanctitatis viro, ob tam pretiosæ margaritæ iacturam, reliquo vitæ cursu lugentes, in hęc vel similia verba prorumperemus. *Anima mea, anima ærumnosa, anima (inquam) misera miseri homunculi, excute torporem tuum, & concute mentem tuam. Reduc ad cor enorme delictum, & produc de corde immanem rugitum. Intende infœlix, intende sceleris tui horrorem, & prætende horrificum horrorem, & terrificum dolorem. Tu (inquam) quæ quondam candida cœlesti lauacro, dotata Spiritu sancto, in Christiana professione iurata Virgo seruisti Christo desponsata. O nimium memini! O quem nominaui! vtique non tam benignum sponsum Virginitatis meæ quam terribilem iudicem immunditiæ meæ. Heu, memoria perditæ iucunditatis! Cur sic superaggrauas pressuram possidentis? Quam misera sors flagitiorum, cui & bonum & malum pariter sunt in tormentum. Torquet enim me mala conscientia, & cruciatus eius, in quibus timeo me arsurum: torquet me bonæ conscientiæ, & præmiorum eius memoria, quæ scio me perdidisse nec amplius recuperaturum. Væ miserum perdere! id perdere irrecuperabiliter quod seruari debet interminabiliter. Heu inconsolabile perdere! quod non solum damnosum bonorum, sed insuper & lucrosum est tormentorum. O Virginitas! iam*

non

*non dilecta mea sed desperatio mea; iam non iucunda mea, sed desperatio mea, quo deuenisti? In quam fœtido, in quam amaro cœno via me dereliquisti? O fornicatio sordidatrix mentis meæ, perditrix animæ meæ! vnde misero surrepsisti? de quam nitido, de quam iucundo statu me præcipitasti? Hinc vris me ò amare mœror! quia illud est amissũ. Hinc angis me, ò grauis dolor! & timor grauior, quia istud est amissum. Hinc est damnum inconsolabile, hinc tormentum intolerabile. Væ hinc, & væ illinc. Sed si pariter bonum & malum, sic vtique iã iuste punitis, adhuc viuentẽ miserum malum Digne certe digne. Tu nãque, anima mea, perfida Deo periura Dei, adultera Christi, libenter de Virginitatis sublimitate miserabiliter es demissa in baratrũ fornicationis. Tu illa olim desponsata Regi Cælorũ, audenter facta es scortum tortoris tartarorum. Heu abiecta à Deo, proiecta Diabolo; imò abiiciens Deum, amplectens Diabolum. Tu enim, tu miserrima mea, meretrix obstinata, fornicatrix impudens: tu prior amatori tuo & Creatori Deo repudium obtulisti; & ad insidiatorem & perditorem tuum Dæmonem te sponte contulisti. O miserrima, & plusquam miserrima commutatio! Heu de quam sublimi cecidisti, & in quam profundum corruisti. Væ quam benignum contempsisti: quàm maligno te iunxisti! Quid fecisti ô mentis amentia, amens spurcitia, spurca nequitia, quid fecisti? In cœlo dereliquisti castum amatorem tui, & in inferno secuta es odiosum corruptorem tui; & in baratro parasti non thalamum, sed prostibulum tuum. Horror mirabilis, quam peruersa voluntas!*

*Miraculum horribile, quam volūtaria peruersitas! Vnde mihi Deus tantæ prauitatis correptio? Vnde tibi Deus tanti sceleris satisfactio? Præcipitare miser homuncio in tenebrosum profundum immoderatæ mœstitiæ, qui sponte præcipitatus es in baratrū horrendæ nequitiæ. Obruere mole nequitiæ. Obruere infœlix mole terribilis doloris, qui corruisti libēs in cœlum infernalis fœtoris. Obuoluere ærumnose, horridis tenebris inconsolabilis luctus, qui volens prouolutus es in voraginē tam sordidi luxus. Volutare in gurgite amaritudinis, qui delectatus es in volutabro turpitudinis. Terror horribilis, dolor terribilis, mœror inconsolabilis: aggregate vos super me, irruite, obruite perturbate, obuoluite, peßum date. Iustum, iustum est: impudenti audacia contempsi vos. Torquete reum, vindicate Deum. Præsentiat fornicator infernalia tormenta, quæ meruit, prægustet quod præparauit assuescat quod est passurus. Extende, produc, immoderate peccator, luctuosam pœnitentiam, qui tam longè produxisti tui sceleris immunditiam. Reuolue te, & reuolue te in eundem turbinem amaritudinum, qui toties reuolutus es in eandem voraginem libidinum. Cōsolatio, securitas lætitia, nolo vos, renuo vos, nisi peccati venia reduxerit vos. Procul estote, procul estote ante mortem; nisi fortè indulgentia reuocarit vos: mihi vero post mortem sit continua pœnitentia, amara comes ætatis meæ: sit acutus dolor insanabilis tortor vitæ meæ; mœror & acerbus luctus, infatigabiles tribulatores iuuentutis & senectutis meæ. Vtinam, vtinam ita sit. Opto, oro, desidero vt ita sit. Si enim non sum dignus oculos ad*

*cælum leuando orare; certè non sum indignus eos vel plorando cæcare. Si confunditur mens mea orare pudore conscientiæ, æquum est vt confundatur tui bine luctuosi doloris & tristitiæ: Sed si timet exhiberi ante conspectum Dei sui, iustū est, vt habeat ante conspectum suum tormenta sceleris sui Cogitet igitur & recogitet cor meum quid fecit, quid meruit; descendat antequam descendat ad terram tenebrosam, & opertam mortis caligine mēs mea,* Iob. Cap. 10 *& consideret quæ ibi expectent scelerosam animam meam; intendat & contempletur, videat & conturbitur Quid est Deus, quid est quod animaduerto in terra miseriæ & tenebrarum? Horror, horror Quid est quod intueor, vbi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat? Heu confusio vlulantiū, tumultus dentibus stridentium, inordinata multitudo gementium væ, væ! Quot, & quot væ? Væ ignis sulphureus, væ flamma tartarea & caliginosa volumina, quam terrifico rugitu video vos rotari. Vermes in igne viuentes, quæ dira auiditas rodendi sic vos accendit, quos ille ignis ignium non incendit? Dæmones coardentes, frementes ardore, frendentes furore his cur sic crudeles estis qui volutantur inter vos? O commoda tormenta, iustitia moderata ad sustinendum, siccine nullus modus, nullum remediū, nullus finis temperabit vos? Haeccine sunt magne Deus, quæ parata sunt fornicatoribus & contētoribus tuis, quorum ego vnus sum? Ego, ego vtique vnus horum sum Anima mea expauesce, mēs mea defice, cor meum scindere Quo me rapitis exactores sceleris mei? Quo me tradis Deus meus? Si feci vt essem reus tuus; nunquid potui facere vt nō essē*

 creatus

*creatus tuus? Si mihi castitatem meam ademi, nūquid tibi misericordiam tuam peremi? Domine, Domine, si ego admisi, vnde me damnare potes; tune amisisti, vnde saluare soles? Noli Domine, noli sic attendere malum meum, vt obliuiscaris bonū tuū. Vbi verax es, ô verax Deus? Vbi est; viuo ego, nolo mortem peccatoris, sed vt magis conuertatur & viuat? Domine qui non mentiris: Domine, quid est, nolo mortem peccatoris, si tu sepelis in infernum ad te clamantem peccatorem? an detrudere peccatorem in gehennam, est nolo mortem peccatoris? An hoc est, volo vt conuertatur peccator & viuat? Peccator sum ego Domine: peccator sum ego. Si ergo non vis peccatoris mortem; quid te cogit quod non vis, vt me tradas ad mortem? Si vis vt cōuertatur peccator & viuat; quid te prohibet facere quod vis, vt me conuertas, & viuam? An immanitas peccati mei cogit te quod non vis. & prohibet quod vis, cum sis omnipotens Deus? Absit, Deus meus. Absit domine Deus meus, vt praualeat nequitia peccatoris confitentis & dolentis sententiæ Omnipotentis. Memento iuste, sancte, & benigne Deus, memento quia misericors es, & Creator & recreator meus. Ne ergo memineris bone Domine, iustitiæ tuæ aduersus peccatorem tuum, sed memor esto benignitatis tuæ erga creaturam tuam. Ne memineris iræ aduersus reum, sed memor esto miserationis erga miserum. Verum est quia conscientia mea meretur damnationem, & pœnitentia mea non sufficit ad satisfactionem. Sed certum est, quia misericordia tua superat omnem offensionem. Parce ergo tu bone, cuius est salus, & qui non vis mortem peccatoris.*

Ezech. c. 18. & 33.

*catoris. Parce peccatrici anima mea. Fugit enim exterrita à terrente iustitia tua, ad confortantem misericordiam tuam, vt quoniam præmium virginitatis corruptæ, ô dolor! irrecuperabile est, saltem supplicium fornicationis pœnitenti non sit ineuitabile; quia non est impossibile omnipotentia tuæ, nec indecens iustitiæ tuæ, nec insolitum misericordiæ tuæ. Et quoniam bonus es, & quoniam in æternum misericordia tua, qui es benedictus in secula. Amen.*

*Secunda instructio.* Hęc beatus Anselmus. Quem vtinam vt in lapsu, sic in lachrymis sequeremur! Credite mihi, potissimum contra luxuriam antidotum est fletus. Nihil est quod ita libidinis faces extinguat, ac lachrymæ. Vix extinguitur libidinis incẽdium, nisi per lachrymarum profluuium. Corpus vix potest non diffluere libidine, quando oculus non diffluit peccata commissi pœnitudine. *Sunt enim* (vt bene D Gregor. in Moral.) *desideria viscosa: quia ex suggestione oritur cogitatio, ex cogitatione affectio, ex affectione delectatio, ex delectatione consensus, ex consensu operatio, ex operatione consuetudo, ex consuetudine desperatio, ex desperatione, peccati defensio ex defensione gloriatio, ex gloriatione damnatio.* Si vis hęc euitare, plurimum valet ad lachrymas confugere.

*Dolor de peccato excindit libidinem.*

*In hunc sensum loquitur Greg. lib 4. Moral. cap. 25.*


## MANDATVM. 45.

Nec solo tactu & affectu, sed aspectu quoque appetitur & appetit cõcupiscentia fœminarum.

*Obligat sub mortali.*

Qui

Matth. Cap. 5. *Qui viderit mulierem ad concupiscendam eam, iam mœchatus est eam in corde suo.*



*Nstructio Vnica.* Quia forte aliquis existimare potuisset se contra Castitatis votum non peccare, sine tactu: Hic monet peccatum etiam cõmitti contra votum Castitatis per aspectum coniunctum affectui, id est voluntati consentienti in rẽ, vel delectationẽ. Neque enim existimãdum est in aspectu, vel tactu solo posse esse peccatũ, cũ peccatũ non sit nisi sit voluntarium. Quando ergo dicitur aliquis peccare per aspectũ, intelligendum est instrumentaliter, quia nimirum aspectus ille instrumentum est, per quod in voluntate peccatum committitur. Nam sicut in membris corporis non sunt actiones, tanquam in principijs actiuis earum, & multò minus habitus; ita neque in illis sunt peccata, perinde ac in potentijs, sed peccata quidem actualia sunt in illis, vt in instrumentis potentiarum, teste D. Thom. In alijs potentijs sunt peccata, quatenus subsunt imperio voluntatis, quæ propriè subiectum est peccati mortalis, quando deliberatè consentit in obiectum rei illicitæ, vt docet Gregor. de Valent.

*Quomodo peccatum sit in tactu vel aspectu.*

1.2.q.74.ar.2. ad 3.

In 2.2 Disput. 6.q.4.

## MANDATVM 46.

*Obligat sub mortali, vel veniali iuxta oculi & cordis lasciuiam.*

Nec dicatis vos habere animos pudicos, si habeatis oculos impudicos; quia impudicus oculus, impudici cordis est nuncius.

PRima instructio. Religiosus debet omnium sensuum suorum exteriorum, sed maximè visus curam gerere. Visus enim fenestra est, per quam omnes omnium pene vitiorum actus in animam introducuntur; insidiaturque omnibus virtutibus, earum hosti aditum patifaciendo, & insidiatores intromittendo. Imò verò videtur vitia omnia conuocare, & quasi irritare, vt in animum impetum faciant, eamque inuadant, vt pulchre ostendit Vmbertus *Cap 87.* super illa verba (*oculi vestri etsi iaciantur in aliquam fœminarum, &c.*) Hinc est quod Dominus de eo verba faciens dixerit semel atque iterum: *Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum & proijce abs te: expedit enim tibi, vt pereat vnum membrorum tuorum, quàm totum corpus tuum mittatur in gehennam.* Quod autem Religiosus qui castus esse cupit, debeat sedulam sensuum suorum omnium curam gerere, ex sanctissimi Legislatoris nostri verbis est manifestum. *Si virginitatem animæ* (inquit) *integram seruare desideras, quantum potes, obserua blandimenta Draconis; ne fortè, si incautus fueris, quinque sensus qui in te sunt, quasi quinque virgines, permittas à serpente corrumpi. Quicquid dulcescit gustu, quicquid lenocinatur odoratu, quicquid mollescit attactu, in his omnibus si incauti fuerimus, surrepentibus concupiscentijs malis, animæ virginitatem corrumpi permittimus. & impletur illud, quod per Prophetam dictum est: Intrauit mors per fenestras vestras.* Hoc idem contra lasciuiam remedium agnouit etiam Cassianus, & eleganti illustrauit similitudine. *Vt enim* (ait) *certa ægritudine laborantibus vtile est, vt cibi noxij ne oculorum quidem*

*Visus est porta omnium vitiorum.*

*Matt. 5. & 18.*

*D. Augustin. lib. 50. Homil Homil. 35.*

*Hierem. 9.*

*Lib. 6. ca. 3.*

*dem obtutibus offerantur, ne quod aspectus occasione desiderium eis lethale gignatur; ita plurimum confert ad depellendum hunc specialiter morbum quies, & solitudo*

*Visus periculosior est tactu.*

*Secunda instructio.* Visus in materia luxuriæ in quibusdam periculosior est tactu, ac propterea maximè eum continere debet Religiosus; quippe quod frequentius multo possit luxurię obiecto frui, quam tactus. Plurimę enim mulieres videri possunt, quæ nullo modo tangi queunt. Hinc est quod de oculo luxurioso possit sæpe homo conqueri, & dicere illud Threnorum 3. *Oculus meus deprædatus est animam meam in cunctis filiabus vrbis meæ.* Deinde visus audacius peccat in muliere, quam tactus. Audet enim quis videre multas, quas non auderet contingere, vel etiam appropinquare. Tunc ergo mittit animus oculos suos ad fœminam, qui veluti litteras (*litteræ enim non erubescunt*) concupiscentię suæ testes ad eam portent; sicque fiunt lenones occulti, & concupiscentiæ nuncij, Deo tamen & Angelis manifesti: quod innuit D. Augustinus his verbis. *Nec dicatis vos habere animos pudicos si oculos habeatis impudicos; quia impudicus oculus, impudici cordis est nuncius.* Tertiò, Oculi in luxuriando petulantia non ita omnibus patet, sicut Tactus: quare veluti is qui non putat se alicuius patere conspectui, liberius adulteratur, ita oculus liberius quàm tactus, vt pote quòd sit secretior, luxuriatur. quod aduertens D. August. dicit paulo inferius. *Nec putare debet qui in fœminā figit oculū & illius in se diligit fixū, ab aliis se nō videri, cū hoc fecerit.* Quarto, Oculis nullū pene potest occurrere luxuriæ suæ impedimentū, quod frequenter contingit in Ta-

*Visus audacius peccat.*

*Oculi sunt lenones occulti.*

ctu. Tangi enim vix mulier potest sine consensu. Quinto, *Non saturatur oculus visu*, vt ait Sapiens, quæ tamen satietas reperitur in tactu. Sexto, Visus est multo agilior tactu, maliciamque vno oculorum rotatu, quasi imperceptibiliter percipit. Quapropter eum maximè continere debet Religiosus, ne huc & illuc leuiter, insatiabiliter, occultè, audacter, frequenter, & sine impedimēto per luxuriæ obiecta vagando, impudicum reddat animum, eique improperio fiat obnoxius quo perstringuntur in Scriptura sancta *oculos habentes plenos adulterij & incessabilis delicti.*

Cap. 1. Eccles.

2. Pet. 2.

*Tertia instructio.* Religiosus Castitatis suæ fidelis amator debet maximè Visum continere, quia omnes pene luxuriç actus, qui in veteris, ac noui Testamenti pagina reperiuntur descripti, malitiæ suæ initium ab oculis sumsisse dignoscuntur. De quibus Vmbertus *Cap 79.* Hinc est quod Diuus Augustinus Capitulum integrum & iustum, de visu continendò condiderit; & Diuus Chrysostomus visum inuerecundum, hac similitudine DEO displicere docuerit. *Quemadmodum* (inquit) *cum gladium à puero teneri videmus, etsi nondum vulneratum eum cernamus, verberamus tamen ac sæpe minantes denunciamus, ne quādo illum rursus contingat. Ita & Deus inuerecundum coercet aspectum, ne quando in ipsam quoque incidat actionem.* Atque idem præposteri aspectus periculum præclarè vrget alio in loco idem Doctor altera quoque similitudine pereleganti. *Vt enim ignis* (inquit) *vbi fœnum aut culmum arripuerit, nihil moratur, sed simul vt attigit materiam lucidam, accendit*

*Omnia pene mala ab oculis emanarunt.*

Homil. 17. in Matth.

Homil. 3. de verb. Isai. Vidi dominū.

flam-

*flammam*, *Ita & ignis concupiſcentiæ qui in nobi eſt ſimulatque per oculorum intuitum elegātem ac venuſtam attigerit formam, protinus exurit ani mum.*


*Quis oculus ſit luxurioſus.* *Geneſ. Cap 9.*

*Quarta inſtructio.* Oculus impudicus is eſt, qui audet aſpicere verenda ſua, vel alterius, ob quorum conſpectum maledictus fuit Cham. Qui attente hæret in imaginibus luxurioſè depictis, vt Ooliba meretrix *Ezech 23.* Qui coitus item animalium attendit: qui actus impudicorum, ſiue in Comœdijs, ſiue alibi exhibitos intuetur: qui curiosè in ſpecies mulierum intendit aſpectum: qui nutibus impudicis delectatur. His (inquam) modis, oculus eſt impudicus, & impudicum animum denunciat, ſicut paterfamilias permittens ſuos luxuriari, in hoc edit ſuæ propriæ luxuriæ ſpecimem euidentiſſimum.

## MANDATVM 47.

*Hic innuitur iactura honoris proprij ex oculo libidinoſo, qui vix homines latere poteſt.*

Nec putare debet qui in fœminam figit oculum, & illius in ſe diligit fixum, ab alijs ſe non videri, cùm hoc fecerit. Videtur omnino, & à quibus ſe non videri arbitratur.



*Nſtructio vnica* Multi Diuina prouidentia in ſceleribus ſuis, quæ clam, & nemine conſcio ſe patrare exiſtimant, deprehenduntur, vt videlicet, per confuſionem ortam ex notitia ſceleris, ipſi, & alij facti eorum exemplo ſapientiores corrigantur, & Eccleſia filios ſuos huiuſmodi

sceleribus purgare nitatur. *De occultis enim non iudicat Ecclesia. Etenim Secretorum & cognitor Deus & Iudex est.* *Can. Erubescāt Dist. 32.*

## MANDATVM 48.

Sed ecce lateat, & à nemine hominum videatur, quid faciet de illo superno inspe-ctore, quem latere nihil potest? An ideo putandus est non videre, quia tantò videt patientius, quantò sapientius? Illi ergo vir sanctus timeat displicere, ne velit fœminæ malè placere. Illum cogitet omnia videre, ne velit fœminam malè videre. Illius namque & in hac causa commendatus est timor, vbi scriptum est, abominatio est Domino defigens oculum.

*Atheus est qui Deum putat aliquid latere*

INstructio vnica. Aptissimum remediū ad vitandum visum impudicum, est consideratio præsentiæ Diuinę, de qua hic D. Augustinus, nos verò alibi in hoc libello. Quare existimamus hic addendum tantummodo, quinque nos ad non perpetrandum scelus aliquod coram aliquo impedire. Primum, si sit magna aliqua & excellens persona. Secundum, si honesta. Tertium, si scelus quod cogitatur militet contra eam. Quartum, si illa est nos de scelere accusatura. Quintum, si de eodem scelere contra nos sententiam latura. Vbi hæc quinque concurrerent, non imprudens solum, ac temerarius, sed & stolidus planè & expers mentis iudicaretur, qui scelus excogitatum perpetraret: atqui talis est persona


*Quinque consideranda sunt ab eo qui parat se ad peccatū.*

Christus Dominus, qui nos, omniaque nostra intuetur, & considerat, vt luculenter ostendit Vmbertus Cap 87. Quis ergo actui tam turpi, ac fœtido coram ipso, qui huius non minus quam aliarum rerum inspector est, audeat incumbere?

## MANDATVM. 49

Quando ergo simul estis in Ecclesia & vbicumque vbi fœminæ sunt, inuicem vestram pudicitiam custodite. Deus enim qui habitat in vobis, etiam isto modo custodiet vos ex vobis.

*Obligat modo sub mortali modo sub veniali, iuxta commoditates custodiendi Fratrem suũ à turpitudine.*



INstructio vnica. Hic Legislator noster incipit agere de correctione Fraterna. Ac primum ostendit, debere eam fieri ex eo quod vnusquisque tenetur. Fratri suo opitulari, & custodire, quãtum potest, eius virtutes. Cum ergo pudicitia inter virtutes ratione pulchritudinis prima videatur, vnusquisque studere debet eam in se, ac Fratre suo conseruare. Etsi enim eam Deus, tanquam sponsæ suę amore raptus per Angelos & Prælatos custodiat, placet tamen illi etiam plurimum modus hic custodiendi sese inuicem, natus ex correctione Fraterna. *Deus enim* (vt ait Legislator.) *qui habitat in vobis, etiam isto modo custodiet vos ex vobis.*

## MANDATVM 50.

Etsi hanc, de qua loquor oculi petulantiam in aliquo vestrum aduerteritis, statim admonete, ne cœpta progrediantur, sed de proximo corrigantur.

*Obligat sub veniali tantũ nisi illa petulantia oculi esset mortalis*



*Nstructio vnica.* Hic ostendit quomodo oporteat correctióem Fraternam inchoare, nimirum à monitione eius qui peccat, vt in posterum peccare desinat, vel (quod idẽ est) *ne cœpta progrediatur sed de proximo corrigatur.* Porrò quia correctionis Fraternæ vsus Religiosis est vtilissimus ad spiritalem progressum, & perfectionem, ad quam tendunt, acquirendam, in aliquot Speculis sequentibus subijciam, quicquid ad correctionis Fraternæ in Monasterijs necessariæ explicationem facit, quæ poterit quisque conspicere.

## *SPECVLVM LXXII.*

*In quo apparet, quid sit Fraterna Correctio.*



*Nstructio vnica.* Correctio Fraterna, iuxta Nauar. *est monitio proximi secreta, vel coram testibus, vt se à peccato emendet:* Iuxta D. Thom verò & alios, sic potest definiri. Correctio Fraterna est *actus misericordiæ; atque adeo etiã Charitatis, quo quis subuenit necessitati spirituali proximi, enitens eum à peccati malo, ad virtutis bonum reuocare per conuenientem aliquem, & idoneum ad id sermonẽ,* videlicet vel monẽdo, vel reprehendendo, vel hortando, vel docendo vel indicando etiam peccatum alicui alteri.

*Ca. 24. Manu num. 12. In 4. Sent. Dist. 19*

*Correctio Fraterna est actus Misericordiæ.*

*Correctio fraterna est eleemosyna spiritualis.*

Quod Correctio Fraterna sit actus Misericordiæ patet ex eo, quod respicit subleuationem alienę miseriæ spiritualis, consistentis in peccato proximi, ideoque est quædam eleemosyna spiritualis compræhensa hoc versu:

*Psal. 140.*

*Consule, castiga, solare, remitte, fer, ora.*

*Correctio Fraterna est etiam actus Charitatis. 2.2.q.32. ar.*

Quod agnouit Vates Regius his verbis. *Corripiet me iustus in misericordia & increpabit me.* Est etiam actus Charitatis, mediante videlicet misericordia, quæ dat eleemosynam hanc spiritualem charitatis imperio, vt colligitur ex D. Thom. Hinc est quod S. Gregor. Nyssenus taxās eos qui ægrè ferunt repræhensiones, appellet correctionem Fraternam, *munus non manuū, sed rationis & Orationis, quæ sunt in homine pulcherrimæ.*

*Oratione in eos qui ægrè ferunt repræhensiones.*

## SPECVLVM LXXIII.

### In quo apparet, sub qua pœna, & quando ad correctionem Fraternam teneamur.

*Prima instructio.* Tenemur sub pœna peccati mortalis vti correctione Fraterna erga proximum peccātem; adeo vt peccatum mortale sit, opus illud misericordiæ spiritualis proximo indigenti non exhibere, quando sex circumstantię concurrunt, & non aliter: quia hoc præceptum est de genere præceptorum affirmatiuorum, quę vt notat D. Thom. non obligant pro omni tempore, sicut præcepta negatiua, vt pote prohibentia actus malos, quos nunquam perpetrare licet; sed solum pro loco, & tempore, concurrentibus quibusdam circumstantijs. Circumstantiæ

*Præceptum de correctione Fraterna. affirmatiuum.*

autem quæ hic concurrere debent, vt quis non corrigēdo peccet mortaliter, sunt. Primò, quando peccatur mortaliter, vel venialiter periculosè, ita vt veniale illud peccatum proximè ducat ad mortale. Secundò, quādo speratur emendatio, aut saltem non timetur peius malum ex impertita correctione Fraterna sequuturum. Tertio, quando se offert opportunitas, tam ex parte corrigentis, quam ex parte temporis, & hoc est quod innuit D. Augustinus per aduerbium, *statim*, id est, prima data opportunitate. Quędam enim peccata sunt, quibus, in ipso actu, velut in combustione domus, afferendum est remedium; quædam vero quibus postea, cum se offert occasio. Quarto, quando id sine notabili detrimento corrigentis fieri potest, nisi fortè corrigendus sit in extrema eiusmodi correctionis penuria, vt periculo mortis. Quinto, quā do peccans nondum resipuit. Sexto, quando certò, aut probabiliter scitur peccantem, vel per correctionem alterius, vel sua spontè se emendaturum. Caiet. Si autem hæc simul non concurrant, sed deficiat vna harum circumstantiarum, non tenetur quis sub peccato mortali correctionis Fraternæ potionem, in ægritudinem spiritualem lapso, vel labi volenti porrigere, vt communis est Doctorum sententia. Hinc colliguntur Instructiones nonnullæ non parum vtiles.

*2.2 q.33.ar.2*

*Sex sunt necessaria, vt quis non corrigendo peccātem peccet mortaliter.*

*In Summa Verbo Correctio.*

*Secunda instructio.* Non est peccatum eum non commonefacere, qui peccat ex inuincibili ignorantia facti, si id non cedat in damnū tertij, vel factum non continuetur. verbi gratia: Si quis omittat sacrum die festo, eo quod ignoret inuincibiliter esse festum, non tenetur eum corri

*Ca. 24. Man num. 12.*

pere, qua non peccat, neque est propterea in periculo alias peccandi. *Nauar.* Alia autem est ratio de ignorantio iuris, cum est de actu necessario ad salutem necessitate medij.

*Quando quis teneatur corrigere peccãtem venialiter.*

*Tertia instructio.* Non tenetur quispiam sub mortali, emendare eum, qui peccat venialiter; nisi fortè veniale illud sit periculosum, & eius naturæ, vt proximè ducat ad mortale; qualis est ordinaria omissio alicuius obseruantiæ in Religione. Censetur enim venialis illa omissio periculosa propter contemptum interpretatiuum, qui videtur esse in illa frequenti omissione, & qui propterea videtur proximè ducere ad verum contemptum, qui est mortalis. Deinde censetur periculosa propter alios, ne in eandem omissionem, toties sine correctione repetitam, incidant. Sed esto non sit mortale non corrigere Fratrem peccantem venialiter, est tamen consultum & laudabile; quia qui secus facit venialiter peccat *ex Caiet.* Et ratio est, quia sicut veniale peccatum est consulere proximo malum veniale, ita etiam veniale videtur non amouere ab eo malum veniale, cum potes, videlicet per correptionem Fraternam. Deinde non impedire, quantum possibile est, detrimentum aliquod temporale impendens proximo, peccatum veniale est: ergo à fortiori videtur fore veniale non impedire exiguum peccati venialis detrimentum, quod impendet proximo. Accedit quòd quilibet teneatur proximum in effectu etiam diligere, sicut seipsum, volendo nimirum proximo eadem, quę tenetur velle sibi: atqui tenetur quisque sub veniali velle procurare sibi immunitatem à veniali ergo & proximo. Quicquid sit de hac re in a-

*In Summa verbo Correctio.*

lijs, certus ſum in nobis ſub Regula Auguſtiniana militantibus vt minimum eſſe veniale; cum hic D. Auguſtinus oculi petulantiam, quę plerumque non eſt niſi venialis, & quam mortalem depræhendere non poſſumus, correctioni Fraternæ ſubijci velit. Ex quo loco ſatis apparet Religioſum debere in Confratre ſuo corrigere peccata venialia, quæ ſunt periculoſa, & diſpoſitiones quædam proximæ ad mortalia, non autem ea quæ tantummodo ſunt diſpoſitiones remotę ad mortalia; cum iis non debeatur correctio ex neceſſitate ſalutis, ſed tantum ex perfectione charitatis. Peccata autem venialia ſolent eſſe diſpoſitiones proximæ ad mortalia, vel ratione multitudinis, de quibus D. Auguſt. *Noli illa contemnere, quia minora ſunt, ſed time quia plura ſunt*; vel ratione magnitudinis, velut aliquæ detractiones, & nonnulla mendacia; vel ratione diffuſionis quę nimirum ita natura ſua ſunt diffuſiua, vt niſi reprimátur, apta ſint totum Communitatis corpus inficere, veluti comeſſationes, & compotationes nocturnæ; vel ratione connexionis cum mortalibus, vt familiaria cum mulieribus colloquia, oculorum frequens in eas coniectus, & ſimilia, de quibus hic D. Auguſtinus egit, & quæ ſufficientia eſſe ad neceſſitatem correctionis Fraternę iudicauit. Accedit Statutorum noſtrorum authoritas, quæ Proclamationes in Capitulo etiã venialiũ eſſe neceſſarias iudicat, quãdoquidẽ præcipit vt fiãt. Porro tunc eſt Frater monendus de veniali, quãdo ſpes eſt emendationis, & abſque incõmodo id fieri poteſt, & ſatis ſibi nõ attendit, & probabile eſt peccatũ illud à Prçlato vel alio correctum iri.

*De decem Chordis. ca. 11. tom. 9.*

*Proclamationes in Capitulo*

*Cur pauci accusent se de omissione correctionis Fraternæ.*

*Quarta instructio.* Etsi pauci sint, qui in confessione se accusent, de omissione Fraternæ correctionis, non desinit tamen præceptum illud de correctione obligare ad mortale. Namquòd pauci se de eo accusent est, quòd raro concurrant omnes circumstantiæ necessariæ ad obligationem correctionis Fraternæ, præcipuè in hominibus plebeijs. De omissione autem correctionis Fraternæ debet Confessarius pœnitentem interrogare, quando probabile est eum in hoc peccasse; alioqui ipse Confessarius cum pœnitente peccat, & cœcus cœcum ducit. *Gregor. de Valent.*

*Peiores facti ob monitionem non sunt iterũ monendi.*

*In 2.2. q.33. art.6.*

*Prouer. 9.*

*2.2.q.33.ar.6*

*Li.1.de Ciuit. Dei.cap.9.*

*Nota.*

*Quinta Instructio.* Peccant ij, qui experti sæpius aliquos deteriores factos ob monitionem, iterum monent. Caiet. atque ob hoc dicitur: *Noli arguerere derisorem, ne oderit te*: & fiat videlicet deterior per illud odium, vt exponit Glossa *citat. à D. Thom.* Quod etiam aduertit D. Augustinus, cùm ait, *si propterea quisque ob obiurgandis, & corripiendis malè agentibus parcat, quia opportunius tempus inquirit, vel eisdem ipsis metuit, ne deteriores ex hoc efficiantur, &c. non videtur esse cupiditatis occasio, sed consilium Castitatis*: Quod tamen intelligendum est, quando putatur proximus fore deterior absolutè, & non solum ad breue tempus. Multi enim sunt, qui prima fronte corripientibus irascuntur, qui tamen postea cum ad se redierint, beneficium correptionis, sese emendantes, attendunt. D. Thom.

*In 4. sent. dist 19. q.2.ar.2.*

*Sexta instructio.* Non est necessariò adhibenda correptio, nisi de peccato, in quo quis perseuerat, aut quod alioquin commissurus videatur. Si autem sit plane pręteritum, neque eo

ampli

amplius sit astrictus proximus, potest quidem corrigi iuridicè, vt ait Gregor. de Valent. *loco citat.* & puniri à Prælato ratione boni communis, & exempli, non autem fraterne corripi; quandoquidem Fraterna correptio solum intendit priuatum bonum proximi, auferendo ab eo peccati malum; quod non habet locum, quando ipse proximus seipsum emendauit, & hoc est quod voluit Glossa, quando dixit, *Correptiones ad solos Prælatos pertinere.*

*Peccatum præteritum & emendatum potest corrigi iuridicè.*

*Septima instructio.* Non peccat is, qui correctionem differt vsque ad iterationem peccati: cum videlicet probabiliter sibi persuadet, eum qui peccauit, se excusaturum, vel factum negaturum, sicque non emendatum iri, si tunc corripiatur; quo modo solent matres se erga filios latrunculos gerere.

## *SPECVLVM LXXIV.*

*In quo apparet, quis teneatur correctionem Fraternam exhibere.*

P*Rima instructio.* Non solùm Prælati, & Superiores tenentur correctionem Fraternam exhibere, sed omnes omnino ad id obligantur pro loco & tempore, iuxta ea quæ diximus. Omnes enim tenentur proximo indigenti corporaliter, quãtum possunt, adesse: quantò magis indigenti spiritualiter, qualis est peccans? Fateor tamen alios magis, alios minus ad id obligari pro diuersa conditione, & vinculo personarum, nec non obligatione earum ad opera misericordiæ spiritualis exercenda; inter quæ numeratur

correctio Fraterna. Hinc colliguntur sequente Instructiones.

*Prælati magis obligantur ad correctionem Fraternam, quam cæteri.*

*Secunda instructio.* Superiores, quorum tutelę animæ sunt concreditæ, maiorem habent obligationem ad corripiendum suos subditos, quàm cęteri; ratione officij, quo cum illis colligantur ac vinciuntur, tanquam Patres cum filij & Pastores cum ouibus; ac propterea illorum curam singularem debent gerere. Vnde est quò sibi multum timeant Pręlati illi, qui præclar secum actum esse existimant, seque non seruo inutiles reputant, cum pedum, vel mitram ge stauerint, & temporalia procurauerint, vel ma iora scandala præpediuerint, nihil vel parum admodum de salute suorum soliciti, sed solum de Prælatis superioribus angariandis anxij. Audiant quæso, & cum emendatione, quod sibi apud Ezech. exprobratur. *Quod infirmum fuit non consolidastis: & quod ægrotum, non sanastis: quod confractum est, non alligastis: & quod abiectum est; non reduxistis: & quod perierat, non quæsiistis. &c.* Quod autem Prælati magis ad id obligentur, vel ex hoc patet, quod teneantur sub dispendio vitæ proprię ad corripiendum suos, *vt docet Franciscus Maironis. in lib. 1. D. Augustini de Ciuitate Dei, Cap. 9. Veritate 7* ad quod non tenentur cæteri, nisi in casu necessitat extremæ: vt docet etiam Sotus *in Relectione de secreto.* Deinde tenentur inquirere de Subditorum peccatis, teste D. Thom. cum tamen alij obligentur solū corripere peccata, quæ ipsis no indagantibus occurrunt, & non ea inquirere, vt postea docebimus, cum ostendemus Prælatum in ea re negligentem, grauiter peccare, tu

*Ca. 33. & 34*

*Prælati tenentur etiam sub dispendio vitæ suos corripere*

*Membro. 2. q. 2. Conclus. 6.*

*Prælati tenentur inquirere peccata Subditorum.*

*2. 2 q. 33. ar. 2. ad 4.*

cont

contra misericordiam, & charitatem, tum etiam contra iustitiam.

*Tertia instructio.* Vt breuiter multa complectar, ij ad corrigendum proximum, magis obligantur, qui maiorem cum eo connexionem habent; vnde cum Religiosi magnis sint inter se necessitudinum vinculis colligati, magnam habent sese mutuo corripiendi obligationem. Colligantur autem inuicem ratione fraternitatis ortæ tam ex natura & fide, quam ex religione. Quare maximè videntur ad correctionem Fraternam obligari, cum Matth. 18. vbi agitur de correctione, iubeatur Frater Fratrem corripere. Tenentur etiam ratione amicitiæ, quam ex Diuus Hieronymus *debent habere inuicem in Christo conglutinatam*; cum Ecclesiastici 19. iubeatur amicus amicum corripere. *Corripe amicum, ne forte non intellexerit &c.* Et Saluator ipse dicat, *Ego quos amo corrigo & castigo.* Tertiò, tenentur ratione proximitatis; cum etiam Ecclesiastici. 19. iubeatur proximus corrigere proximum; cui etiam plus misericordiæ quam extraneo debetur. Quartò, tenentur ratione damni communis. Peccatum enim redundat in damnum commune. *& nostra res agitur, paries cùm proximus ardet*; Sicut ergo cùm pars aliqua Monasterij materialis conflagratur, omnes contendunt ignem extinguere, ne totum comburatur; ita decet omnes laborare in extinguendo peccato, quod Monasterij spiritualis siue communitatis membrum inuasit. Quinto, tenentur ratione Spiritus sancti, cuius Religiosi sunt templa, iuxta illud Augustini. *Et honorate vobis Deũ inuicẽ, cuius tẽpla facti estis.* Tẽpla autẽ

*Religiosi magnã habẽt obligationẽ sese mutuo corripiendi.*

*Apoc. ca. 3.*

*Religiosi sunt templa Spiritus sancti.*

*In Regula.*

debent

debent diligenter à cuſtodibus purgari. Cuſto-
des autem inuicem eſſe debemus, ſecundum
illud etiam D. Auguſtini, ibidem, *Inuicem ve-
ſtram pudicitiam cuſtodite, &* Deus *qui habitat in
vobis, etiam cuſtodiet vos ex vobis.* Sextò, Te-
nentur ratione Status, qui eſt ſtatus perfectio-
nis: quid autem perfectius charitate, & miseri-
cordia? Septimo, ratione artis ſiue miniſterij.
Illi enim qui ſunt eiuſdem artis, & præcipuè in
eadem officina laborantes, ſolent ſibi mutuam
opem impendere. Octauò, ratione conſecratio-
nis. Sunt enim omnes Religioſi peculiari quo-
dam modo omnipotenti Deo conſecrati, per
vota quæ emiſerunt. Quis autem vas Deo con-
ſecratum, ſi ſordibus ſcatet, purgare non ſtude-
at? Nonò, ratione ſpiritualis vitæ, quam ip-
delegerunt, & quæ huiuſmodi eleemoſynam
ſpiritualem videtur requirere. D. Paulus. *Vos q-
ſpirituales eſtis, inſtruite huiuſmodi,* ſcilicet pec-
cantem. Decimò, ratione exercitij Monaſtic-
Religio enim Monaſtica eſt quoddam exercit-
um tendendi ad perfectionem, facilior illo:
quod exercitium perfectionis hoc exerciti-
quod in humilitatis omnium virtutum baſis,
principis actu frequentiſſimo, & quotidian-
conſiſtit, expeditius excogitari poteſt? Vnd-
cimò ratione obedientiæ, quam præ cæte-
votis colere debet Religioſus. Obedit enim q-
ſemper paratus eſt ad correctionem Fraterna-
recipiendam, non ſolum Superioribus, ſed
tiam æqualibus & minoribus, à quibus hoc b-
neficium correctionis præſtolatur, cum para-
ſit eorum monitis acquieſcere.

*Ad Gal. c. 6.*

*Religio eſt exercitium tendendi ad perfectionem.*

*Quarta inſtructio.* Confeſſarij tenentur ra-
one officij peculiariter corripere pœnitent-

*Confeſſarius tenetur corripere pœnitentem.*

in c

in confessione, non extra; nisi pœnitens significaret id esse sibi gratum, & ipse inciperet de illis loqui, & consilium petere. Sotus libr. de ration. tegendi secr.

## SPECVLVM LXXV.

### *In quo apparet ordo seruandus in correctione Fraterna.*



*Rima instructio.* Quamuis non possit vniformis, & perpetuus ordo in correctione Fraterna obseruari, sed aliquādo variādus sit secundum circumstantiarum occurrentinm diuersitatem, ad arbitrium boni, & prudentis viri, tamen quantum fieri potest, is ordo est seruandns, qui famæ proximi conseruandæ est omnium aptissimus, cum assecutione finis fraternæ correptionis, qui est spiritualis salus proximi. Hunc modum & ordinem aptissimum nobis præscripsit Dominus his verbis. *Si peccauerit in te Frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipsum solum. Si te audierit, lucratus eris Fratrem tuum: si autem te non audierit, adhibe tecū adhuc vnum, vel duos, vt in ore duorum, vel trium testium stet omne verbum. Quod si non audiuerit eos, dic Ecclesiæ. Si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus.* *Matt.* 18.

*Secunda instructio.* Præceptum istud de corripiendi ordine, & modo, non obligat pro omni tempore & in omni casu; sed tantummodo, quando iudicabitur necessarius ad emēdandum *Correctio Fraterna nō obligat omni tēpo-*

Fratrem

Fratrem sine iniusta tamẽ Fratris læsione, vt sanctissimus Pater Augustinus docet, agens de illo modo corripiendi iniuncto à Saluatore. *Discernere* (ait) *debemus, aliquando illud, aliquando illud esse faciendum: aliquando corripiẽdum Fratrẽ inter te, & ipsum solum: aliquando corripiendum Fratrẽ coram omnibus, vt & cæteri, timorem habeant.* Accedit quod præceptum de seruando hoc ordine sit affirmatiuum, ac propterea non obliget, nisi certis temporibus & concurrentibus nonnullis circumstantijs, quę sæpius non adsunt, vt in sex Casibus sequenti Instructione explicandis.

*re, prout præscripta est à Domino.*

*Ret. 6. de verbis Domini, secundũ Matt. Cap. 6*

*Ordo constructionis Fraternæ non est seruãdus in sex Casibus.*

*Tertia instructio.* In sex Casibus sequentibus non debet seruari ordo correctionis Fraternæ assignatus. Primus est, quando prudenter iudicatur propter concurrentes aliquas circumstantias, modum illum futurum penitus, vel ex parte inutilem ad proximi emendationem. Itaque si existimas Fratrem non emendatum iri per Prælatum, poteris denunciationem omittere, aut si arbitraris testium productionem non fore vtilem, vel monitionem præuiam, poteris illis supersedere. Secundus Casus est, quando aliquis significauit se desiderare, vt quodcũque suum peccatum extra confessionem auricularem cognitum, ad Superiorem deferatur. Tertius Casus est, quando peccatum, quod cõmunitatis membrum committit, sic aptum est natura sua inficere, vt nisi Prælati authoritate ac discretione antidotum efficacissimum præbeatur, periculum sit ne sese diffundendo totam Cõmunitatem perdat. Quartus Casus est, quando peccatum Fratres est publicum, ita vt vel publica infamia diuulgatum sit, vel iudicio conuictum, vel in aliqua vicinia, vel Collegio aut Cõmu-

nitate compertum. Quintus Casus est, quando peccatum quantumuis occultum vergit in detrimentum Communitatis, & periculum est in mora nec spes est posse illud priuata monitione impediri. Sextus Casus est, quando peccatum Fratris quantumuis occultum cedit in aliquorum, vel alicuius particularis damnum magus iactura qualicumque famæ Fratris apud Superiores denuntiati. Atque hi sunt sex Casus, in quibus non est necessariò seruandus modus correptionis à Saluatore præscriptus. Quibus addiderim libenter septimum cum Vmberto *Cap.* 90. Septimus igitur est, quando peccatum quantumuis occultum, est exiguum, & de genere venialium communium, vt risus nimius, & similia, ita fragilitati humanæ commixta, vt vix eis careat. Ista, inquam, peccata, *quia sunt*, vt ait idem Author *cuiusdam quasi necessitatis, & non vehunt secum notabilem verecundiam, ac proinde neque infamiam, non egent admonitione præuia, sed possunt Prælato denuntiari*, vel in Capitulo proclamari, prout mos est in nostro Ordine, ac in multis alijs; quandoquidem ratio cur debeat præcedere secreta admonitio, ex Doctorum consensu est, vt si fieri possit, parcatur famę peccantis, & peccandi pudor illi non subripiatur, qui facilè peccato palam facto perditur.

*Matt. ca. 8.*

*Potest addi septimus Casus.*

*Cur secreta monitio debeat permitti.*

*Quarta instructio.* Vt autem huius correctionis praxis oculis Religiosorum, apud quos, ratione Charitatis mutuæ, locum maximè debet habere correctio Fraterna, manifestè subijciatur, operepretium iudicaui, ea quæ in fine *Cap.* 90. habet Vmbertus adijcere. *Culpa* (inquit) *vel est manifesta vel occulta Si primū, non requi-*

*ritur*

Correctio fraterna est eleemosyna spiritualis.

Quod Correctio Fraterna sit actus Misericordię patet ex eo, quod respicit subleuationem alienę miseriæ spiritualis, consistentis in peccato proximi, ideoque est quædam eleemosyna spiritualis comprænhensa hoc versu:

*Consule, castiga, solare, remitte, fer, ora.*

Psal. 140.

Correctio Fraterna est etiam actus Charitatis.

2.2.q.32. ar.

Oratione in eos qui ægrè ferunt repræhensiones.

Quod agnouit Vates Regius his verbis. *Corripiet me iustus in misericordia & increpabit me.* Est etiam actus Charitatis, mediante videlicet misericordia, quæ dat eleemosynam hanc spiritualem charitatis imperio, vt colligitur ex D. Thom. Hinc est quod S. Gregor. Nyssenus taxās eos qui ægrè ferunt repræhensiones, appellet correctionem Fraternam, *munus non manuū, sed rationis & Orationis, quæ sunt in homine pulcherrimæ.*

## SPECVLVM LXXIII.

*In quo apparet, sub qua pœna, & quando ad correctionem Fraternam teneamur.*

P*Rima instructio.* Tenemur sub pœna peccati mortalis vti correctione Fraterna erga proximum peccātem; adeo vt peccatum mortale sit, opus illud misericordiæ spiritualis proximo indigenti non exhibere, quando sex circumstantię concurrunt, & non aliter: quia hoc præceptum est de genere præceptorum affirmatiuorum, quę vt notat D. Thom. non obligant pro omni tempore, sicut præcepta negatiua, vt pote prohibentia actus malos, quos nunquam perpetrare licet; sed solum pro loco, & tempore, concurrentibus quibusdam circumstantijs. Circumstantiæ

Præceptum de correctione Fraterna affirmatiuum.

auten

autem quæ hic concurrere debent, vt quis non corrigẽdo peccet mortaliter, sunt. Primò, quando peccatur mortaliter, vel venialiter periculosè, ita vt veniale illud peccatum proximè ducat ad mortale. Secundò, quãdo speratur emendatio, aut saltem non timetur peius malum ex impertita correctione Fraterna sequuturum. Tertio, quando se offert opportunitas, tam ex parte corrigentis, quam ex parte temporis, & hoc est quod innuit D. Augustinus per aduerbium, *statim*, id est, prima data opportunitate. Quędam enim peccata sunt, quibus, in ipso actu, velut in combustione domus, afferendum est remedium; quædam vero quibus postea, cum se offert occasio. Quarto, quando id sine notabili detrimento corrigentis fieri potest, nisi fortè corrigendus sit in extrema eiusmodi correctionis penuria, vt periculo mortis. Quinto, quãdo peccans nondum resipuit. Sexto, quando certò, aut probabiliter scitur peccantem, vel per correctionem alterius, vel sua spontè se emendaturum. Caiet. Si autem hæc simul non concurrant, sed deficiat vna harum circumstantiarum, non tenetur quis sub peccato mortali correctionis Fraternæ potionem, in ægritudinem spiritualem lapso, vel labi volenti porrigere, vt communis est Doctorum sententia. Hinc colliguntur Instructiones nonnullæ non parum vtiles.

*2.2. q.33. ar.2. Sex sunt necessaria, vt quis non corrigendo peccãtem peccet mortaliter.*

*In Summa Verbo Correctio.*

*Secunda instructio.* Non est peccatum eum non commonefacere, qui peccat ex inuincibili ignorantia facti, si id non cedat in damnũ tertij, vel factum non continuetur, verbi gratia: Si quis omittat sacrum die festo, eo quod ignoret inuincibiliter esse festum, non tenetur eum corri

*Ca. 24. Manu m. 12.*

pere, qua non peccat, neque est propterea in periculo alias peccandi. *Nauar.* Alia autem est ratio de ignorantio iuris, cum est de actu necessario ad salutem necessitate medij.

*Quando quis teneatur corrigere peccãtem venialiter.*

*Tertia instructio.* Non tenetur quispiam sub mortali, emendare eum, qui peccat venialiter; nisi fortè veniale illud sit periculosum, & eius naturæ, vt proximè ducat ad mortale; qualis est ordinaria omissio alicuius obseruantiæ in Religione. Censetur enim venialis illa omissio periculosa propter contemptum interpretatiuum, qui videtur esse in illa frequenti omissione, & qui propterea videtur proximè ducere ad verum contemptum, qui est mortalis. Deinde censetur periculosa propter alios, ne in eandem omissionem, toties sine correctione repetitam, incidant. Sed esto non sit mortale non corrigere Fratrem peccantem venialiter, est tamen consultum & laudabile; quia qui secus facit venialiter peccat *ex Caiet.* Et ratio est, quia sicut veniale peccatum est consulere proximo malum veniale, ita etiam veniale videtur non amouere ab eo malum veniale, cum potes, videlicet per correptionem Fraternam. Deinde non impedire, quantum possibile est, detrimentum aliquod temporale impendens proximo, peccatum veniale est: ergo à fortiori videtur fore veniale non impedire exiguum peccati venialis detrimentum, quod impendet proximo. Accedit quòd quilibet teneatur proximum in effectu etiam diligere, sicut seipsum, volendo nimirum proximo eadem, quę tenetur velle sibi: atqui tenetur quisque sub veniali velle procurare sibi immunitatem à veniali ergo & proximò. Quicquid sit de hac re in a-

*In Summa verbo Correctio.*

lijs, certus ſum in nobis ſub Regula Auguſtiniana militantibus vt minimum eſſe veniale; cum hic D. Auguſtinus oculi petulantiam, quę plerumque non eſt niſi venialis, & quam mortalem depræhendere non poſſumus, correctioni Fraternæ ſubijci velit. Ex quo loco ſatis apparet Religioſum debere in Confratre ſuo corrigere peccata venialia, quæ ſunt periculoſa, & diſpoſitiones quædam proximæ ad mortalia, non autem ea quæ tantummodo ſunt diſpoſitiones remotę ad mortalia; cum iis non debeatur correctio ex neceſſitate ſalutis, ſed tantum ex perfectione charitatis. Peccata autem venialia ſolent eſſe diſpoſitiones proximæ ad mortalia, vel ratione multitudinis, de quibus D. Auguſt. *Noli illa contemnere, quia minora ſunt, ſed time quia plura ſunt*; vel ratione magnitudinis, velut aliquæ detractiones, & nonnulla mendacia; vel ratione diffuſionis quę nimirum ita natura ſua ſunt diffuſiua, vt niſi reprimãtur, apta ſint totum Communitatis corpus inficere, veluti comeſſationes, & compotationes nocturnæ; vel ratione connexionis cum mortalibus, vt familiaria cum mulieribus colloquia, oculorum frequens in eas coniectus, & ſimilia, de quibus hic D. Auguſtinus egit, & quæ ſufficientia eſſe ad neceſſitatem correctionis Fraternę iudicauit. Accedit Statutorum noſtrorum authoritas, quæ Proclamationes in Capitulo etiã venialiũ eſſe neceſſarias iudicat, quãdoquidẽ præcipit vt fiãt. Porro tunc eſt Frater monendus de veniali, quãdo ſpes eſt emendationis, & abſque incõmodo id fieri poteſt, & ſatis ſibi nõ attendit, & probabile eſt peccatũ illud à Pręlato vel alio correctum iri.

*De decem Chordis, ca. 11. tom. 9.*

*Proclamationes in Capitulo*

*Cur pauci accusent se de omissione correctionis Fraternæ.*

*Quarta instructio.* Etsi pauci sint, qui in confessione se accusent, de omissione Fraternæ correctionis, non desinit tamen præceptum illud de correctione obligare ad mortale. Namquòd pauci se de eo accusent est, quòd rarò concurrant omnes circumstantiæ necessariæ ad obligationem correctionis Fraternæ, præcipuè in hominibus plebeijs. De omissione autem correctionis Fraternæ debet Confessarius pœnitentem interrogare, quando probabile est eum in hoc peccasse; alioqui ipse Confessarius cum pœnitente peccat, & cœcus cœcum ducit. *Gregor. de Valent.*

*Peiores facti ob monitionem non sunt iterũ monendi.*

*In 2. 2. q. 33. art. 6.*

*Prouer. 9.*

*2. 2. q. 33. ar. 6*

*Li. 1. de Ciuit. Dei. cap. 9.*

*Nota.*

*Quinta Instructio.* Peccant ij, qui experti sæpius aliquos deteriores factos ob monitionem, iterum monent. Caiet. atque ob hoc dicitur: *Noli arguerere derisorem, ne oderit te*: & fiat videlicet deterior per illud odium, vt exponit Glossa *citat. à D. Thom.* Quod etiam aduertit D. Augustinus, cùm ait, *si propterea quisque ob obiurgandis, & corripiendis malè agentibus parcat, quia opportunius tempus inquirit, vel eisdem ipsis metuit, ne deteriores ex hoc efficiantur, &c. non videtur esse cupiditatis occasio, sed consilium Castitatis*: Quod tamen intelligendum est, quando putatur proximus fore deterior absolutè, & non solum ad breue tempus. Multi enim sunt, qui prima fronte corripientibus irascuntur, qui tamen postea cum ad se redierint, beneficium correptionis, sese emendantes, attendunt. D. Thom.

*In 4. sent. dist. 19. q. 2. ar. 2.*

*Sexta instructio.* Non est necessariò adhibenda correptio, nisi de peccato, in quo quis perseuerat, aut quod alioquin commissurus videatur. Si autem sit plane præteritum, neque eo

ampli

amplius sit astrictus proximus, potest quidem corrigi iuridicè, vt ait Gregor. de Valent. *loco citat.* & puniri à Prælato ratione boni communis, & exempli, non autem fraterne corripi; quandoquidem Fraterna correptio solum intendit priuatum bonum proximi, auferendo ab eo peccati malum; quod non habet locum, quando ipse proximus seipsum emendauit, & hoc est quod voluit Glossa, quando dixit, *Correptiones ad solos Prælatos pertinere.*

*Peccatum præteritum & emendatum potest corrigi iuridicè.*

*Septima instructio.* Non peccat is, qui correctionem differt vsque ad iterationem peccati: cum videlicet probabiliter sibi persuadet, eum qui peccauit, se excusaturum, vel factum negaturum, sicque non emendatum iri, si tunc corripiatur; quo modo solent matres se erga filios latrunculos gerere.

## SPECVLVM LXXIV.

*In quo apparet, quis teneatur correctionem Fraternam exhibere.*

*Prima instructio.* Non solùm Prælati, & Superiores tenentur correctionem Fraternam exhibere, sed omnes omnino ad id obligantur pro loco & tempore, iuxta ea quæ diximus. Omnes enim tenentur proximo indigenti corporaliter, quãtum possunt, adesse: quantò magis indigenti spiritualiter, qualis est peccans? Fateor tamen alios magis, alios minus ad id obligari pro diuersa conditione, & vinculo personarum, nec non obligatione earum ad opera misericordiæ spiritualis exercenda; inter quæ numeratur

correctio Fraterna. Hinc colliguntur sequentes Instructiones.

*Prælati magis obligantur ad correctionem Fraternam, quam cæteri.*

*Secunda instructio.* Superiores, quorum tutelę animæ sunt concreditæ, maiorem habent obligationem ad corripiendum suos subditos, quàm cęteri; ratione officij, quo cum illis colligantur ac vinciuntur, tanquam Patres cum filijs & Pastores cum ouibus; ac propterea illorum curam singularem debent gerere. Vnde est quòd sibi multum timeant Pręlati illi, qui præclarè secum actum esse existimant, seque non seruos inutiles reputant, cum pedum, vel mitram gestauerint, & temporalia procurauerint, vel maiora scandala præpediuerint, nihil vel parum admodum de salute suorum soliciti, sed solum de Prælatis superioribus angariandis anxij. Audiant quæso, & cum emendatione, quod sibi apud Ezech. exprobratur. *Quod infirmum fuit non consolidastis: & quod ægrotum, non sanastis: quod confractum est, non alligastis: & quod abiectum est; non reduxistis: & quod perierat, non quæsistis. & c.* Quod autem Prælati magis ad id obligentur, vel ex hoc patet, quod teneantur sub dispendio vitæ proprię ad corripiendum suos, *vt docet Franciscus Maironis, in lib. 1. D. Augustini de Ciuitate Dei, Cap. 9. Veritate 7* ad quod non tenentur cæteri, nisi in casu necessitatis extremæ: vt docet etiam Sotus *in Relectione de secreto.* Deinde tenentur inquirere de Subditorum peccatis, teste D. Thom. cum tamen alij obligentur solũ corripere peccata, quæ ipsis non indagantibus occurrunt, & non ea inquirere, vt postea docebimus, cum ostendemus Prælatum in ea re negligentem, grauiter peccare, cum

*Ca. 33. & 34*

*Prælati tenentur etiam sub dispendio vitæ suos corripere Membro. 2. q. 2. Conclus. 6.*

*Prælati tenentur inquirere peccata Subditorum.*

*2.2 q. 33. ar. 2. ad 4.*

contra

contra misericordiam,& charitatem, cum etiam contra iustitiam.

*Tertia instructio.* Vt breuiter multa complectar, ij ad corrigendum proximum, magis obligantur, qui maiorem cum eo connexionem habent; vnde cum Religiosi magnis sint inter se necessitudinum vinculis colligati, magnam habent sese mutuo corripiendi obligationem. Colligantur autem inuicem ratione fraternitatis ortæ tam ex natura & fide, quam ex religione. Quare maximè videntur ad correctionem Fraternam obligari, cum Matth. 18. vbi agitur de correctione, iubeatur Frater Fratrem corripere. Tenentur etiam ratione amicitiæ, quam ex Diuus Hieronymus *debent habere inuicem in Christo conglutinatam*; cum Ecclesiastici 19. iubeatur amicus amicum corripere. *Corripe amicum, ne forte non intellexerit &c.* Et Saluator ipse dicat, *Ego quos amo corrigo & castigo.* Tertiò, tenentur ratione proximitatis; cum etiam Ecclesiastici. 19. iubeatur proximus corrigere proximum; cui etiam plus misericordiæ quam extraneo debetur. Quartò, tenentur ratione damni communis. Peccatum enim redundat in damnum commune. *& nostra res agitur, paries cùm proximus ardet*; Sicut ergo cùm pars aliqua Monasterij materialis conflagratur, omnes contendunt ignem extinguere, ne totum comburatur; ita decet omnes laborare in extinguendo peccato, quod Monasterij spiritualis siue communitatis membrum inuasit. Quinto, tenentur ratione Spiritus sancti, cuius Religiosi sunt templa, iuxta illud Augustini. *Et honorate vobis Deũ inuicẽ, cuius tẽpla facti estis.* Tẽpla autẽ

*Religiosi magnã habẽt obligationẽ sese mutuo corripiendi.*

*Apoc. ca. 3.*

*Religiosi sunt templa Spiritus sancti.*

*In Regula.*

debent

debent diligenter à custodibus purgari. Custo des autem inuicem esse debemus, secundum illud etiam D. Augustini, ibidem, *Inuicem ve stram pudicitiam custodite, & Deus qui habitat in vobis, etiam custodiet vos ex vobis.* Sextò, Tenentur ratione Status, qui est status perfectionis: quid autem perfectius charitate, & misericordia? Septimo, ratione artis siue ministerij. Illi enim qui sunt eiusdem artis, & præcipuè in eadem officina laborantes, solent sibi mutuam opem impendere Octauò, ratione consecrationis. Sunt enim omnes Religiosi peculiari quodam modo omnipotenti Deo consecrati, per vota quæ emiserunt. Quis autem vas Deo consecratum, si sordibus scatet, purgare non studeat? Nonò, ratione spiritualis vitæ, quam ipsi delegerunt, & quæ huiusmodi eleemosynam spiritualem videtur requirere. D. Paulus. *Vos qui spirituales estis, instruite huiusmodi,* scilicet peccantem. Decimò, ratione exercitij Monastici. Religio enim Monastica est quoddam exercitium tendendi ad perfectionem, facilior illo: a quod exercitium perfectionis hoc exercitio quod in humilitatis omnium virtutum basis, a principis actu frequentissimo, & quotidian consistit, expeditius excogitari potest? Vndecimò ratione obedientiæ, quam præ cæteris votis colere debet Religiosus. Obedit enim qui semper paratus est ad correctionem Fraternam recipiendam, non solum Superioribus, sed etiam æqualibus & minoribus, à quibus hoc beneficium correctionis præstolatur, cum paratus sit eorum monitis acquiescere.

*Ad Gal. c. 6.*

*Religio est exercitium tendendi ad perfectionem.*

*Quarta instructio.* Confessarij tenentur ratione officij peculiariter corripere pœnitente in co

*Confessarius tenetur corripere pœnitentem.*

in confessione, non extra; nisi pœnitens significaret id esse sibi gratum, & ipse inciperet de illis loqui, & consilium petere. Sotus libr. de ration. tegendi secr.

## SPECVLVM LXXV.

*In quo apparet ordo seruandus in correctione Fraterna.*

PRima instructio. Quamuis non possit vniformis, & perpetuus ordo in correctione Fraterna obseruari, sed aliquãdo variãdus sit secundum circumstantiarum occurrentium diuersitatem, ad arbitrium boni, & prudentis viri, tamen quantum fieri potest, is ordo est seruandns, qui famæ proximi conseruandæ est omnium aptissimus, cum assecutione finis fraternæ correptionis, qui est spiritualis salus proximi. Hunc modum & ordinem aptissimum nobis præscripsit Dominus his verbis. *Si peccauerit in te Frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipsum solum. Si te audierit, lucratus eris Fratrem tuum: si autem te non audierit, adhibe tecũ adhuc vnum, vel duos, vt in ore duorum, vel trium testium stet omne verbum. Quod si non audiuerit eos, dic Ecclesiæ. Si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus.* *Matt. 18.*

*Secunda instructio.* Præceptum istud de corripiendi ordine, & modo, non obligat pro omni tempore & in omni casu; sed tantummodo, quando iudicabitur necessarius ad emẽdandum *Correctio Fraterna nõ obligat omni tẽpo-*

nitate compertum. Quintus Casus est, quando peccatum quantumuis occultum vergit in detrimentum Communitatis, & periculum est in mora nec spes est posse illud priuata monitione impediri. Sextus Casus est, quando peccatum Fratris quantumuis occultum cedit in aliquorum, vel alicuius particularis damnum magus iactura qualicumque famæ Fratris apud Superiores denuntiati. Atque hi sunt sex Casus, in quibus non est necessariò seruandus modus correptionis à Saluatore præscriptus. Quibus addiderim libenter septimum cum Vmberto *Cap.* *90.* Septimus igitur est, quando peccatum quantumuis occultum, est exiguum, & de genere venialium communium, vt risus nimius, & similia, ita fragilitati humanæ commixta, vt vix eis careat. Ista, inquam, peccata, *quia sunt*, vt ait idem Author *cuiusdam quasi necessitatis, & non vehunt secum notabilem verecundiam, ac proinde neque infamiam, non egent admonitione præuia, sed possunt Prælato denuntiari*, vel in Capitulo proclamari, prout mos est in nostro Ordine, ac in multis alijs; quandoquidem ratio cur debeat præcedere secreta admonitio, ex Doctorum consensu est, vt si fieri possit, parcatur famę peccantis, & peccandi pudor illi non subripiatur, qui facilè peccato palam facto perditur.

*Matt. ca. 8.*

*Potest addi septimus Casus.*

*Cur secreta monitio debeat permitti.*

*Quarta instructio.* Vt autem huius correctionis praxis oculis Religiosorum, apud quos, ratione Charitatis mutuæ, locum maximè debet habere correctio Fraterna, manifestè subijciatur, operepretium iudicaui, ea quæ in fine *Cap. 90.* habet Vmbertus adijcere. *Culpa* (inquit) *vel est manifesta vel occulta Si primū, non requi-*

*ritur*

*ritur secreta Correctio; neque enim de huiusmodi locutus est Saluator, quando dixit. Si peccauerit in te Frater tuus, vnde illud (in te) id est, te solo sciente, exponit Glossa: si occulta, distinguendum est; quia culpa occulta aut versatur circa minima, aut circa maiora, quæ secum vehunt infamiam. Si primum, non requiritur etiam admonitio secreta. Si secundum, iterum distinguendum est; quia vel præsumitur quòd proderit correctio secreta, & tunc non potest sine peccato omitti. Aut non præsumitur; & hoc iterum dupliciter, nempe quia præsumitur, quòd omnino non proderit, vel quod non proderit sufficienter, & tamen non est occasio mali, & tunc potest, & debet omitti, & peccans, sine vlla præuia admonitione, Prælato denunciari.* Ex his colliguntur sequentes Instructiones.

*Quinta instructio.* Monitio secreta, vel testium productio potest prætermitti sine peccato, quã do quis iure suspicatur peccantem simulaturum emendationem post monitionem secretam, vt postea cautius & impunè peccet, & hanc esse causam existimo, cur Ioseph *Genes. 37.* nulla adhibita secreta monitione, Fratres de crimine pessimo ad Patrem detulerit. Colligitur autem hęc instructio ex D. Thom. & alijs *in 4. Sent. Dist. 19.*

*Genes. Cap. 37*

*2.2. q.33. ar. 8. ad 1.*

*Sexta instructio.* Qui defert Hæreticum ad Superiorem, nulla prius adhibita secreta monitione, non peccat, quia periculum est in mora: est enim adeo contagiosum & exitiale hoc peccatum, vt vix possit bene prospici communitati per secretam monitionem. Vide Tertullianus; *Negotium* (inquit) *est Hæreticis non Ethnicos conuertendi, sed nostros euertendi.* Ita docet Sotus *in relectione de sigillo secreti.*

*Lib. de Præscriptionibus Hæretic.*

*Septima*

*Septima instructio.* Qui denuntiat Superiori, nulla præhabita secreta monitione, Fratrem machinantem alteri mortem, non peccat. Vita enim huius anteponenda est alterius famæ, vt docuit Paluda. Sicut etiã non peccat, qui proditorẽ ciuitatis, sine monitione secreta denũciat. *In 4. Sent. dist. 19. q. 4.*

*Octaua instructio.* Peccat mortaliter, qui de secreto peccato graui corripit Fratrem, coram alijs id nescientibus, cum notabili damno famæ, vel periculo probabili illius, non seruato correctionis Fraternæ ordine.

*Nona instructio.* Licitè & laudabiliter potest in aliquo Monasterio, siue in tota aliqua Religione, more atque instituto recipi, vt Religiosi omnes propter maiorem progressum spiritualem, & ad maiorem humilitatem, & submissionem, & ob securitatem maiorem à recidiuo, faciant potestatem Socijs indicandi statim Superiori, quodcumque eorum peccatum extra Confessionem notum. Ita Bannes. *Illud est conforme Statutis Ordinis nostri Præmonstratensis. In 2. 2. q. 33. ar. 8. Dub. 2.*

*Decima instructio.* Cum proximus ob peccatum à se paratum amisit iam famam apud suum Prælatum, non peccat, qui seclusis monitione & testium inductione, agit cum Prælato de illius emendatione. *Greger de Valent. In 2. 2. Disp. 3. q. 10.*

## SPECVLVM LXXVI.

*In quo apparet, qua intentione oporteat proximum corripere.*



PRima instructio. Correptio Fraterna actus est Misericordię & Charitatis, propterea non debet fieri ex odio, vel ob prauum finem, sed debet fie-

ri cum bona, & medicinali intentione; peccatque mortaliter, quicumque cum intentione mortaliter mala proximum corripit. *Nauar.* Intentio autem, quam debet corripiens habere, est, ne cœpta mala progrediantur, sed de proximo corrigantur. Quo loco duo explicanda videntur. Inprimis quæ sit mala intentio. Deinde coniecturæ aliquæ sunt afferendæ, ex quibus cognosci possit aliquem cum mala intentione corripere. Quod ad primum attinet, Mala intentio censetur illa, quæ fit ex odio eius, qui corripitur; qualis est illa, quę fit secreto ad excitandum correptum ad choleram, iuramenta, maledictiones, periuria, blasphemias; vel ad inducendum eum ad continuandum peccatum, & addendum peccatum peccato, vel ad eum perturbandum: qualis est illa etiam, quę fit coram testibus: vel denunciat Pręlato, ad reddendum denunciatum odiosum: vel ad eum diffamandum: vel ad impediendum, ne perueniat ad Prælaturam: vel ad se illi præferendum: vel ad reddendam talionem. Quicumque vna harum intentionum corripiunt peccantem, vel denunciant, peccant mortaliter, *&* *conuertunt* (vt dicitur apud Prophetam) *iudicium in absynthium,* id est, reddunt medicinas ab ipso Medicorum Medico inuentas, & iniunctas, omnibus odiosas; faciant Capitula hominibus nondum in mortificationis via exercitatis, inuisa. Imo vero quandoque etiam ipsis fortioribus reddunt molesta. Hinc Capitula, emendationis scholas, in deteriorationis, vel obstinationis cauernas conuertunt, & purgatorij locum (quale est Capitulum) in Inferni atrium, quasi Dæmones commutant. Sunt e-

*Ca. 24. Manu. num. 14.*

*Intentio corrigẽtis fraternè.*

*Mala intentio*

*Amos ca. 5.*

nim

nim veluti Dęmones accusatores Fratrum suorum, & similes ijs, qui afflicto dant afflictionem. De his conqueritur Iob, *Conscidit me vulnere super vulnus.* Et vates Regius: *Super dolorem vulnerum meorum addiderunt.* Et merito. Sunt enim similes proditoribus Medicis, qui ægris loco medicinæ, venenum porrigunt. Quod autem attinet ad secundum, illi præsumuntur mala intentione denunciare, qui denunciant eos, à quibus ante paucos dies denunciati fuerunt: vel qui nō seruant modum in accusando, sed nunc occulta illicitè promulgant, nunc suspiciones proferunt, nunc falsa imponunt: vel denunciant eis, qui non possunt prodesse, sed solent obesse: vel in pœnitentem sęuiunt: vel cum maximè vitiosi sint, aliorum vitia denunciant. Si enim amore salutis proximi id facerent, prius hunc amorem à se inchoarent, cum charitas bene ordinata incipiat à seipsa.

*Cap. 16. Psalm. 68. Similitudo.*


*Signa denuntiationis factæ cum mala intentione.*

*Secunda instructio.* Qui bona intentione corripit, debet ex intima quadam beneuolentia, &, quoad fieri potest, cum lenitatis, humilitatis, compassionis, discretionis, moderaminis, & tranquillitatatis spiritu corripere. Ita Vmbertus Cap. 89. D. vero Gregor. Nazian. modū hunc fraternè reprehendendi proximum describit. *Hanc rationem tene, vt partim illos corrigas; idque leniter & humane: non vt hostis, neque vt durus & rigidus medicus, neque vt sectionibus tantum, & cauteriis aduersus morbum sciens grassari; partim teipsum accuses, infirmitatisque tuæ tibi conscius sis.*

*Orat. de moderatione in disputationib. habenda.*

## SPECVLVM LXXVII.

*In quo correctionis Fraternæ vtilitas apparet.*



*Quãtum bonũ sit correctio Fraterna.*

*Nſtructio vnica.* Vtilitas correctionis in eo eſt. Inprimis, quòd vitetur peccatum mortale, quod alioqui nõ corrigendo incurreretur. Secundò, quod præceptum Dei ac Regulæ noſtræ impleatur. Tertiò, quòd charitas, & miſericordia ſpiritualis exerceantur. Quartò quòd laboretur pro anima, pro qua Chriſtus ad mortẽ crucis vſque laborauit. Quintò, quòd anima, vt minimum vna ex Erebi faucibus eripiatur, nimirum correcti, vel corrigentis; corrigens enim lucratur animam Fratris ſui, vel ſaltem ſuam liberat. Sextò, quod Dæmon longius ablegetur, non minus quam lupus, cum clamatur. Alioqui, vt ait D. Bernardus verè, & grauiter ſanè, *vbi nullus timetur reprahenſor, ſecurus accedit tentator, & faciliùs perpetratur iniquitas.* Septimò, quod ſic peccatum alioqui incognitum, cognoſcatur. *Corripe amicum, ne fortè non intellexerit, & dicat, non feci.* Octauo, quod ſic ab iterandis peccatis caueatur: *Correptio* enim (ipſius Sapientis teſtimonio) *tribuit ſapientiam.* Nono, quod correcti puritas augeatur. Vas enim argenteum, quo magis confricatur, eo purius efficitur. Quæ vtinam omnes intenta mentis acie perpenderemus. Tunc in nobis, non ſine ſpiritali progreſſu adimpleretur, quod de probis vaticinatus eſt Eccleſiaſticus. *Vir prudens & diſciplinatus non murmurabit correptus.*

*Li. de Anima, ſeu Medit. ad Hugonem. Cap. 14.*

*Eccleſ. ca. 19.*

*Prou. 29.*

*Cap. 10.*

MAN

## MANDATVM 51.

Si autem & post admonitionem iterum vel alio quocumque die idipsum eum facere videritis, iam velut vulneratum sanandum prodat, quicumque hoc potuerit inuenire. Prius tamen & alteri vel tertio demonstratum, vt duorum vel trium possit ore conuinci, & competẽti seueritate coerceri.

*Obligat sub mortali, nisi circumstantiæ aliter doceant faciendum.*

## *SPECVLVM LXXVIII.*

*In quo videtur, ad quid inductio testium & denunciatio requirantur..*

PRima instructio. Hic agitur de denunciatione, & Testium inductione, quæ debet præcedere denuntiationem, si videlicet illa testium inductio sit vtilis & necessaria, vel ad confirmandum illud esse peccatum, quod proximus committit, vel ad addendum pondus correptioni, vel ad corripiendum. Dicitur enim: *Si eos non audierit* &c. vel ad conuincendum de actu coram eodem Prælato. Quandocumque vno ex his modis possunt prodesse Testes, sunt de præcepto Dominico adhibendi. Nam, vt ait Bannes, Peccatum est omittere modum à Christo præscriptum in correctione Fraterna, sine aliqua iusta causa.

*Testes quid prosint in correctione Fraterna.*
*Matt. ca. 18.*

*In 2. 2. q. 33. ar. 8. Dub. 2. Conclus. 5.*

*Secunda instructio.* Etsi hic D. Augustinus vtatur his verbis (*quicumque potuerit inuenire*)

non tamen obligat præceptum correptionis, nisi eum, qui peccatum Fratris nouit, iuxta illud, *Si peccauerit in te Frater tuus*, id est, te sciente. Neque tenetur is, qui priuata persona est, indagare aliorum peccata, in eum finem, vt corripiat, vt notat D. Thom. & Caiet. sed satis est, si ea, quæ ipsi negotijs suis inuigilanti occurrunt, corrigere, & emendare tentet, quod voluit hic D. Augustinus, & non aliud, quando dicit (*quicumque hoc potuerit inuenire*) vt ipse alibi explicat. *Admonet* (inquit) *nos Dominus noster non negligere inuicem peccata nostra; non quærendo quid reprahendas, sed videndo quid corrigas.* Solius enim Prælati est, cui ex officio incumbit cura animarum, id præstare, cum ad hoc sit speculator à Domino constitutus. *Quæ enim potest esse pastoris excusatio* (inquit D. Gregor.) *si lupus oues comedit, & pastor nescit?* Qua in re debet se caute & prudenter gerere Prælatus. *Ne multa suspicio* (inqui t Caiet.) *præcipitem & exosum eum reddat, neue contra incuria multiplicationem pariat peccatorum occultorum, &c.*

*Matth. cap. 18.*
*Persona priuata non tenetur indagare aliorum peccata.*
*2.2.q.33.ar.4 ad 4. in Summa, verbo Correctio.*
*Ser. 16. de Verbis Domini.*
*Prælatis est indagare peccata Subditorũ.*
*Li. 2. Registri, seu Epist. Epi. 52. ad Ioan. Episc. Constantinopol.*

## MANDATVM 52.

*Obligat sicut præcedens.*

Nec vos iudicetis esse maleuolos, quando hoc iudicatis. Magis quippe innocentes non estis, si Fratres vestros, quos iudicando corrigere potestis, tacendo perire permittitis. Si enim frater tuus vulnus haberet in corpore, quod vellet occultari, cùm timeret secari: nonne crudeliter abs te sileretur, & misericorditer indicaretur? quãtò ergo potius debes manifestare vulnus animæ, ne deterius putrescat in corde?

## SPECVLVM LXXIX.

*In quo apparet crudelitas eorum, qui nolunt peccantes denunciare.*

PRima instructio. Hæc verba (*Nec vos iudicetis maleuolos*) directè militant contra eos Religiosos, qui nullo modo possunt sibi persuadere licitam, vel vtilem esse in Monasterijs denunciationem. Illi præterquam quod Legislatorem suum sic precipientem arguunt, directe etiam in eum, qui est ipsa Veritas, inuehuntur, ipsum mendacij insimulare volentes. Quippe qui peccata inferiorum seruato correctionis Fraternæ ordine, ad Prælatos deferri præcipiat, & eum medendi infirmitatibus Fratris modum, bonum, vtilem, ac necessarium iudicet; quandoquidem eum precipit obseruari. Porro qui nolunt Fratres peccantes Prelato denunciare, in multis peccare inueniuntur. Primò eos, quibus illa non denunciatione parcere videntur, grauiter lædunt, quia læsionem, & vulnus eorum non ostendunt: quod insinuauit D. August. his verbis. *Si enim Frater tuus vulnus haberet, &c.* Idem agnouit in Epistola ad D. Hierony. *Obsecro te* (inquit) *per mansuetudinem Christi, si læsi te, dimittas mihi; nec me vicissim lædendo reddas malum pro malo. Lædis enim si tacueris mihi errorem meum quem in factis meis vel dictis inueneris.* Hinc est quod tales non sint innocentes. Secundò, Confratres suos occidere spiritualiter censentur. *Tot occidimus* (inquit D. Greg.) *quot ad mortē ire tepidi & tacentes videmus.* Hinc est quòd tales nō sint innocētes. Tertio dedignātur

*Detrahentes denuntiationibus, detrahūt non solum D. Augustino, sed etiam Deo.*
*Matt. c. 18.*
*Nolentes denunciare peccantes peccāt multipliciter.*
*Qui parcit non corripiendo, lædit.*
*Epist. 15. vide & 9.*

periculum, quod capiti Confratris imminet ostendere, & sic eius periculum, & perditionem amare conuincuntur. D. August. *Tu vulnus Fratris tui contemnis? Tu eum vides perire, & negligis? peior es tacendo, quam ille conuiciando.* Hinc etiam est quod tales non sint innocentes. Quarto, non sunt bona membra Communitatis. Bonum enim membrum solet alteri indigenti, & ægro subuenire. Et quis in Monasterio non agnoscat corpus, cuius caput est Superior, inferiores vero membra? Hinc est etiam quod tales non sint innocentes. Quinto, non funguntur officio boni commilitonis, cuius est socium oppressum erigere, & tutari. Sumus quidem omnes, quotquot in hac vitæ militia sumus, commilitiones; Nam *nō est nobis colluctatio aduersus carnem & saguinem, sed* perpetua *aduersus Principes & potestates tenebrarum harum, aduersus mundi Rectores, contra spiritualia nequitiæ in Cœlestibus.* Sed præcipuè Religiosi sunt sibi inuicem commilitones, cum bellum peculiare carni, mundo, Dæmoni, & sibiipsis indixerint. Hinc est quod in propulsando à sese inuicem inimico accurati esse debeant; quales non sunt, qui peccata alioqui incurabilia, Prælato, vt ea curet, ostendere nolunt. Quare tales innocentes non sunt. Sexto, sunt crudeles erga cōmilitonum vulnera. Quis enim militem non appellet crudelem, qui medendi arte peritus, nolit commilitoni suo vulnerato emplastrum adhibere? Quis autem in Communitate adeo expers est medicinæ spiritualis, vt non possit eam adhibere? quandoquidem sola est opus denunciatione. Peccata autem esse vulnera nullus ambigere potest, qui

*Cit. Ser. 16. de verbis Domini*

*Religiosi sunt membra Communitatis.*

*Ad Eph. c. 6.*

*Religiosi sunt Cōmilitones.*

*Vnusquisque potest esse medicus spiritualis.*

Dauidis

Dauidis Psalmos aliquando percurrerit: vel hos ipsius versiculos attenderit. *Tu humiliasti sicut vulneratum superbum. Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi.* Id etiam colligi potest ex Isa. *Vulneratus est propter iniquitates nostras.* In quẽ locum alludens D.Bernard. sic loquitur. *Agnosce o homo, quàm grauia sunt vulnera, pro quibus necesse est Dominum Christum vulnerari. Si non essent hæc ad mortem, & mortem sempiternam, nũquam pro eorum remedio Dei filius moreretur.* Septimò, sunt ipso diuite epulante erga miserum Lazarum crudeliores. Ille enim corporis cibum, hi ipsius animæ denegant; ille vulnera corporis, hi animæ ipsius curare contemnunt. Octauò, negligunt imaginem & similitudinem Dei; quandoquidem eam conspurcatam detergere recusant. Nono, omnibus illis peccatis inuoluuntur, quæ denunciando corrigere, vel impedire poterant. Extat enim Iuris pronunciatum: *Qui manifesto facinori desinit obuiare, cùm potest impedire, ipsum perpetrare censetur.* Vnde non solùm sunt crudeles erga alios, quos non denunciant, sed etiam erga seipsos; cùm eadem sibi vulnera infligi per peccati taciturnitatem promereantur, quę alij per peccatum illud contraxerunt. Vnde non solum semel peccant, deliberando nunquam denunciare Confratrem, sed etiam quotiescumque Confrater ille, & cæteri in ipsum, id est, ipso sciente peccant. Et hoc etiã est, quod docuit alicubi D. Gregor. his verbis *Qui emẽdare potest. & negligit, participem proculdubio se delicti constituit.* Decimò, malorum audaciam fouent, Ecclesiastici 8. *Quia non profertur citò contra malos sententia, absque timore vllo filij hominum perpetrant*

*Psalm. 88.*
*Psalm. 37.*
*Cap. 53.*
*Ser. 3. de Nat. Domini, de loco, tempore, & aliis circumstantiis.*
*Luc. ca. 16.*
*L. 2. ff. de Noxal. Action.*
*Eccl. cap. 8.*

*mala.* Vndecimò, nullo sunt zelo accensi pro honore Dei, de quo zelo loquens Dauid ait: *Perfecto odio oderam illos.* perfectum enim odium est odium peccati. Et, *In matutino interficiebam omnes peccatores terræ.* Nullo, inquam, ducuntur zelo honoris Dei. Si enim dolerent eum offendi peccatis, peccata impedirent per denunciationem, si aliter non possent. Quare de ijs conqueritur Dominus per Ezechielem, *Non ascendistis ex aduerso, neque opposuistis murum pro domo Israel.* Duodecimo, qui nolunt corripere Confratres, neque amant Deum, neque proximum; qui enim amat Deum, eius beneplacitum omnibus modis curat impleri, & dolet si non impleatur; quare necesse est eum, qui contra Dei beneplacitũ facit, reprehendat. Qui vero proximũ amat, eius salutẽ amat & procurat; & quomodo salutẽ amat & procurat, qui eũ in damnationis pericula ruentẽ nõ impedit, quantum potest? Hoc eleganter describit sanctus Doctor Bonauentura. *Amor* (inquit) *Dei non tantum desiderat eius dulcedine frui, & ei adhærere; sed etiam diligit eius beneplacitum impleri, eius cultum ampliari, & honorem sublimari. Vult enim eum ab omnibus agnosci, ab omnibus amari, ab omnibus ei seruiri, & super omnia honorari. Amor proximi desiderat non tantum eius corporalem sospitatem. & temporalem prosperitatem, sed magis eius æternam salutem. Vbi ergo charitas ista perfectior, ibi feruentius desideriũ ista promouendi, & instantius studium, & purius gaudium, vbi hæc inuenit. Charitas enim* (teste Paulo,) *non quærit quæ sua sunt, sed quæ DEI sunt. Quantum vero diligis Deum, & quæ Dei sunt purius desideras, tantum doles de offensa Dei,*

*Psalm.138.*
*Psalm.100.*

*Non amat Deum, qui nõ corripit proximum.*

*Trac.2. de alis Seraphim, Ala prima. c.3 Præclarum sancti Bonauenturæ documentum.*

*1. Cor. 13.*

*vbi*

*vbi vides eum non agnosci, & ideo non honorari; vbi vides eum non amari, & ei non obediri, & eius cultũ destrui, & aduersarios multiplicari, & lætificari. Et quantũ diligis salutẽ proximi, tãtũ affligeris de perditione eius, & nocumẽto profectus eius.*

*Secunda Instructio.* Tantum in Religione bonum est denunciatio, vt in nulla re impediendа magis laboret Sathan, quàm in illa. His suggerit, denuntiatione perturbari proclamatorum animos. Istis eorum odium incurri, istis persuadet illud crudelis esse animi, alijs inclamat periculum sibi creari. Quam Dæmonis calliditatem si omnes aduerterent, facili negotio harum rationum fucum à se remouerent. Nam quod attinet ad perturbationem, & odium proclamati; illa inter studentes perfectioni plerumque non accidunt, & si accidunt, non perdurant; sed post exiguum temporis lapsum prætereunt; alioquin faterer denunciationem non esse faciendam ratione boni particularis delinquentis, sed ratione boni cõmunis, quod suis peccatis delinquens euertit: quod puto voluisse D. Gregor. alicubi, quando ait: *Si ab increpatione idcirco retinemur, quia contra nos surgere odia formidamus, iam non lucra* Dei *quærimus, sed nostra.* Quod verò attinet ad mala, quæ sibi imminere quis ex proclamatione persuadere potest, si tanta ac tam magna, & certa sunt, vt bonum in proclamatione prætensum superent, proclamationem omitti posse cum Doctoribus non dubito. Sed quia plerumque illa, quæ imminent mala, aut exigua sunt, aut nulla, oportet auxiliũ proximo viriliter exhibere, iuxta illud. *Ne reuerearis proximũ tuũ in casu suo, nec retineas verbũ in tempore salutis*

*Sathan totus est in impediendis denunciationibus.*

*Eccles. cap. 4.*

Hic

Hic enim timor videtur prædominari Fraternæ charitati, & ex nimio amore sui proficisci, ac propterea à mortali excusari non potest, vt docet D. Thom. Denique quòd attinet ad eam, quam prætendunt nonnulli de crudelitate excusationem, est planè calua. Non enim sapit crudelitatem, sed misericordiam, periculosis adeo vulneribus Confratris, qualia sunt peccata, mederi. Periculosa autem vulnera censentur peccata, quia vno solo medico mediante, nimirum Christo, curari queunt. *Quasi rompheа bis acuta omnis iniquitas: plagæ illius non est sanitas.* Deinde potissimam hominis partem, scilicet animam vulnerant. *Homo* enim *occidit per malitiam animam suam.* Cum igitur peccatum sit vulnus grauius omni vulnere corporali, bonum conficit argumentum à minori Pater sanctissimus his verbis: *Si enim Frater tuus vulnus habere in corpore.* Accedit quòd, vt patet ex definitione correctionis Fraternæ allata, sit actus misericordiæ denunciare; non ergo crudelitatis. Imo vero superiori Instructione ostendimus, actum esse crudelitatis non denunciare, siue proclamare peccantem. Et reuera qui misericordiæ & charitatis opera exercere recusat, crudelis, vt alter Turca, censetur. Sed si crudelitas est denunciare, nonne Christus Dominus, Agnus mansuetissimus, qui modum illum naturaliter adinuentum suo præcepto confirmauit, non solum crudelis, sed etiam crudelitatis suasor & imperator censeri debet? Hanc excusationem eleganti similitudine profligat idem sanctissimus pater Augustinus. *Si duo aliqui in vna domo habitarent, quam certissimè sciremus esse ruituram, nobisque id prænuntiantibus, nollent*

*22. q. 33. art. 2. ad 3.*

*Non est crudelitas in denunciationibus, sed misericordia.*

*Ecclesi. ca. 21.*

*Sap. ca. 16.*


*Li. de Correct. Donatistarū. cap. 21. Et Epist. 50.*

*credere, atque in ea manere resisterent; si eos inde possemus eruere, vel inuitos, quibus imminentem illam ruinam postea demonstraremus, vt redire vlterius sub eius periculum non auderent; puto nisi faceremus, nō immerito crudeles iudicaremur. Quid igitur* (subiungit inferius, post pauca) *de opere misericordiæ, pro vita æterna adipiscenda, & pœna æterna vitanda, hominibus debemus impendere. iudicandum est. si pro salute ista, non solum temporali, sed etiam breui, sic nos hominibus subuenire, ratio vera & benigna compellit?*

## MANDATVM 53.

Sed antequam alijs demonstretur per quos conuincendus est, si negauerit, prius Præposito debet ostendi, si admonitus neglexerit corrigi: ne fortè possit, secretius correctus, non innotescere cæteris.

*Non obligat, nisi hoc modo famæ proximi consultum iri credatur.*



INstructio vnica. Duplex est horum verborum sensus. Quidam enim, vt D. Thom. Richardus, Adrianus *in quæstionibus de Correctione Fraterna*, Gabriel *lect. 74. in Canonem Missæ*, & Sotus *in Relectione de Secreto*, & Syluester *verbo Correctio. Nauar. 4.* & Vmbertus quintus Generalis Ordinis Prædicatorum *in Commentarijs suis ad Regulam* D. *Augustini Cap. 97.* arbitrantur, priusquam Testibus, debere dici Prælato, vt est quædam singularis persona; quę magis potest *prodesse* quam alij, nimirum tanquam Pater, non autem debere ei dici prius tanquam Iudici. Ali-

*2.2.q.33. ar ad 4.*
*In 4. Sent. dist 19. art. 3. q. 2. ad 2.*

ci. Alij vero, vt Hugo à ſancto Victore *in Commentariis ad Regulam* D. *Auguſtini cap. 6.* exiſtimant prius eſſe oſtendendum teſtibus, quam Prælato. Hanc vltimam ſententiam etſi probabilem exiſtimem, vtpote quæ prima fronte videatur intentionem Chriſti de denuntiatione continere, & eſſe verbis Chriſti conformis, tamen aliam probabilem exiſtimo, tum quod ita plane hic ſentiat D. Auguſtinus; tum quod optime conſulatur famæ proximi hoc modo, ne nimirum apud Teſtes diffametur: tum quòd hæc pene ſit praxis. Solent enim plerumque Religioſi poſt primam admonitionem Prælato peccatum indicare; tum quod multi ſunt, qui dicant, ne quidem opus monitione præuia, quando Prælatus eſt probus & prudens, vt Emanuel Sa *in ſuis Aphoriſmis. verbo Correptio.* ergo à fortiori, non erit opus Teſtibus ante reuelationem faciendam Prælato, poſt monitionem. Tandem in hac ſententia adimpletur præceptum Domini, quia quando priuſquam Teſtibus indicatur Prælato, non indicatur, niſi vt Patri, & particulari perſonę, quæ poſſit magis prodeſſe, quam alij, & ſicut alteri teſti; non autem vt Iudici.

*Matt. 18.*

*Prius Prælato vt perſonæ priuatæ, quam teſtib. videtur denunciandũ.*

## SPECVLVM LXXX.

### *In quo apparet Proclamationum, quæ fiunt in Capitulo, fructus.*

PRima *inſtructio*. Quicquid ſit de præcedentium ſententiarum veritate; certum eſt non eſſe peccatum, ſi in Capitulis proclamentur aliqui leues defectus, nulla ſecreta monitione præmiſſa, &

nullis

nullis testibus adhibitis; quia, vt antea diximus ex Vmberto, cōmemoratio talium culparū communiter famæ non derogat, & maximè prodest disciplinę Religiosę, ne quis impunè huiusmodi culpas cōmittat, sicque Religiosa disciplina dissoluatur. D.Thom. Quare videntur mihi illi Prælati parum sui muneris solliciti, qui huiusmodi Proclamationes in dissuetudinem abire permittunt. Sunt enim illæ velut nerui disciplinæ Monasticæ; & illis prætermissis facilè dissoluuntur omnes obseruantię, quæ sunt veluti sepes, aggeres, muri, & Castella, quibus vita Regularis conseruatur, & vota ab inimicis illæsa custodiuntur. Quare si verum est, quod dicunt Bannes & Sotus à nobis alias sæpissimè citati, Prælatum videlicet peccare mortaliter, qui peccata venialia perturbantia statum Religionis passim grassari permittit, certè peccabit etiam mortaliter, qui proclamationes, vera illorum peccatorum remedia, deperire penitus sinit.

*2.2.q.33.art 7. ad 4.*

*Damnantur Prælati, qui negligunt Proclamationes.*

*Secunda Instructio.* Quicumque volunt Monasteria sua collapsa pristino nitori restituere, vel restituta in assuetas dissolutiones non redire, debent sedulò Proclamationes, quarum opera nullum malum inultum relinquitur, restituere, & restitutas accurratè conseruare. *In hoc enim differunt* (inquit sanctus Doctor Bonauentura) *laudabiles Religiones à iam dilapsis, non quod nullus peccans in laudabilibus reperiatur, sed quod nullus impunè peccare sinatur, & peccandi aditus studiosè præcludatur, & incorrigibiles & alios inficientes eliminentur & boni foueantur, & diligantur, vt perseuerent, & in melius semper proficiant.*

*Optimus modus restituēdi Monasteria difformata.*

*Loco cit. id est Trac. de 6. alis Seraphim, ala prima. c.3.*

*Discrimen inter Monasteria reformata & difformata*

## MANDATVM 54.

*Obligat sub mortali, nisi circumstantiæ doceant aliter faciendum.*

Si autem negarit; tunc neganti adhibendi sunt alij: vt iam coram omnibus possit, non ab vno teste argui, sed à duobus, vel tribus conuinci.

I*Nstructio vnica* Ostendimus superius, ad quid necessarij sint Testes in hoc processu Fraternæ correctionis.

## MANDATVM. 55.

*Obligat sub mortali, nisi excuset subreptio.*

Conuictus verò, secũdum Præpositi, vel etiam Presbyteri, ad cuius dispensationẽ pertinet arbitrium, debet emendatoriam subire vindictam.

## *SPECVLVM LXXXXI.*

*In quo apparet obligatio Prælati ad puniendum Subditos.*

P*Rrima instructio.* De pœnis, quas debet Prelatus infligere pro varietate criminum, non est opus hic agere, quandoquidem eæ habentur Dist. 3. Statut. nostrorum.

*Secunda instructio.* Ex huiũs Mandati vigore, & officio suo debent Prelati proclamatos punire. id enim ab eis requirit Dominus. *Quis consurget mihi aduersus malignantes, aut quis stabit mecum aduersus operantes iniquitatem?* Debent autem punire pro grauitate delicti, iuxta Sta-

*Psalm. 93.*

tutorum

futurum Decreta, & non facilè circa pœnas à Statutis constitutas dispensare, vt Dist.3.passim vetant Statuta; ne illa dispensatio peccandi licentiam faciat ampliorem; & ne ipsi velut Heli Sacerdos, in hac vita & futura propter filiorum suorum excessus, & defectus nimis leniter castigatos puniantur. Non sufficit more illius Sacerdotis Subditos his, vel similibus verbis increpare. *Quare facitis res huiusmodi, quas ego audio, res pessimas, ab omni populo? Nolite filij mei: non enim est bona fama, quam ego audio, &c.* Non sufficit (inquam) eo se modo corrigendi erga Filios suos spirituales gerere, quomodo nostri seculi complures Prælati se gerunt, sed necesse est magno vulneri magnum emplastrum adhibere.

*Heli Sacerdotis punitio.* *1.Reg.ca.2.*

*Tertia instructio.* Prælati non solùm tenentur corrigere, quæ ipsorum oculis vltro obijciuntur, sed etiam de peccatis suorum Subditorum inquirere. Inprimis quia sunt Speculatores à Deo constituti. Speculatoris autem est, inquirere de inimicis, qualia sũt peccata, & circumspicere ne ciuitatem ingrediantur. Secundò, id docet D. Thom. Tertiò, Sunt Pastores & vigiles animarum constituti. Hinc est, quòd D. Gregor. his verbis eum arguat. *Quæ potest esse Pastoris excusatio, si lupus oues comedit, & Pastor nescit?* quasi dicat, Pastorem animarum sic debere Subditorum suorum actiones rimari, & attendere, vt eorũ exteriora peccata non possit dici nescire. Quartò, quia id eis incũbit ex officio, sicuti hospitalis alicuius Magistro incũbit inquirere de necessatib. corporalibus pauperũ.

*Prælati debẽt inquirere peccata Subditorũ* *Ezech.33.* *2.2.q.33.ar.2 ad 3.* *Li.2.Registri Epist.53.ad Ioan. Episc. Constantinop.*

*Quarta instructio.* Prælati tenentur cum periculo vitæ sub pœna peccati mortalis, suos corrigere, vt docet Sotus *in Relectione de Secreto*

*Prælati etiã cũ periculo vitæ*

& Nauar. Si ita est, qua conscientiæ pace frui possunt, qui vix vnquam, nisi maiora scandala in Subditis corripiunt?

*Prælati etiam cum periculo vitæ debent suos corrigere.*

*Memb. 2. q. 2. In Manu. ca. 24. num. 12.*

*Charitas & iustitia obligant Prælatum ad corrigendum.*

*Quinta instructio.* Prælati tenentur nō solum ratione charitatis, sed etiam iustitiæ peccata Subditorum corrigere. Est enim Prælatus non solum Pater, sed etiam Iudex; propterea quādo sine rationabili causa non corrigit, peccat contra charitatem, & iustitiam, meritoque vt crudelis, & iniustus notari potest.

*Non est satis Prælato sanctè viuere.*

*Matt. 22 Luc. 14. Hom. 60. in Matth.*

*De 6. alis Seraphim, Ala prima ca. 3.*

*Sexta instructio.* Prælati non solum tenentur vitam inculpabilem, & vitijs vacuam degere, sed & vt sui talem gerant compellere; cum ijs dicatur, *Compelle intrare*. Quod aduertens S. Chrysost. ait: *Nam si non est nobis satis ad salutē, quod virtuosè viuamus, sed oportet aliorum salutem reipsa desiderare; cùm neque nos rectè viuamus, neque alios hortemur, quid respondebimus? quæ nobis spes salutis erit?* &c. Imò vero si D. Bonauenturæ *in Tract. cit.* credimus, illi nō sunt apti ad regimen animarum, qui licet sanctè viuant, tamen contra aliorum vitia, & peccatorum pericula zelo feruoris non inflāmantur, nec amore iustitiæ, & odio iniquitatis exardescūt, & cum Dauide non canunt: *Nonne qui oderunt te Domine, oderam, &c.* Quo fit, vt in eadem Ala sub finem instruat Prælatum in zelo iustitiæ: *Interim dum mali tolerantur, pungendi sunt stimulis admonitionum, correctionum, confusionum, & castigationum. Vngendi etiam fomentis exhortationum, consolationum, orationū, & promissionū, si fortè conualescāt de infirmitate, & fortes fiant. Præcludenda est eis via peccādi, & tentationis aditus obstruēdi; quod etiā bonis expedit, ne opportunitas mali faciat eos deteriores.*

*Psalm 138.*

Septim.

*Septima instructio.* Negligens in vitiorũ amputatione & punitione, triplicem Deo in die furoris reddet rationẽ, quam fortasse iuuabit verbis eiusdem sancti Doctoris cognoscere. *Prælatus* (inquit loco citat.) *Vicarius Dei, cui data est potestas à Domino super familiã suam, & cui debent Subditi ea de causa vice Domini obedire: Si non corrigit delinquentes si permittit sub se vitia crescere, & consuetudines malas oriri, & iam exortas roborari, & dilatari; si videt Regulares obseruantias dilabi, & transgreßiones multiplicari, & pro posse non obuiat tam præsentibus malis, quam imminentibus, triplicem Deo reddet rationem. Primò, pro sua negligentia, quando non fecit ad quod officio tenebatur. Nam, ait Sapiẽs, Cùm essetis ministri regni illius, non rectè iudicastis, non custodistis leges iustitiæ, neque secundum voluntatem eius ambulastis. Horrendè & citò apparebit vobis, quoniam iudicium durißimum his, qui præsunt, fiet &c. Secundò, quod omnia peccata Subditorũ, quæ poterat & debuerat correxisse, & præcauiße, imputantur ei. Vnde dicit Ezech Si non fueris locutus, vt custodiat se impius à sua via, ipse in impietate sua morietur, sanguinẽ autem eius de manu tua requiram. Tertiò, pro abusione honoris & potestatis sibi collatæ, quam ad propriam gloriam & commodum retorsit, & non ad quod data est ei. Tollite ab eo talentum (inquit Christus) & inutilem seruum eÿcite in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dentiũ. Ostendat ergo bonus zelator, quantũ diligat Deũ, in eo quod beneplacitũ eius in se & in alÿs promoueat; nec ab hoc zelo mollescat per desidiam, nec labore*

*Prælatus negligens in punitionibus, triplicẽ Deo reddet rationem.*

*Tract. de sex alis Senaphim. Ala prima.*

*Cap. 6. Sap.*

*Cap. 33.*

*Cap. 25. Matt.*

*lassetur, nec cõsilijs flectatur, nec astutijs circũueniatur, nec amicitia, aut blãdimenti deliniatur, nec minis terreatur, nec ꝑ diuturnæ prauæ cõsuetudinis præscriptionẽ desperet quin suũ officiũ exequatur.*

Octaua Instructio. *Prælatu vt sit verus iustitiæ Zelator*, ex D. Bonauent. loco citat. *inprimis cauet ne malum aliquo modo faciat vel doceat. Secundò, ne licentiet, vel concedat quacumque importunitate, seu circumuentione mollitus. Tertiò ne faueat vel diligat fieri, etiamsi eo irrequisito fiat, vel absente. Quartò, ne dissimulet. & taceat quasi nesciens, cum ad eum pertineat arguere, & ostendere, quantum malum sit; & deterrere, ne vlterius audeant similia attentare. Quintò, ne inultum esse patiatur; quia aliquod bonum parit peccati castigatio, scilicet, quod ipse, qui fecit, prohibetur vltra peccare, &c.*

*Prælatus vt sit verus iustitiæ zelator, quid debeat facere Tract. cit. de sex Alis Seraphim, Ala prima. ca.3.*

*Nona Instructio.* Prælatus corrigendo Subditum, quadruplex bonum operatur, vt colligitur ex eodem Doctore, eadẽ Ala citata. Primò, peccantem prohibet vltra peccare, comminatione maioris pœnæ, dicendo cum Saluatore, inposterum *noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat*. Secundo, peccatorem purgat a peccato, ne à Deo postea puniatur durius in purgatorio, vel inferno. Ait enim Sapiens, *Tu virga percuties illum, & animam eius de inferno liberabis*. Tertio, erudit cæteros, vt caueant similia perpetrare, iuxta illud, *Pestilente flagellato sapientior erit paruulus*, id est, tenellus & nouus cautior esse discet. Quartò, ipse Prælatus, Vicarius superni Iudicis, & Vindicis peccatorum, liberat animam suam à peccato negligentiæ, officium suum sic implendo: quod quia Heli Sacerdos non fecit, mortis sententiã, cum filijs peccantibus excepit, vt habet Scrip-

*Prælatus nunquam debet peccata inulta relinquere.*

*Prælatus quadruplex bonũ operatur puniendo.*

*Ioan. 5. e.*

*Prou. 23.*

*Prou. 19.*

tur-

tura. His quatuor correctionis bonis à Docto re illo sancto anumeratis addiderim quintũ, videlicet quod Prælatus corrigẽdo Subditum destruit scandalum, quod peccans dederat Fratribus; & quod ille idem peccans suo malo exemplo destruxerat, correptione ea de re facta restaurat: sicque væ illud toties pronuntiatum in scandalizantes proximum delet; & ne ille peccans, qui scandalizauit, mola asinaria collo appensa in mare tartareum demergatur, impedit. Porrò propter hæc bona quicumque peccauit in Religione, correptionem appetere, & suscipere libenter debet. Primò, tanquam antidotum contra recidiuum. Secundo, tanquam medicinam præseruatiuã à doloribus inferni, vel purgatorij. Tertiò, tanquam cęterorum scholam & documentum ad non peccandum. Quartò, tanquam Prælati sui ac patris officiũ. Denique tanquam scandali a se per peccatum dati reparationem.

*1. Reg. 4.*

*Additur quintum bonum.*

*Religiosus debet correctionem appetere.*

*Decima Instructio.* Prælatus non corrigendo Subditum inter cætera mala grauissima, hoc vnum incurrit, videlicet peccatum mortale. Tenẽtur enim Prælati Religionum sub peccato mortali ad corrigendos Subditos: debentque in confessione explicare circumstantiam Prælaturæ, si omiserint. *Bannes. Gregor. de Valent. Ab Ariostis verbo Prælatus*; qui etiam docet peccare Prælatum circa correctionem suorum. Primo, si sit negligens circa salutem suorum. Secundò, si nimia seueritate etiam in verbis excessit contra Subditum. Tertio, si peccatum Subditi infamatorium, cum esset secretum, deduxit in publicum. Quarto, si peccata eorũ publica & scandalosa non corrigit. Quinto, si

*Prælatus non corrigendo peccat mortaliter.*

*In 2.2. q. 33. ar. 3 Dub. 1.*

*Ibid. Disp. 3. q 10. punct. 5.*

*Peccata Prælatorum in correctionib.*

Subditorum peccata, contra Regulæ vel Conſtitutionum Ordinis præcepta, ex negligentia, affectu parriculari, vel fauore diſſim[illegible]. Tandem Nauar. docet Prælatum peccare, [illegible] non adhibet correctionem Subdito, quando eam meretur.

Ca. 16 de Orat. nu. 78. & 79.

*Vndecima inſtructio.* Prælatus negligens in vitiorum correctione totius ſui Monaſterij perditionẽ operatur. Inter ea enim, quæ à Richardino dicuntur eſſe cauſæ totius ruinæ Monaſticorum Ordinum, numeratur *debita correctionis omiſſio & errorũ diſſimulatio.* Iuuerit cauſas eas omnes ruinæ Religioſorũ Ordinũ ab eodem Auctore deſcriptas proferre in medium.

*Prima eſt.* Indiſcreta ſuſceptio perſonarum inutilium.

*Secunda.* Negligens & indebita Inſtitutio Nouitiorum.

*Tertia* Ingredientium, ſuſcipientiumque ad Ordinem non recta intentio.

*Quarta.* Studij, & deuotionis omiſſio.

*Quinta.* Religioſorum & Prælatorum frequens è Monaſterio euagatio.

*Sexta.* Inutilium perſonarum & Conſanguineorum promotio.

*Septima.* Nimia cupiditas & ſollicitudo tẽporalium bonorum.

*Octaua.* Debitæ correctionis omiſſio, & errorum diſſimulatio.

*Nona.* Negligens & inconſulta viſitatio.

*Decima* Inexperientia & cupiditas Prælatorum.

*Vndecima.* Amor carnalis Conſanguineorum.

MANDA-

## MANDATVM 56.

Quam si ferre recusauerit, etiamsi ipse non abscesserit, de vestra societate proijciatur.

obligatio declaratur sequenti Instructione prima.

## SPECVLVM LXXXII.

*In quo apparet obligatio Religiosi ad subeundam pœnam iniunctam.*

Religiosus tenetur subire pœnã iniunctã Comm. 4. de Reg. nu. 63. & 64.

*PRima instructio.* Religiosus, qui quam meretur pœnam sufficienter cõuictus recusat, mortaliter peccat. *Nau.* licet pœna valde grauis esset; modò sit iusta & conformis Regulis, vel Constitutionibus siue Statutis Ordinis. Nam, vt ibidem dicit, *Regularis, virtute solemnis voti Obedientiæ, tenetur obedire Prælato secundum Regulam, & illi accessoria præcipienti. Capitul. Quorũdam. Cap. Si Religiosus, de Elect. Lib 6.* Atqui Prælatus, qui damnat aliquem, vt ad carcerem, vel ad aliam pœnam in nostro Ordine, prout Statuta Ordinis dictant, secundum Regulam vel eius accessoria præcipit; ergo est illi sic iustè pręcipienti obediendum, etiam sub pœna peccati mortalis. Ex hac Instructione colliguntur aliquot sequentes.

*Secunda Instructio.* Religiosus non solum tenetur in foro conscientiæ soluere pœnam à Pręlato iustè latam de dandis pecunijs, vel alia re externa, sed etiam non resistere illi, vel executori eã infligenti; etsi sit pœna perpetui carceris, vt colligitur ex D. Tho. vbi ait, quemcumque reum, iustè condemnatum, etiam ad mortẽ non posse resistere; si nõ potest Secularis

 resistere

resistere Iudici sibi pœnas infligenti, vel earum executori, quanto minus Religiosus Obedientiæ vinculis colligatus?

*Religiosus tenetur patiẽter ferre correctionem*

*Tertia Instructio*. Tenetur etiam Religiosus non solum non resistere pœnę, sed etiam patienter, & æquo animo ferre. D. Thom. loco cit. vbi docet quemcumque reum teneri ad pœnā sibi inflictam æquo animo acceptandam.

*In responsione ad 2. & 3.*

*Quarta instructio*. Religiosus non solum tenetur in conscientia ad acceptandā pœnā sibi iniunctam, sed etiam tenetur ad executionem; dummodo non sit mors vel mutilatio; vt ieiunare, abstinere ab aliquo edulio, orare, infligere sibi disciplinam, ire in exilium, exire territorium, manere in exilio, ingredi carcerem perpetuum, & ibidem manere, sicut & in triremibus, si ad eas fuerit damnatus. *Nauar. cit. num 63. post D. Thom. communiter receptum*.

*2. 2. q. 62. ar 3 Vide ibidem explicationem Caietani.*

*Fugiẽs ex carcere perpetuo tenetur redire*

*Quinta Instructio*. Religiosus damnatus ad carcerem etiam perpetuum, si fugit, obligatur coram Deo siue in conscientia, redire in carcerem, ex quo fugit; & ratio est, quia maior est obligatio voti, quam iuramenti, ex D. Thom. atqui iurans se rediturum ad carcerem, ad id coram Deo obligatur, etiamsi sciat se morte damnandum, vt docent Nauar. & Caietanus ab eo cit. ergo & Religiosus tenetur ad carcerem redire, vi voti Obedientiæ. Verba autẽ Caiet. sunt hæc: *Religiosi, quia libertate sui motus progressiui extra Claustra se priuarunt, supponentes se per tria vota Prælatis suis, quacũque ex causa à suis Prælatis iustè detineantur, non possunt licitè extra præfixos sibi terminos fugiendo exire; cùm nec exire possint non detenti Claustrum sine Prælati licentia*. Ex quibus verbis colligimus, Re-

*2. 2. q. 89. ar 8 ca. 12. Manu. n 18. & Comm. 4. de Reg. nu. 63.*

*In 2. 2 q. 69. ar. 3. Resp. ad 2. q. seu Dub.*

ligioso

ligioſo non licere etiam ante condemnationem (quod Secularibus licet) fugere, vel carcerem egredi. *Tenetur* enim *manere*, vt poſt Caiet. Nauar. docet, *in ea parte Monaſterii, in qua eum Prælatus iuſtè præceperit manere*. Arg. Cap. Quorumdam, &c. Cap. Si Religioſus de Elect. in 6. Comm.4. de Regul. nu 64

*Sexta Inſtructio*. An Religioſus poſſit e Monaſterio eijci, docebitur Speculo de Eiectis.

*Septima Inſtructio*. Religioſus non tenetur coram Deo, & in conſcientia ſubire pœnam iniuſtam, vt colligitur ex Innocent. *in Capit. Quia plerique. de Immu. Eccleſ.* & D. Thom. niſi ratione ſcandali magni, quod ex recuſatione illius, vel eius non executione ſequi poſſet vt ibidem docuit Sanctus Thomas. *Religioſus non tenetur ſubire pœnā iniuſtam* 2.2.q.62.ar 3

*Octaua Inſtructio*. Pœna poteſt eſſe iniuſta duplici modo. Primò, quia contra ius & æquitatem lata, videlicet quia ad eam damnatur, quam non eſt commeritus. Secundò, quando eſt quidem eam commeritus, ſed ea non datur executioni iuſto modo, vt cum quis, teſte Nauar. *loco citat. de Regul.* damnatur ad carcerem perpetuum, & temporarium; ſed cuſtos carceris ſuo proprio motu, vel alterius iuſſu, iniuſtè illi ſubſtrahit cibum vel potum, quoad quantitatem vel qualitatem; vel ei denegat veſtitum, ignem, lectum ſtramineum, vel aliũ; vel locum ad ſuſtentationem humanam neceſſarium. Talis (inquam) ita tractatus poteſt fugere, & non tenetur redire, niſi illi ſecũdum ſententiæ tenorem prouideatur; vel niſi illi ſuppeditentur illa neceſſaria, quæ ſententiæ rigor non ſuſtulit. Qui autem eum ſic tractat eſt inhumanus, iuxta D. Thom. & peccat mor- *Pœna iniuſta quæ.* *Quis Religioſus poßit fugere è carcere*


taliter

2.2.q.157.& 159.


taliter, & incidit in Irregularitatem, cum ijs qui id consulunt, & mandant; si inde mors sequatur, iuxta doctrinam Panormitani communiter receptam.

In c. cum non ab homine n. 31. de Iudi.

*Nona instructio.* Religiosus qui condēnatur ad pœnam, quam nō meretur, potest appellare. Quod vt intelligatur, sequens Speculum conspiciatur.

## SPECVLVM LXXXIII.

*In quo apparet, quando & ad quem poßit Religiosus appellare.*



*Rima instructio.* Ex Cap. 4. Distin. 4. Statutorum Ordinis nostri Candidi colligimus sex. Inprimis, quando liceat appellare. Secundo, quid pendente appellatione fieri oporteat. Tertio, quid subire debeat is, qui perperam appellauit. Quarto, ad quē oporteat appellare. Quinto, quid debeat facere is, ad quem appellatur. Sexto, quomodo sigillādæ sint appellationes, vt mittantur ad Superiorem. Pro singulis singulæ erunt Instructiones.

*Secunda Instructio.* Licet Religioso appellare in quacumque causa etiam correctionis, & visitationis, si iusta causa subsit. *Nauar.* Huius instructionis singulę partes sunt explicandæ. Dico igitur inprimis, licere Religioso appellare, ex Nauar. quia *appellatio est defensio.* L. 1. ff. de Appell. Cap. Cum inter. De except. *Defensio autē, quæ iure naturæ debetur, nemini est denegāda,* Clem. Pastor. §. Cæterū. De re iud. L. vt vim. ff. de Iust. & Iur. Dico secundo, licere illi appellare *in quacūque causa etiā correctionis & visitationis, si grauatur; non autē ad defendendā nequitiam, vel ad retardandam correctionē.* Naua

Licet Religioso appellare.
Li. 2. Consil. Tit. de Appel Consil. 2. nu. 3.
Comm. 3. de Regul. nu. 51.
Licet appellare etiā in causa correctionis, si subest grauamē

*locis citatis & eodem* Tit. *de Regul. Consil. 3 & 4.* Probatur primò, per rationem allatã, quę vim sumit ex eo quod appellatio sit defensio. Probatur secundo, quia potest fieri, vt in correctionibus vel visitationibus Religiosus multum grauetur, idque iniustè, & contra Regulam, vel Ordinis Statuta. Quo in casu nullus ei potest iustè appellationem denegare; conceditur enim in Can. ad Romanam. 1. & 2. Secunda q. 6. vbi omnibus oppressis permittitur appellare ad sanctam sedem Apostolicam: neć ab hac concessione reperitur vsquam Religiosus exclusus. Imò vero *Cap. ad nostram. de Appellat.* à contrario sensu probatur remedium appellationis Religioso concedendum ad tuendam suam innocentiam, quod habetur etiam probatum Cap. Repræhensibilis, *eodem Titul.* Ad eiusdẽ rei probationẽ etiã facit Caput de Priore, eodem Titulo, vbi iubetur puniri insigniter Prior, qui Appellationẽ non admittit. *Ex cuius Gloss.* 1. *colligit Dec.* ait Nauar. *quod non solum licet Religioso appellare in alia causa ciuili vel criminali, sed etiã causa correctionis, si correctionis modus excedatur. Moderata enim & Regulis vel Constitutionibus conformis debet esse correctio, alias ad Superiorem recursus haberi potest, teste Bald in Tex in L 2. §. Dominorũ. ff. De his qui sui vel alieni Iuris.* Dico tertiò (si iusta causa subsit) nam sine iusta causa non potest Religiosus appellare sine mortali; quia in hoc refugit obedire vel corrigi. Et hoc est, quod volunt plurimi, quando dicunt *inter probos Regulares non appellari, nec appellatiões admitti debere*, videlicet sine iusta causa, & grauamine manifesto, vt bene ibidẽ explicat Nau. Similiter intelligẽdũ illud

*Cit. nu. 51.*

*Quis debeat esse correctionis modus.*

*Explicatur hoc axioma: A correctione non appellatur.*

illud eſt, quod dicitur. *A correctione & mandatis Regularibus non appellari*, videlicet ſi legitime facta fuerint. Deinde fateor libentiſſimè, à correctione & mandatis Regularibus non appellandum eſſe. Sed quis correctiones Regulares, & mandata Regularia appellet ea, quæ modum à Regula, vel acceſſorijs Regulę conſtitutum excedunt? Tertio, ſi illa propoſitio, *A correctione non appellatur*, nullam pateretur explicationem, & numquam liceret ab illa appellare, quid impediret Prælatos ob quādam inuidiam, vel aliam improbam animi affectionem Religioſos ſuos excruciare & dilaniare? quid eorum craſſiſſimam quandoque ignorantiam, qua ſibi videntur bona fide ſuos punire, etſi puniant ſupra modum, poſſet retardare? Quod conſiderantes noſtri Ordinis Patres antiqui *Cap. 4 Diſt. 4. Statutorum noſtrorum*, appellationes quidem omnes odio habuerunt, ſed non vt grauatis omnem ſeſe tuendi viam tollerent, vt patet ex initio eiuſdem Capitis, quod ſic habet: *Ad diſcurſus quorumdam, qui pro minimis euagari deſiderant, compeſcendos, ſtatuimus, &c.* Nec refert, quod ijdem Patres eodem Capitis initio videantur appellationes à correctione damnare; id enim intelligendum non eſt de quacumque correctione, ſed de Regulari, quæ fit ſecundum Regulam cum debita conuictione, & quę modū ab eadem Regula conſtitutum non excedit. Ab ea enim non poteſt quis ſine peccato mortali appellare; nec debent illi, quorum intereſt, appellationi deferre; alioqui inobedientibus & improbis nulla à Pręlato immediate correctio infligi poſſet. Appellarent enim in

*Quæ ſit correctio Regularis*

*Quomodo intelligatur ca. 4. diſt. 4. Stat. de Appellat.*

re mini

re minima, si eorum appellationi iniustę defer retur. Deinde existimarim Patres *in dicto ca. Appellationes* quidem prohibuisse, vt appellationes videntur esse recusationes obedientiæ in correctione præstandæ, sed non vt sunt remedia defensionis, quam Appellatio in se includit; tum quia Religiosi nostri Ordinis non sunt peioris conditionis, quàm cæteri, quorũ appellationi defertur, quando grauãtur; tum etiam quia videtur ad hoc constitutus Generalis Abbas in Ordine nostro, vt nimirum Religioso & Pręlato ius reddat. Tertio, quia praxis Ordinis nostri obtinuit, vt grauatus appellet, etiam à correctione; cuius praxis in hoc videri possum idoneus testis, quod huiusmodi appellationes ad me nòn rarò delatæ fuerint, quę quidem praxis non est æstimãda militare cõtra prædictum Caput Statutorum, sed tantum illud interpretari. Quarto, vt docet Azor. Statuta illa non possunt esse iusta, nisi quæ prohibent iniquam appellationem: si ergo tueri volumus, vt debemus, nostra esse iusta, debemus similiter fateri illa nonnisi iniquam appellationem prohibere. Verum quia communiter odiosum est Prælatis nomẽ appellationis, siue petitionis apostolorum, consulerem Religioso, illo non vti, sed potius verbo defensionis; petendo nimirum licentiã recurrendi ad Superiores, & eis verbo vel scripto causas suę defensionis explicandi. Certum enim est, secundum Nauar. & alios post Panorm. quod Religiosus grauatus, etsi per constitutiones vel Statuta sua non posset appellare, & per viam appellationis ad Superiorem accedere, potest tamen per viã simplicis

*Ad quid constitutus Generalis Abbas.*

*Lib. 12. Instit. Mor. ca. 11. q 8*

*Consilium pro appellantibus.*

*Alia est via appellationis, alia simplicis querelæ.*

querelæ adire Superiorem grauantis.

*Nuncius est mittendus ad Superiorē, non ipse appellans.*

*Tertia instructio.* Prælatus post appellationem non debet, secundum Statuta nostra, facere facultatem Religioso accedendi ad eum, ad quem appellauit, sed debet nuncium ad eum mittere, vt appellationis certior fiat, vt nimirum sic euagationes, & frequentes appellationes, quæ fierent ad euagandum impediantur.

*Quid sit Teneri in pace.*

*Quarta instructio.* Dum mittitur nuncius ad eum, ad quem fuit appellatum, appellans debet ex rigore Capitis citati Statutor. Teneri in pace, id est, debet illi prohiberi egressus è Claustro, siue aditus ad hortum, & colloquium cum cęteris; ne videlicet suos Confratres ad murmurandum, vel quid simile faciendū inducat. Et hoc regulariter verum est in omnibus causis, exceptis causis correctionis. In correctione enim Regulariter facta, non obstante appellatione, proceditur, secundum idem Caput, ad pœnam per eos, quorum interest. Dixi (Regulariter facta) quia si excedat modū præfixum à Regula, oportet planè deferre appellationi. Si quis autem quærat, quomodo Prælatus poterit habere coniecturam, se in ferēda correctionis sentētia excessisse. Respondendū est id eum posse assequi, si post appellationem cōuocet reliquos Religiosos, vt eorum hac de re sciscitetur opinionem. Nam si asserant sententiam Regularem modum excedere, merito tum poterit de illo suo correctionis modo dubitare, sicque debebit appellationi deferre. Si autem dicant non excedere, non tenebitur appellationi deferre, sed poterit in eum

*Quomodo Prælatus poterit scire se grauare appellantem.*

Regularem

Regularem disciplinam exercere. Porro iniquè ac irreligiosè admodum mihi videntur se habere ij Prælati, qui iustas appellationes à se oppressorum non admittunt, ac propterea debere insigniter castigari, vt habetur Capit. citat. *de Priore*: præsertim si appellantes in carceres inhumanos, & subterraneos conijciunt, fame torquent, & frigore excruciant, donec appellationi renuncient. Nauar.

*Comm. 3. de Regul. nu. 51.*

*Quinta Instructio.* Is qui sine causa legitima appellauit, debet secundum Cap. Statut. citat. ad Monasterium Ordinis valde remotum emitti, ibidem per decennium remansurus, nisi à Reuerendissimo D. Præmonstratensi, vel Generali Capitulo fuerit reuocatus.

*Pœna appellatis iniustè.*

*Sexta instructio.* Quando appellandum est, oportet appellare, vel ad Patrem Abbatem, vel ad annuos Circatores, vel ad D. Præmonstratensem, vel ad Capitulum Generale, vt patet *ex Capit. citat.* Qui autem illis prætermissis, ad sedem Apostolicam appellauerit, ex vi eiusdem Capitis pœnæ contra se latæ subiacere cogendus est. Quòd tamen intelligendum est, vt ibidem explicatur, quando quis appellat, vt sub appellationis prætextu bona Ecclesiarum consumere, & liberè vagari, ac dissolutè viuere possit. Quo in casu, iubet idem Caput, vt qui in ære soluere expensas propter suas friuolas & calumniosas appellationes factas non queunt, soluant in corpore; & careant, toto vitæ suæ tempore, voce & obedientia nominata. Quod autem legitima de causa appellare liceat ad sedem Apostolicam, nullus dubitare

*Ad quē oporteat appellare*

meritò

merito poteſt, qui legerit Cap. ad Romanam. prim. Ibi enim conceditur omnibus oppreſſis appellare ad ſanctam ſedem Apoſtolicam:

*Septima instructio.* Is ad quem appellatur, ex vi Capitis cit. Statut. debet de meritis appellationis cognoſcere, & reddere vnicuique iuſtitię complementum.

*Octaua instructio.* Quando appellatur, oportet cauſas appellationis, & omnes articulos per appellantem in ſcriptis relegi, & illa ſcripta ſub ſigillis Abbatis & Conuentus per Abbatem vel nuncium ad eum, ad quem fuit appellatum, mitti. Si autem Abbas & Conuentus id facere recuſarint, veniunt puniendi ad arbitrium illius, ad quem fuit appellatum, vt conſtat *ex cap. cit. Statut* cui cóformis etiam eſt articulus Reuerendiſſimi Generalis moderni in ſuis Relictis Germanicis, cuius tenor hic eſt.

Franciſcus à Longo Prato.

*Qui autem ſuæ conditionis immemor obedire renuerit, ad Vicarium noſtrum Generalem, grauiter puniendus mittatur. Si ire recuſauerit, in carcerem mittatur, ibidem in pane & aqua manſurus, donec ſupradictus Vicarius de facta rebellione monitus ſententiam tulerit. Vt autem ſententia æquitati conſentanea ab eo proferri poßit, lis verbalis inſtituatur, & ad eum chirographis D. Abbatis, & duorum vel trium Religioſorum munita tranſmittatur. Quod etiam, quoad chirographum, vtrumque diligenter ac fideliter ſeruandum eſt, quoties quis appellauerit.*


Grauato licet fugere, quãdo eius appellatio non defertur.

*Nona instructio* Abbate appellationem legitimam admitte e non volente, licet grauato habere recurſum ad Superiorem, & ad eundem fugere. Quæ quidem fuga, vt intelligatur

rur posse fieri sine apostasia, videtur sequens Speculum esse necessarium.

## SPECVLVM LXXXIV.

*In quo apparet, quis sit Eiectus, Fugitiuus, & Apostata.*



*INstructio unica.* Eiectus est is, qui ob culpam suam expellitur Monasterio. Fugitiuus vero qui renuncians Obedientiæ iugo, se subtrahit Abbati suo, & à Monasterio recedit, vt se ei celet, siue habitum deponat, siue non. Apostata denique est, qui à Monasterio recedit, animo & voluntate libere extra Monasterium viuendi. *L. quid sit fugitiuus. ff. de Adelitio edicto, &c.*

## SPECVLVM LXXXV.

*In quo apparent difficultates, quæ occurrunt circa Eiectos.*



*PRima instructio.* Certum est ex eo D. Augustini Legislatoris nostri Regulæ loco, quem nunc explicamus, posse Religiosum contumacem & incorrigibilem, hoc est, eum qui non vult obedire, nec corrigi, è Societate proijci; sed quid sit è Societate proijci, dubitatur. Quidam enim dicunt, vt refert Vmbertus *Cap. 99* proijcere aliquem è Societate, esse eum excommnnicare, siue illi interdicere aliorum colloquium, & conuersationem. Alij dicunt esse, eum in aliquo loco, tanquam in carcere *Quid sit proijci è Societate*

includere. Alij denique putant esse, eum è Monasterio eijcere. Vt D. Bonauent. *in Opusculo Quæstionum circa Regulam sancti* Francisci Cap. *seu quæst.* 14. *Turrecremata in expositione Regulæ sancti Benedicti* Tract. 88. Angelus, Syluester, Tabiena. Hi omnes authoritate D. Thomæ quodlibet. 12. & Regularum Religionibus constitutarum permoti, asserunt Cœnobium ius habere eijciendi Religiosum, quando est incorrigibilis. Quæ sentētia mihi videretur in Ordine nostro, non minus quam in cæteris amplectenda, nisi Statuta eiusdem Ordinis reluctarentur. Illa enim hunc locum sic interpretantur expresse, vt è Societate proijci sit carceri mancipari. Quare existimo non licere per Statuta nostra noua simplici Abbati Religiosum suum etiam incorrigibilem è Monasterio eijcere, sed debere huiusmodi Religiosum in carcere custodire, vsque ad Capitulum Generale, vt Capitulo repræsentet, vel in communibus Ordinis carceribus asseruandum, vel ex Ordine eijciendum. Sic enim habent Statuta *Dist.* 3. *Cap.* 10. Si vero Capitulū Generale, vt solet hisce temporibus, differatur, repræsentandus est Generali Ordinis Præfecto, vt eum vel carceribus Ordinis occludat, vel ex Ordine eijciat. Habet enim Generalis Præfectus Ordinis nostri, in facto aliquo particulari, eandem quam Capitulum Generale potestatem; potestque citato Statutorūm Decreto, ob maius bonū, nō minus quam cæteris non essentialibus, & nō habētibus originem à Bulla initio Statutorum posita, derogare, quotiescumque occurrit casus particularis. *Dist.* 2. *Statut. ca.* 1. Aliquod autem Statutorum Decretum simpliciter abrogare,

*Verbo, Abbas q.* 18. *Verbo, Rel.* 6. *q* 17. *Eodem verbo, q.* 45. *q. vlt, art.* 36.

*Simplex Abbas non potest Religiosum eijcere.*

vel immutare non potest, nisi sedēte Capitulo Generali, vt clarum est ex Bulla citata. Dixi (noua) quia in antiquis Statutis nostris, quæ mihi D. Abbas Osterhouiensis in Bauaria dono dedit, videtur fieri potestas simplicibus Abbatibus eijciendi suos incorrigibiles : sic enim habet *cap. 10. 3. Dist.*

*Grauissima culpa est incorrigibilitas eius, qui nec culpas timet admittere, & pœnitentiam recusat ferre, de quo præceptum est Patris nostri Augustini, vt etiam si ipse non abscesserit, de vestra societate proijciatur, secundum Apostolum, qui Hæreticum hominem post correctionem adhibitam, & incorrigibilitatem patefactam deuitari iubet, tanquam peccantem ad mortem, quia subuersus est, qui huiusmodi est. Hic siquidem vestibus Monasterij exutus, habitu seculari indutus, exire compellendus est, si tamen vsque ad eandem horam sani capitis, & integri sensus extiterit, vt sicut professionem abiecit à corde, sic à corpore professionis insignia cogatur deponere, ne Ordo & Canonica disciplina veniat in contemptum.*

*Decretum antiquorum Statutorum. Ad Tit. ca. 3.*

Idem reperi anno 1603. in celebri Monasterio Saliuæuallis in Lotharingia, cum illud pristino nitori restituerem, & Proprietatem, quæ irrepserat, permotus precibus Reuerendi D. Matthæi Bonnherbe alias Marchal, viri mihi diuturna necessitudine, tum Romæ, tum alibi coniunctissimi, deturbarem. Ille, inquam, mihi in suo Monasterio, pro Religionis auitę restitutione, sudanti libellum quendam pergamenum antiquissimum tradidit, in quo Statuta nostri Ordinis cum multis Capitulorum Generalium determinationibus habentur. In Statutis autem

*Matthæus Bonnherbe.*

illo volumine contentis, habentur hæc verba Cap. 10. Dist 3.

*Quicumque de crimine exfornicationis conuicti fuerint vel confeßi, vel qui tale scandalum de crimine illo fecerint, quod meritò à bonis viris vehementer præsumatur contra illos quod rei sint, in habitu seculari. & à domo, in qua scandalum fecerint, & à toto Ordine eijciantur in perpetuũ sine spe reuertendi; ita quod nec à D. Præmonstratensi nec à Generali Capitulo poßit circa illos aliquatenus dispensari, & qui tales defendere præsumpserint, vel fouere, in domibus suis pœnæ grauioris culpæ viginti dierum subdantur.*

*Cur Religiosus eijciatur.*

*Secunda instructio.* Religiosus eijcitur, non vt liberius peccet, ac deterior euadat, sed vt pudefactus, citius ad mentem redeat.

*Tertia Instructio.* Cœnobium meritò denegat Religioso, quem eijcit, victum & vestitum, vt promptius ad meliorem frugem reducatur. Vbi notandum, quod si ineptus ad quærendũ sibi victum eijceretur, Cœnobium deberet illi de aliqualibus alimentis prouidere.

*Eiectus non soluitur votis.*

*Quarta instructio.* Etsi eiecti priuentur Religione, habitu, & alimentis debitis, tamen votis non soluuntur, nec solui possunt; quia Religio potestatem non habet professum Religiosum voto liberandi. Quare vbicumque morentur, semper ad Religionis vota obligãtur; quippe qui Religiosi semper sint, etsi Eiecti; vt extra Ordinem vel Monasterium, pœnis peccatorum suorum id exigentibus viuant. Hinc est, quod Eiectus nihil potest sibi proprium vendicare, vel tanquam proprium acquirere; sed solum ius habet ea sibi quærendi, quæ planè ad victum, vestitum, & habitatio-

nem

nem requiruntur; ita tamen, vt eorum vſum nudum & facti, non iuris ſibi comparet.

*Quinta inſtructio.* Eiectus publica ſententia Iudicum ad id commiſſorũ, non tenetur in cõſcientia redire, nec poteſt a Monaſterio, vel Ordine ad id compelli, quandoquidẽ eiectus eſt, vt iuſtam pœnam criminis ſui luat: & per eandem ſententiam deſinit eſſe Religioſus Cœnobij, vel Ordinis, à quo eſt expulſus. Ita Nauar.

*Eiectus non tenetur redire. Comm. 2. de Reg. num. 36. & l. 3. Conſil. Tit. de Regul. Conſ 51. 62. 64. &c*

*Sexta inſtructio.* Eiectus ex vna Religione, non tenetur alteri ſe inſerere: quandoquidem nullàm aliam pręter eam, ex qua eijcitur, vouit, ſed poteſt tuta conſcientia in ſeculo manere. Nauar. loco citat. Quod tamen intelligendum eſt, dummodo poſſit citra probabile æternæ ſalutis periculum in ſeculo viuere: alioqui teneretur aliam ingredi, vt colligitur ex D. Bonauent. in Opuſcul. de Determinationibus quæſtionum circa Regulam S. Franciſci.

*Eiectus non tenetur alteram Religionem ingredi.*

*Septima inſtructio.* Eiectus iniuſtè acquirit Monaſterio, quia iniuſta eiectio nihil Monaſterio obeſſe poteſt, nec Abbatis, ſeu perſonæ peccantis delictum Eccleſiæ poteſt nocere. *Can. Si Epiſcopum.* Imò Abbas tenetur eum repetere, & poteſt cogi vel per Generalem, vel Epiſcopum, vel ſedem Apoſtolicam ad eum recipiendum: vel ſaltem ad alimenta, & omnia neceſſaria ſuppeditandum, & bona, quæ Monaſterio intulerat, reddẽdum. Eiectus vero iuſtè, quando deſinit eſſe pars, & membrum Monaſterij, & habetur pro derelicto, non acquirit Monaſterio, ſed ſummo Eccleſiæ Principi, vel Epiſcopo, in cuius moratur Diœ-

*Eiectus cui acquirat. 62. q. 6.*

cesi; adeo vt vsus, qui est res facti, ad ipsum Eiectum pertineat, Ius verò administrationis ad Romanum Pontificem, tanquam summum Ecclesiæ Principem, & supremum omnium Religionum Præfectum: vel ad Episcopum, in cuius Diœcesi, cura, & potestate vitam degit. Ac proinde per obitum illius Eiecti, vacantia vsus illius facti bona, ad ius administrationis reuertuntur, & cum eo coniunguntur. *Nauar. post Abbatem in Cap. 1. de Infantibus, & Langui. exposit.*

*Comment. 2. de Regul. nu. 33.*

*Octaua Instructio.* Eiectus non tenetur se offerre Episcopo, sed satis est quod maneat sub eius cura, vt Clericus secularis, eique obtemperet, sitque eo animo, vt Superiorum iussis obtemperet, quandocumque in eorum curam, & potestatem deuenerit. Hoc, inquam, sufficit, vt Obedientiæ voto satisfaciat; vereque ac proprie Religiosus existat. Azor.

*Eiectus nō tenetur se offerre Episcopo.*

*Lib. 13. Instit. Moral. ca. 16. q. 11.*

*Nona instructio.* Eiectus, priuatus per sententiam suo habitu. potest tuta conscientia vti habitu Clericali. *Nauar.*

*Comment. 2. de Regul. nu. 36.*

*Decima instructio.* Non tenetur Religio, vel Ordo Religiosum iuste à se eiectum repetere, vel perquirere. *Nauar. loco cit.* Nec refert, quod definit Gregorius nonus de Fugitiuis & Eiectis recipiendis, & perquirendis, & excommunicandis semel in anno, si nolint redire. Id enim explicat Nauar. *loco citat. de Eiectis iniuste*, hoc est, iuris ordine prætermisso, & neglecto; alij de Eiectis ad tempus; alij vero dicunt Constitutionem illam Gregorij noni, cum sit iuris humani, vsu & consuetudine contrarijs abrogatá fuisse; quandoquidem Ordinum Præfecti non solent huiusmodi perquirere. Imo vero in vin-

*Non tenetur Ordo Eiectos repetere.*

dictam

dictam quorumdam criminum eijciuntur in perpetuum. Accedit quod vsus obtinuerit tam in Gallia, quam Hispania, & Italia, vt Religiosi committentes crimina mortis, ad triremes in perpetuum damnentur.

*Vndecima instructio.* Non tenetur Ordo vel Religio eiectum per iustam sententiam recipere; etsi recipi postulet; cum ad hoc sit eiectus, vt in vindictam suorum criminum extra Monasterium commoretur; dummodo tamen in seculo multa & scandala & mala non committat. Tunc enim (vt ait Turrecremata post Vmbertum) recipiendus videtur, & in carcerem detrudendus, non quidem, vt existimo, de iure; sed ex charitate, eodem planè modo teneri Monasterium ad recipiendum iuste Eiectum, qui iam sit ad meliorem frugem conuersus, arbitror. Dico non teneri ad id Monasterium de Iure, quia iure est in perpetuum damnatus, vt extra Monasterium viuat. Nec obstat Constitutio Gregorij noni, quæ sic habet.

*Non tenetur Ordo iuste Eiectũ recipere.*

*Cõstitutio Gregorij noni.*

*Ne Religiosi viri vagandi occasionem habentes, salutis propriæ detrimentum incurrant, & sanguis eorum de Prælatorum manibus requiratur, statuimus vt Præsidentes Capitulis celebrandis secundum statum Concilij Generalis, seu Patres Abbates, seu Priores, fugitiuos suos, & Eiectos de Ordine suo requirant sollicite annuatim. Qui si in Monasterijs suis recipi possunt secundum Ordinem Regularem, Abbates seu Priores eorum monitione præuia per Ecclesiasticas Censuras, compellantur ad receptionem ipsorum salua Ordinis disciplina. Quod si hoc Regularis Ordo non patitur, authoritate nostra prouideant, vt apud eadem Monasteria in locis competentibus, si absque graui scandalo*

*fieri poterit: alioqui in alijs Religiosis domibus eiusdem Ordinis ad agendum ibi pœnitentiam talibus vitæ necessaria ministrentur. Si vero huiusmodi Fugitiuos vel Eiectos inobedientes inuenerint, eos excommunicent, & tamdiu faciant ab Ecclesiarum Prælatis excommunicatos publicè nunciari, donec ad mandatum ipsorum humiliter reuertantur.* Atque is est Constitutionis Gregorij noni tenor. Quam dico cũ Abbate Card. Butr. & cæteris in eo Cap. *Ne Religiosi*, intelligendum esse de iniuste, vel ad tempus eiectis, vel certè abrogatam contraria consuetudine. *Azor. Hostien in dict. Cap. Ne Religiosi*, vbi per loca competentia intelligit ergastula: & illa verba (si absque graui scandalo fieri poterit) interpretatur, dummodo cęteri Religiosi nõ ita offendantur, vt dicant, se potius exituros, quam cum talibus Eiectis commoraturos. Syluester.

*Lib. 12. cd. 17. q. 2.*

*Verbo Apostasia num. seu* §. 10.

*Duodecima Instructio.* Electus iam receptus, & in aliud Monasterium missus debet ali, & vestiri sumptibus sui Monasterij *Hostien. in Ca. cit. & Gloss. in cap. de Lapsis. 16. q 6.* dummodo tamẽ Monasterium, ad quod est missus, eum non postularit ad suum obsequium, & leuamen. Hinc etiam sequitur, quod Religiosi, qui egrediuntur, cum bona venia, & data optione Monasterium suum, quod reformatur, vt ad aliud non reformatum migrent, vel qui egrediuntur Monasterium suum, quod non vult reformari, vt ad aliud sui Ordinis reformatum transeant, debeant sustentari impensis sui Monasterij; dummodo etiam, *vt notat Syluester*, nõ assumantur ab altero Monasterio, tanquã planè necessarij.

*Verbo, Apostasia q. 10. seu n. &* §. 13.

SPECV

## SPECVLVM LXXXVI.

### *In quo apparent difficultates, quæ occurrunt circa Fugitiuos.*

PRima instructio. Fugitiuus quicquid acquirit, quandiu Fugitiuus censetur, acquirit Monasterio, ex quo fugit. *Panorm & alij cap. vlt. de* Reg. poteſtque Abbas eum iure repetere, & eius bona ſibi vendicare. *Can. Abbates.*

*Fugitiuus acquirit Monaſt. 18. q. 2.*

*Secunda instructio.* Fugitiuus debet ſingulis annis ab Ordine, vel Monaſterio repeti; &, ſi fieri poteſt, compelli, etiam excommunicatione, quę quotannis debet contra eum, niſi redeat, promulgari, vt patet ex Conſtitutione Gregorij noni citata.

*Fugitiuus debet ſingulis annis repeti.*

*Tertia instructio.* Fugitiuo iam recepto, debentur alimenta, eo modo (quo declaraui) de Eiecto, vt colligitur ex Hoſtien *loco tit.*

*Quarta instructio.* Fugitiui Ordinis noſtri debent recipi, quando reuertuntur, probata tamen prius per triduum eorum perſeuerãtia, & humilitate, vt ait cap. 8. Diſt. 3. Statutorum noſtrorum. Probatio autem poteſt fieri multis modis, videlicet ſi triduò exiſtentes ante portã Monaſterij, vel ante portam interiorẽ Clauſtri, vel Templi, vel Capituli, vel exiſtentes triduo in carcere, vel deputati alicui vili officio, magnũ edant contritionis, & pœnitentiæ ſpecimẽ.

*Fugitiui antequam recipiantur, debent probari.*

*Quinta instructio.* In Statutis noſtris confunduntur Fugitiuus, & apoſtata ratione pœnarũ ſubeundarum in foro exteriori; nam in illis non aſſignantur aliæ pœnæ Fugitiuis quam Apoſtatis.

## SPECVLVM LXXXVII.

*In quo apparent difficultates, quæ occurrunt circa Apostatas.*

PRima instructio. In Statutis nostris Cap. 8. multa de Apostatis scribuntur. Inprimis quomodo sit vitandus Apostata. Secundò, quomodo recipi debeat. Tertiò, quomodo rediens, se in Capitulo repræsentare debeat. Quartò, quam pœnam subire debeat. Quintò, quomodo puniri debeant eorum fautores. Sextò, quomodo Conuersi Apostatæ vestiri debeant. Denique quomodo puniri debeant, qui Stallum ab ipsis per Apostasiam amissum restituunt, sine Superioris venia. De singulis singulæ ponentur Instructiones.

*Apostata est vitādus, donec compleuerit pœnitentiam.*

*Secunda Instructio. Quicunque Canonicorum, vel Cōuersorum apostatauerit, statim ab alijs Fratribus est vitandus intus & extra, vt excommunicatus*, vt expressis his verbis statuta pręcipiunt, *Extra autem vitatur Apostata, quando extra Monasterium adhuc existens vitatur. Intus verò, quādo iam rediit, & est in Monasterio, nondum completa pœnitentia* Hoc tamen est limitandum. Neque enim prohibetur aliquis reperiens Cōfratrem suum Apostatam, ei loqui, hortando ipsum ad pœnitentiam.

*Apostata portans habitum Ordinis per quindecim dies.*

*Tertia Instructio.* Apostata eodem modo recipi debet, quo diximus Fugitiuum recipi debere, nisi fortè habitum nostri Ordinis per quindecim dies in Apostasia, cum scandalo Ordinis portauerit impudenter. Tunc enim *iuxta Cap. cit.* non debet recipi, sine mandato Reuerendi

simi

ſimi Generalis. vel Capituli Generalis; ſicut neque ij, qui damnum intulerint Monaſterijs ſuis, vt ibidem dicitur.

*Quarta inſtructio.* Apoſtata receptus debet depoſitis veſtibus in Clauſtro, nudus vſque ad zonam, Capitulum intrare, & proſtratus culpam ſuam, præmiſſa confeſſione generali, humiliter veniam petens, dicere, vt Cap. cita. iniungitur. Porro præcipitur nudus intrare, ad recipiendam diſciplinam. Vnde plurimi ei virgas ab vtroque latere à zona ſuſpenſas adhibent, & humeros & virgas illas Cappa cooperiri, vſque ad genuflexionem in Capitulo iubent.

*Quinta inſtructio.* Apoſtata præter verberationem, & grauioris culpæ mulctam, habet etiã alias pœnas ſubeundas, pro diuerſitate Apoſtaſiæ, quas videre eſt in Cap. citat.

*Sexta inſtructio.* Religioſi noſtri Ordinis fautores Apoſtatarum eiuſdem Ordinis, pœnæ grauioris culpæ, viginti dierum ſpatio, ſubijci debent; niſi forte eos fouerint, vno die tantum, ad eos ab Apoſtaſia reuocandos. *Fautores Apoſtatarum.*

*Septima inſtructio* Conuerſi Apoſtatæ in tunica griſea, & curto Scapulari griſeo, ita vt non poſſit accingi, culpam grauiorem peragere debent, illumque habitum per tres annos geſtare. *Conuerſi Apoſtatæ.*

*Octaua inſtructio.* Religioſi ſimplices, qui propria authoritate reſtituunt Apoſtatis Stallum, ob Apoſtaſiam amiſſum, permittendo ſe ab ijs præcedi, puniuntur voce & obedientia nominata, per cap. citat.

*Nona Inſtructio.* Ius Canonicum in ca. à nobis, de Apoſtatis, præcipit vt in carceres de- *Apoſtatæ quomodo cogi*

dantur

trudantur, si minis & blanditijs nullatenus
duci queant, vt abiectum habitum resuma
& ibi ita durè affligantur, vt sola illis mise
vita supersit, donec à suo crimine resipiscant

*debeant ad habitũ resumendum.*

*Decima instructio.* Apostata suscipiens a
quem Ordinem, vel in eo ministrans fit susp
sus & Irregularis, à quibus tamen Censu
puto posse eum à Reuerẽdissimo Generali vi
tute priuilegij cuiusdam absolui. Patet aute
Irregularitas ex Cap. *Vt periculosa.* Vbi excor
municatur Religiosus habitum dimittens, q
lis est Apostata, & per consequens fit Irregu
ris suscipiens Ordines, vel in eis ministrans.

*Apostata ministrans in Ordine.*

*Vndecima instructio.* Qui à Monasterio rec
dit animo ad illud non redeundi, verè & pr
priè est Apostata, etiamsi habitum non dim
tat. *Innocent. in cap. vlt. de Renunciat. & in*
*Intelleximus.* De *ætate Ordinandorum. Sylue*
*Caiet. & alij.* Et ratio est, quia sicut habitus
facit Monachum, sed Monastica professio,
Apostatam facit recessus à Monastica profe
one; etiamsi habitus reseruetur. An verò ta
sit excommunicatus, quidam dubitãt, eo qu
in cap. *Vt periculosa,* solum excommunicent
habitũ Religionis temerè dimittentes. Sed m
hi videtur talis ipso facto esse excõmunicat
tum quia Caiet. Syluest. & Innocent. dicunt
verè esse Apostatam, & Apostatarum pœ
contrahere; tum quia in cap. *Vt periculosa,* id
excommunicatio (vt ait Azor.) fertur in e
qui suæ Religionis habitum temere dimittu
*vt periculosa Religiosis euagandi occasio subtra*
*tur:* ergo siue habitu indutus, siue exutus Re
giosus à Religione defecerit, vt liberè eua
tur, in excommunicationẽ incidit: præsert

*Quis verè sit Apostata.*

*Lib. 12. c. 17. q. 6.*

*Omnis Apostata videtur excõmunicatus.*

cum in cap. Consultationi, de Apostatis, dicatur Apostata, Religionis desertor, Irregularis fieri, si Ordines sacros suscipiat. Accedit authoritas Statutorum nostrorum, quę *ca. 8. dist. 3* videntur declarare, quemlibet Apostatam esse excommunicatum; quandoquidem quemuis Apostatam vitandum esse, tanquam excómunicatum, asserunt.

*Duodecima instructio.* Ille Apostata non est, qui facultate non petita ad laxiorem vel strictiorem Religionem transit. Ita gloss. *in ca. ex parte. de Tempore Ordin* Et ratio est, quia non absolutè à Religione, sed tantum ab hac recedit. Peccat tamen non seruando modũ à iure præscriptum; & eos, quos deserit, nõ mediocriter perturbat & offendit.

*Decimatertia instructio.* Religiosus Præmonstratensis, qui fuit Apostata, non potest promoueri in Abbatem, vel Præpositum: nisi postquam specimen insigne suæ emendationis ediderit: nec tum, nisi de licentia Reuerẽdissimi Generalis, & Capituli Generalis speciali, *vt habetur ca. 8 dist 3. Statut.*

*Qui fuit Apostata, non potest promoueri in Abbatem.*

*Decimaquarta instructio.* Non est Apostata, neque Fugitiuus verè, qui non admissus in sua appellatione, cum grauaretur, fugit ad Superiorem, nec ob incurrit Censuram, vel Apostasiam. *Nauar. post Balduin. in cap. Ad nostram. de Appellat.* Si exierit ob hanc solam causam, vt adeat Superiorem, & ab eo liberetur suo grauamine.

*Grauatus fugiens non est Apostata.* *Comm. 2. de* Reg. *num.* 61. *& comm. 3. num* 51.

*Decimaquinta instructio.* Imò verò neque is est Apostata, aut propriè Fugitiuus, qui grauatus à Superiore, sine vlla appellationis, vel grauaminis protestatione verbali, ad Superiorẽ sine

venia

venia recurrit, si cognoscit grauantem talis esse conditionis, vt conquerentes de grauamine torqueat, tam in carcere, quam alibi. Colligitur ex Nauar. vbi ait, duplicem esse appellationem, *qua grauati vti possunt. Alteram, qua fit & proponitur verbis; Alteram quæ fit facto per arreptionem itineris ad Superiorem*, præmissa tamen grauaminis protestatione. Vtramque autem sufficientem esse ait post Decium *in ca. Dilecti. de Appellat.* ac propterea eum, qui vno ex his modis appellauit à grauamine, non incurrere Apostasiam, nec censuram. Nec obstat Concilium Tridentin. quod sic loquitur. *Nec liceat Regularibus à suis Conuentibus recedere, etiam prætextu ad Superiores suos accedendi, nisi ab eisdem missi, aut vocati fuerint. Qui vero sine prædicto mandato in scriptis obtento, repertus fuerit, ab Ordinariis locorum, tanquam desertor sui Instituti puniatur.* Non obstat (inquam) Concilium, quia intelligendum est, eodem Nauar. teste, de illo, qui non grauatus, sine vlla appellatione, adit Superiorem, eo solo quod prætendat licere sibi adire illum sine Prelati immediati licentia petita, saltem iusta de causa; non autem de eo, qui ita est grauatus, vt si appellet, statim sit à grauãte conijciendus in tætrum, & inhumanum carcerem.

*Locis citatis, & l. 2. Consil. Cit. de Sent. et re iudicat. cons. 1. num. 7.*

*Appellatio vel fit verbis, vel facto.*

*Sess. 25. de Reg. ca. 4.*

*Locis cit. Com. 2. & 3. de Reg.*

## MANDATVM 57.

Non enim & hoc fit crudeliter, sed misericorditer, ne contagione pestifera alios perdat.

*Remotio impedimenti circa Mandatum præcedens.*

SPE

## *SPECVLVM* LXXXVIII.

*In quo apparet, quod puniendo peccantem, misericordia erga eum exerceatur; & erga eos, cum quibus peccans ille conuersatur.*

PRima instructio Ex his verbis (*ne contagione pestifera alios perdat*) satis colligitur præcipua causa, cur Religiosus è Societate proijci debeat, *ne*, videlicet, *contagione pestifera plurimos perdat*. Secunda causa est, vt pudefactus citius, & promptius corrigatur. Tertia causa est, in vindictam criminis. Prælatus enim non solum Pater est, sed etiam Iudex, ac propterea vindex malorum, *nec sine causa gladium* spiritualem *portat*.

*Cur Religiosus proijciatur è Societate.*

*Prælatus Pater est & Iudex.*

*Ad Rom. c. 13*

*Secunda instructio*. Quia multi deterrentur à correctione suorum, ne crudeles videantur, existimantes in ipsa correctione esse crudelitatem; D. Augustinus hoc loco adfert antidotum contra hanc persuasionem; affirmans nullam esse in correctione inhumanitatem, sed potius misericordiam exerceri, tam erga eum, qui peccauit; quam erga eos, coram quibus peccauit. Erga eum, qui peccauit, quia intenditur eius spiritualis curatio, & eius ab Inferno, vel Purgatorio præseruatio. *Tu virga percuties illum* ( inquit Sapiens ) *& animam eius de inferno liberabis*. Erga eos vero, coram quibus peccauit, quia scandalum ex peccato illo in eorum animis generatum, quantum fieri potest, auellitur, & illa correctione perterrefacti peccare prohibentur. *Pestilente* enim *flagellatio sapientior erit paruulus* ( inquit idem Sapiens. ) Porrò quod attinet

*Correctio est opus misericordiæ.*

*Prou. ca. 23.*

*Prou. 19.*

ad pecca

ad peccatum contagiosum, cum taliter peccás è Societate proijcitur, magna etiam misericordia peccanti, & Societati, in qua peccauit exhibetur. Datur enim occasio non amplius peccandi illi, qui peccauit; si videlicet est aliquid in Societate, ex quo accipit occasionem peccandi, licet indebitam. Societati vero etiam magna exhibetur misericordia, quia sic ab infectione præseruatur. Sicut fit misericorditer cum ouibus, si morbida ab eis separetur: & cum equis, si scabiosus stabulo proijciatur.

*Similitudo.*

*Tertia instructio.* Non solum Regula præcipit huiusmodi Religiosos peccatores esse proijciendos è Societate, sed etiam id ius naturale dictat, vt vnicuique ratione vtenti patet. Sic Clerici seculares incorrigibiles, priuati omni Clericali priuilegio, seculari potestati traduntur puniendi. *Cap. Cum non ab homine. de Iud.*

## MANDATVM 58.

*Obligat sub mortali, si circumstantiæ necessariæ concurrant, vt docetur superius*

Et hoc quod dixi de oculo non figendo etiam in ceteris inueniendis, prohibendis, indicandis, conuincendis, iudicandisque peccatis diligenter & fideliter obseruetur, cum dilectione hominum, & odio vitiorum.

*Modus expellendi peccata è Monasterio.*



*Rima instructio.* Hic per recapitulationem quandam D. Augustinus ostendit quicquid faciendum est, ne in Monasterijs pullulēt peccata. Primò apponenda est diligentia v[t] inueniantur, quod insinua[t]

superi[us]

ſuperius his verbis: *Cum ergo ſimul eſtis, &c.* Secundo, ſtatim atque inueniuntur, prohibẽda ſunt monitione Fraterna, vt his verbis ſuperius innuit (*Et ſi hanc de qua loquor*) Tertio ſi monitio non profuit, ea indicãda ſunt, prout etiam illis verbis ſuperioribus ſignificat (*ſed antequam aliis demonſtretur.*) Quarto, ſi hoc non adhuc prodeſt, Teſtibus ſunt cõuincenda coram Societate, vt dictat his verbis. (*Si autem negauerit.*) Tandem iudicanda ſunt, id eſt ſen tentia lata punienda, vt docet his verbis. (*Conuictus vero ſecundum Præpoſiti, &c.*

*Secunda inſtructio.* Etſi D. Auguſtinus toto pene hoc capite de peccato luxuriæ inueniẽdo, prohibendo, indicando, conuincendo, & iudicando ſolum egerit, tamen in hoc Mandato indicat eodem modo ſe gerendum circa inuẽtionem, prohibitionem, indicationem, conuictionem, & punitionem cæterorum peccatorum, videlicet grauium. Nam in leuioribus, quæ infamiam coniunctam non habent, non eſt vtendum tot ambagibus; cum frequẽtiſſime occurrant: moleſtiſſimũque eſſet tã frequenter tali iudicij forma vti.

*Tertia inſtructio.* Non ſufficit Prælato vitiũ vnum, vt luxuriam, impedire, ne in Monaſterio pullulet; ſed idem illi debet eſſe ſtudium circa omnia alia vitia. *Nam quicumque totam legem ſeruauerit, offendat autem in vno, factus eſt omnium reus.* Debet Prælatus poſſe dicere cum Balaam: *Non eſt Idolum in Iacob, nec videtur ſimulachrum in Iſrael,* Dominus *Deus eius cum eo.* De hac re habet pulchra Vmbertus Capitulo 100.

*Epiſt. S. Iacob Cap. 2.*

*Ca. 23. Nume.*

*Quarta inſtructio.* Quinque ſunt, ob quæ

*Quinque mouere debent Su-*

*periores ad extirpationem vitiorum.*

Prælatus debet esse diligens in extirpatione vitiorum. Primum est, dignitas loci. Monasterium enim locus sanctus est, & Deo destinatus. Deus vero grauiter punit eos, qui suis peccatis loca sancta commaculant, vel commaculari permittunt, vt ostendimus Speculo primo Præludiorum priorum. Secundum est, dignitas Religiosi. Quantò aliquod vas est dignius, tantò studiosius purgatur. ergo Religiosi, cum sint vasa Domini valde pretiosa, debent sollicitè ac diligenter à Prælatis purgari, & in eis vitiorum sordes abstergi. Tertium est, grauitas peccatorum in Religione commissorum. Sunt enim cęteris paribus, grauiora peccata quæ committuntur in Religione, ijs, quæ committuntur in sæculo; quia nimirum Religiosi non peccant ex ignorantia, sicut plerique Sæculares, quia habent Scripturas & doctos viros in promptu. Deinde quia non eas habent occasiones peccandi, quas habēt Sæculares. Quartum est, multiplicatio facilis vitiorum. Facile enim vitia, si in ipsis cunis non suffocentur, multiplicantur in Religione, propter familiarem conuersationem, quæ est inter Religiosos; & quia vix vnus peccare potest, quin alius id aduertat, sicque facili negotio currit scandalū & imitatio. Quintum est, incorrigibilitas. Accidit enim, vt peccatum non correctum, nec impeditum in consuetudinem vertatur; sicque fiat incorrigibile, vel quia propter consuetudinem toleratam non reputatur peccatum, vel quia abit in habitū, qui pene cogit iterare peccatum, vt probè aduertit D. Augustin. his verbis. *Dum consuetudini non resistitur, facta est necessitas*. Nec solum fiunt incorrigibilia, sed

*Vide D. Tho. 2.2.q.186. ar. 10.*

*Peccatum non correctum vertitur in consuetudinem.*

*Lib. 8. Confess. Cap. 5.*

quod

quod malorum est extremum, non reputantur peccata. Quod hodierna tempestate in plurimis Monasterijs dolentes conspicimus. Hinc est, quod debeat Prælatus diligẽter (vt hic monet Legislator) in inueniendis, prohibendis, indicandis, conuincendis, & iudicandis peccatis suorum se habere, *& ea* (vt monet D. Bernard. in sua Regula) *nullo modo dissimulare*, sed statim atque nata fuerint, in ipsis incunabulis rescare.

*Peccatum non correctum reputatur sæpe non esse peccatum.*

*Quinta Instructio.* Peccata sunt maximo odio digna, quia nos separant à Deo, summo bono, & summo amore digno. *Iniquitates vestræ* (inquit Scriptura) *diuiserunt inter vos, & Deum vestrum*, quia nos reddunt miseros, teste Salomone his verbis. *Miseros facit populos peccatũ.* quia nos reddunt Deo odiosos. *Altissimus* (inquit Sapiens) *odio habet peccatores*; ac propterea eius amici debent illud odio habere, hortante ad id eos Dauide. *Qui diligitis Dominum, odite malum*; quia peccata sunt mala, & nullũ malum est præter peccatum, vt patet ex D. Augustino *in Meditationibus*, vbi sic ait. *O peccatum, nomen horrendum, res detestabilis, nullo modo comparabilis! Mors, & alia mala, mala quidem sunt; sed in se fœda non sunt, quia ordinata sunt. Peccatum in se ipsam habet fœditatem, & in se æternam trahit infœlicitatem* Plura habet de odio peccati Vmbertus *c. 102.* Nũc superest mihi solũ ostẽdere, hominẽ, quantũuis peccãtẽ esse amore dignũ, quia nõ desinit esse Creatura, & Imago Dei, & pretium sanguinis Christi, & quãdiu hac aura fruitur, semper est capax beatitudinis æternę. *Et quis scit, si cõuertatur & viuat.* Quare benè monuit Legislator correctionem

*Peccata cur sint odio digna*

*Isa. Cap. 59.*

*Prou. 14. ca.*

*Ecclesi. ca. 12.*

*Psalm. 96.*

*In solo peccato est miseria.*

*Ezec. 18. & 33*

debere fieri *cum dilectione hominum*, & *odio vitiorum.*

## MANDATVM 59,

*Obligat sub mortali, vel veniali, pro ratione probibitionis, vel materiæ subiectæ.*

Quicumque autem in tantum progressus fuerit malum, vt occultè litteras ab aliquo vel quodlibet munus accipiat, si hoc vltro confitetur, parcatur illi, & oretur pro illo.

## *SPECVLVM LXXXIX.*

*In quo videtur Religioso esse prohibitum dare, vel accipere litteras vel munera sine Prælati licentia.*

*Com. 3. de Reg nu. 13. & lib. 3 Cons. Tit. de Reg. Cons. 73. num. 43.*

PRima instructio. Non licet Religioso sine licentia mittere vel accipere litteras. Nauar. vbi multis probat grãde peccatum esse Religioso litteras mittere, vel recipere sine Prælati facultate; nisi fortè scribantur ad Superiorem, vel ab eo scriptę sint.

*Occultè scribẽs literas duplex peccatum committit cit. Lib. 3. Cons.*

*Secunda instructio.* Religiosus qui sine licẽtia litteras accipit, vel mittit, duplex peccatum committit, vt docet idem Nauar. Proprietatis videlicet, & Inobedientiæ. Quod sit peccatum Proprietatis, probatur primò ex Can. *Non dicatis*, vbi habetur esse grande peccatum accipere, vel dare litteras sine facultate Prælati. Cuius ratio est, vt ait Nauar. quia expendit papyrum Monasterij occultè, & tanquam fur scribendo litteras, & appropriat sibi papyrum

litterarum ad se scriptam. Dein probatur ex verbis D. Augustini in Regula (*Si quis rem sibi collatam celauerit, furti iudicio condemnetur.*) Nemo autem negare potest, litteras rem aliquam esse, licet exiguam; ac proinde eum, qui eam surripit esse furem, & proprietarium. Fur enim ea quę furatur, sibi appropriat. & vēdicat. Licet autem paruitas rei subreptę excuset à culpa mortifera, iuxta sanctum Thomam; non tamen excusat à veniali. Ex quibus infero, cum eodē Doctore, quod etsi in prędicta missione, vel receptione litterarum peccatum Proprietatis sæpius sit exiguum, & veniale, magnum tamen esse peccatum Inobedientiæ, quia Superioris voluntati, quę ex suppositione, sępius innotuit, scribendo directè repugnat. Hinc etiam est, quod si Superior id prohibuerit sub pœna Inobedientiæ, sit peccatum mortale eas scribere vel recipere; secus, erit tantum veniale; nisi fiat in contemptum Regulæ, vel Superioris; vel in finem malum; vt litteræ illæ contineant monopolia contra disciplinam Monasticam; vel murmurationes, vel detractiones insignes, & similia, quæ absq; peccato mortali esse nequeunt.

*Ibidem & cit. Com. 2. de Reg*

*2. 2. q. 66. ar. 6. ad 3.*

*Scribere vel recipere litteras sine licētia aliquando est mortale, aliquādo veniale*

*Tertia instructio.* Etsi scribere vel recipere litteras occultas in Religione, communiter nō sit nisi veniale, tamen huiusmodi scriptiones, vel receptiones sunt contra disciplinam Monasticam, vt patet ex hoc D. Augustini loco; & quia plerumque in illis exarandis non parum temporis inutiliter teritur, & Religiosus illas scribens subtrahit, & quasi suffuratur tempus concessum, & distributum suis exercitijs Monasticis siue Regularibus: sæpeque periculo

peccandi mortaliter, & sese rebus huius seculi nimium intricandi, illarum litterarum scriptione sese exponit; consulerem Prælato id nequaquam permittere, nisi in casu charitatis, prout aliter non solet permittere Reuerendissimus noster Generalis, vt clarum est perlegenti Relicta, quæ edidit in Reformatione Cœnobiorum Germaniæ nostri Ordinis. Tenor Articuli in Relictis positi, hic est.

*Franciscus à LongoPrato.*

*Nullus litteras mittere vel recipere, vel quicquam à parentibus, vel amicis accipere sine Prælati licentia audeat: alioqui vt votifragus puniatur. Idque ex Regulæ præscripto Cap. 7. cuius hæc sunt verba. Quicumque autem in tantum progressus fuerit malum, vt occultè ab aliquo litteras vel quodlibet munus accipiat, si hoc vltrò confitetur, parcatur illi, & oretur pro eo. Si autem deprehenditur atque testibus conuincitur, secundum arbitrium Præpositi, vel etiam Presbyteri grauius emendetur.* Imò vero ipsi Germani nostri Ordinis hanc, inter multas alias præclaras, habent obseruantiam, quod nullus litteras scribit, nisi communi sigillo, tanquam acceptæ facultatis scribendi teste, in quo est impressa Imago D. Norberti, & quod apud Priorem semper manet, muniantur.

*Consuetudo laudabilis Religiosorum Germaniæ.*

*Quarta instructio.* Religiosus nullum munus, quantumuis exiguum, potest dare, vel accipere sine licentia expressa, vel tacita, vt patet ex hoc Regulæ loco. Peccatque mortaliter vel venialiter Religiosus, qui contrarium facit, iuxta quantitatem materiæ. Ita Nauar. Idem patet etiam ex Bulla Clementis Octaui, quæ habetur apud Azor.

*Religiosus non potest dare vel accipere sine licentia. lib.3. Cons. tit. de Regul.*

Quinta

*Quinta instructio.* Non licet Religioso particulari suo nomine aliquid dare, vel accipere, sed communi tantum nomine, idque cum bona venia, vt patet ex Bulla proximè citata. Hinc est, quod Religioso verè votum Paupertatis seruare volenti non liceat accipere aliquid in proprium vsum, sed in communem tantum. Licet enim possit ea redonata omnium primus de consensu Superioris vti, tamen non debet ea lege accipere, vt vtatur, sed vt communitati tradatur, ad primi indigentis necessitatem, iuxta Articulum conditum à Reuerendissimo Generali in Relictis Germanicis, sub hac verborum serie.

Cons. 20. nu. 1. Lib. 12. ca. 9. q. 5.

Franciscus à Longo Prato.

*Quicumque autem à parentibus vel amicis cum bona Superioris venia aliquid accipit, illud vsibus suis deputare non audeat, sed communitati (cui illud datur; dari enim non potest ei, qui nihil potest habere) applicari, primoq; Confratri indigenti tribui gaudeat, vt sic adimpleatur Regula, quæ ait; Consequens ergo est, vt etiam qui suis Filijs, aut aliqua necessitate ad se pertinentibus in Monasterio constitutis, aliquam contulerit vestem, siue quodlibet aliud inter necessaria deputandum, non occultè accipiatur sed sit in potestate Præpositi, vt in rem communem redactum, cui necessarium fuerit, præbeatur. Quod si quis rem sibi collatam celauerit, furti iudicio condemnetur.*

## MANDATVM. 60.

*Obligat Superiorem pro ratione culpa corrigenda.*

Sic hoc vltro confitetur, parcatur illi, & oretur pro illo: si autem depræhenditur atque Testibus conuincitur, secundum arbitrium Præpositi grauius emendetur.



Rima *instructio*. Qui peccatum suum vltrò confitetur accedens ad Prælatum, meretur veniam, quia culpam agnoscit; & in eo, quod se accusat, pœnitentiam agit. Eodem modo meretur veniam, qui proclamatus etiam culpam fatetur, etsi nulli adhibeantur ei testes. Non quod velim dicere huiusmodi culpam agnoscenti semper parcendum planè, sed quod sit mitius cum eo agendum, quam cum eo, qui culpam nunquam fatetur, nisi adhibitis testibus, & hoc est, quod dicit Vmbertus ca. 106. *peccatum esse leuius puniendum in confesso, quam in conuicto.*

*Pænarum determinatio pendet à Iure vel Prælato.*

*Lib. 2. variarũ Resolut. ca. 9. num. 8.*

*Secunda instructio.* Quamuis nonnullę pœnę taxatæ sint, & definitæ certis criminibus in Iure & Regulis, erit tamen in arbitrio Prælati eas augere vel minuere, interueniente iusta causa. Couarruuias. licet non desint, qui contrarium sentiant. In Ordine nostro tamen nulla est difficultas; quia definitur in nostris Constitutionibus, pręsertim tota Distinct. 3. quas pœnas possint Prælati augere, vel minuere, & quas non. Porro criminibus, quibus nulla est certa pœna definita, ea determinari debet in nostro Ordine cũ discretione Abbatis, vel Generalis, vel Capituli Generalis, vt hic statuit D. Augistinus, & statuta nostra multis in locis docent.

De

De huiusmodi determinationibus Lopes in *Praxi, cap. 147.* legatur.

## MANDATVM 61.

Vestes vestras in vnum habeatis, sub vno custode vel duobus, vel quot sufficere potuerint ad eas excutiendas, ne à tinea lædantur

## SPECVLVM XC.

*In quo apparet, quo in loco asseruandæ sint vestes Religiosorum.*

*Etsi cõmunitas victus & vestitus obliget sub mortali, nõ tamẽ locus communis ad reponendas vestes, nisi accesserit præceptum Superioris.*



*Rima Instructio.* Ea est laudabilis consuetudo in Monasterijs reformatis, iuxta præscriptum sanctissimi Patris nostri, vt omnes vestes in loco communi seruẽtur, quibus aliqui præficiantur, qui eas custodiant, purgent, reficiant, & renouent.

*Secunda instructio.* Hanc consuetudinem renouauit in Monasterio sanctæ Marię in nemore à sex vel amplius annis F. ac D. Daniel Piccart eiusdẽ Monasterii dignissimus Abbas & spiritualis restaurator. In Germania vero, Bohemia & Flandria renouauit, me collaborante, Reuerẽdissimus D. Generalis modernus anno Domini 1601. sub hoc verborum tenore.

*Daniel Piccart vir sanctus.*

*Franciscus à Longo Prato.*

*Ad hanc autem communitatem stabiliendam & conseruandam locus ad reponendas vestes, cæteraque ad communitatem necessaria aßignetur; & Vestiarius aliquis, qui de D. Abbatis vel Prioris*

*licentia, ministret Religiosis necessaria, stabiliatur iuxta Cap 8 Regulæ nostræ.*

*Improbus modus custodiendi vestes Religiosas.*

*Secunda instructio.* In Visitationum mearum cursu depræhendi quatuor conseruandarum vestium genera. Primum est eorum qui quotannis accipiunt pecunias, & apud se reseruant ad comparandas vestes sibi necessarias, & hi de vestibus quodcumque libet, agunt; modo illas vendentes, modo commutantes, modo donantes, modo ementes, easque ita in cistis suis conseruant, vt vix Prælatis eas visitare permittant, sed illud est contra Regulę præscriptum hoc loco & Cap. 2. vbi sic habetur, *distribuatur victus & tegumentum non æqualiter omnibus quia non æqualiter valetis omnes.* Sic enim æqualiter omnibus tam valentibus quam non valentibus distribuitur. Vmbertus autem *ca.* 110. appellat hunc comparandi & conseruandi sibi vestes modum Proprietatem, vel saltem Proprietatis speciem manifestam. Imò vero in hoc peculio nonnunquam furtum committi asserit, videlicet quando pecuniæ pro vestibus concessæ in vsus alios, præter Domini voluntatem expenduntur. Accedit quod Prelati, qui ita suis prouident, plerumque relinquant eos in eadem indigentia vestium, in qua prius erāt, videlicet quando pecunias ad id datas in alios vsus prophanos impendere permittunt. Secundum genus conseruadarum vestium est eorum, qui putant se medelam malis prædictis, & ex peculio apud vnumquemque particularem Religiosum conseruato prouenietibus afferre, & Regulam seruare posse, si pecuniæ pro vestibus vnicuique particulari assignatæ, vel pannus vnicuique designatus ab vno seruentur.

*Proprietarius modus custodiendi vestes Religiosas.*

Quare constituerunt custodem illius pecuniæ, vel panni, qui singulis distribueret illas pecunias, vel pannum, iuxta occurrentem necessitatem, ita tamen vt quotannis teneatur vnicuique in particulari rationes suas facere, & vnusquisque in particulari dicere possit: *Hoc vel illud mihi restat, & debetur à Vestiario, ad hoc vel illud mihi comparandum pro libito, nec eo quod mihi restat, alius vti potest.* Sed hoc rursus est, vt dicit Vmbertus, contra Regulam, quæ vult omnia esse communia, & distribui huic plus, illi minus, iuxta necessitatis occursum; nec hoc caret (inquit idem) vitio Proprietatis. Non minus enim est Proprietarius ille, qui suarum rerum habet custodem, & pecuniæ suæ receptorem, quam ille, qui apud se illas reseruat. Tertium genus est eorum, qui nihil quidem sibi vendicant, omniaque in communi possident, & accipiunt à Prælato iuxta suam necessitatem, sed tamen vestes suas apud se habent. Quales reperi plurimos in Flandria, & Germania, quos certè à Proprietatis labe alienos existimo, sed tamen in vno deficere: videlicet quod Regulæ Mandatum, quo iubetur, vt vestes vno in loco asseruentur, sub vno vel duobus custodibus, non adimplent. Quartum genus est eorum, qui hoc Mandatum de deponendis vestibus sub vno custode ad amussim seruant, quales reperi in Monasterio sanctæ Mariæ in nemore, sub sancto & aureo regimine D. Danielis Piccart prædecessoris mei. Alijs multis in Germania & Flandria id esse iniunctum, me Interprete, scio; sed an id iam apud eos obseruetur, ignoro.

*Tolerabilis modus custodiendi vestes Religiosas.*

*Regularis modus custodiēdi vestes religiosas.*

*Quarta*

*In 4. Senten. Dist. 38 q. 9.*

*Quarta instructio.* Etsi Maior & alij plerique eam consuetudinem improbent, & plurimum damnent, quæ quisque sibi est Vestiarius: tamen vbi de communi Religiosis nō prouidet Prælatus, non sunt in malo statu Religiosi, qui retinent ex consensu Prælati ea, quibus egent; modo nec habeant superflua, nec rebus sibi creditis aliter vtantur, quam prudens Oeconomus, vt docent Maior *loco cit. Lopes. 2. Parte Directorij Cap. 4. & 5. Nauar. & Azor libr. 12. Cap. 2. q. 5.*

*Li. 3. Cons. Tit de Reg. Consil 75. & Comm. 3. de Reg. n. 26*

*Vsurpare aliquid ex rebus communibus quale peccatū.*

*Quinta instructio.* Peccat Religiosus, qui ex rebus in communi asseruatis aliquid vsurpat inscio Prælato, vel eo, qui curam habet illarū rerum. Maior & Azor suprà. estque illud peccatum contra Paupertatem modo mortale, modo veniale, pro modo rei sibi vsurpatæ.

*Sexta instructio.* Etsi ij, quibus Prælatus in communi non prouidet, possint habere apud se necessaria, tamen in omni casu tenentur rē, quam habent, Prælato petenti resignare, sub pœna peccati mortalis, vt notat Syluester.

*Verbo, Relig. 6. num. 7.*

## MANDATVM 62.

Si fieri potest, ad vos non pertineat, quod vobis indumentum pro temporum congruentia proferatur.

*Obligat sub venialitantum, nisi interueniret grauis murmuratio, & scandalum.*



*Nstructio vnica.* Hic D. Augustinus incipit resecare superfluitates, quæ possent esse circa vestes. Primum igitur Mandatum est, quod Religiosus, si fieri potest, non debeat sollicitus esse de vestibus, secundum congruentiam temporum.

Addit autem (*si fieri potest*) vt eorum imbecillitati acquiescat, qui non possunt easdem vestes portare in æstate, & in hyeme: quod etiam attendit D. Benedictus in sua Regula.

## MANDATVM 63.

Vtrum hoc recipiat vnusquisque quod deposuerat, an aliud, quod alter habuerat; Dum tamen vnicuique, prout cuique opus fuerit, non negetur.

*Obligat sub veniali tantum, nisi id fieret ex Proprietatis effectu.*



*Rima instructio*. Quia pauci inueniuntur, qui alienas vestes, saltem interiores, non refugiant, propter sordes alienas, quas natura magis abhorret, quam proprias; voluit Legislator huic secundo Mandato, de non curando, quæ vestes nobis reddantur, an illæ quibus antea vtebamur, an alienæ, addere etiã *si fieri potest.*) Quare Prælatus, vel eius nomine Vestiarius in distribuendis vestibus tria debet maxime obseruare. Inprimis, vt quod cuique opus fuerit non negetur, vt ostendimus superius. Secundum est, vt superflua non concedãtur. Docent enim Doctores, vt supra ostendimus, non posse sine Proprietatis labe Prælatũ Religioso superflua concedere, vel vt pretiosis induatur, permittere. Id enim esset contra Clement. 1. De *Statu Monachor*. vbi Religiosis interdicitur omnis cultus & ornatus pretiosus, & in Concil. Trident. iniungitur omnibus Clericis modestia in habitu, à fortiori Re-

*Vestiarius tria debet attendere.*

ligiosis,

ligiosis, qui præter Clericatum aliud habent, quod modestiam requirit. Porro quod attinet ad superflua, in hoc errare plurimi Prælati dignoscuntur, qui non curant de ijs, quæ apud se habent Religiosi, quantumuis sint superflua: dummodo illa eorum sumptibus non comparentur. Tertium est, vt vestes, quæ propter saniem vel huiusmodi, nauseam parere possunt, non porrigantur.

*Sess.22.cap.1. de Reformat. Noiet Prælat.*

*Secunda Instructio.* Quia quicquid habet Religiosus, suum nō est, nec potest suū nominare, dicendo, mea vestis, meus liber, &c. propterea nullū habet ius repetendi sequenti hyeme, vestē illā, quam habuit hac hyeme. Habuit enim hac hyeme vsum facti tātummodo, qui durat, quamdiu ei relinquitur vestis, non autem quā diu est in loco communi. Nec illi vlla fit iniuria, si illa ei non redditur; dummodo illi de competenti prouideatur.

## MANDATVM 64.

Si autem hinc inter vos contentiones & murmura oriuntur, conqueritur aliquis deterius se accepisse, quam prius habuerat, & indignum se esse, qui non ita vestiatur, sicut alius Frater eius vestiebatur; hinc vos probate, quantum vobis desit in illo interiore sancto habitu cordis, qui pro habitu corporis litigatis.

*Obligat sicut duo præcedentia.*

## SPECVLVM XCI.

*In quo apparet probos Religiosos de vestibus non conqueri, nec ornatum affectare.*

Prima

PRima instructio Imperfectorum Religiosorum est contẽdere, vel murmurare de vestium distributione, quæ fit à Prælato, vel ab eo, qui in illa parte eius vices gerit, quiq; nominatur in Ordine nostro, *Vestiarius*; vt docet hic D. Augustin. his verbis. *Hinc vos probate, quantũ vobis desit in illo interiori sancto habitu cordis, qui pro habitu corporis litigatis*; quasi diceret, murmurare vel cõtendere de vestiũ qualitate est indiciũ Religiosi intrinsecus imperfecti & virtutibus nudati: quippe qui plus curet habitum corporis, quam cordis. Nunquã enim videas huiusmodi murmuratores contendere æmulatione bona cum virtute præditis, vt vel eos in virtutũ acquisitione exæquent, vel superent. Tales monerem libenter, vt curiositatẽ, quam habent in ornando corpore, & ei quodãmodo adulando, in eã concertant, qua mens exornatur; & Superiores opportunè rogent, non vt hoc vel illo modo vestiantur, sed vt ab eo discãt, & sciant cum Dauide, quid sibi intrinsecus desit. Porrò quod labeliũ Religiosi, de vestibus murmurare vel cõtendere soliti, cõpescere debet, est, quod cõtendendo & murmurãdo de huiusmodi, manifestat cęteris se esse imperfectum & virtutũ adipe vacuũ: non minus quam dolium, quod vacuũ iure presumitur, quando murmur, & sonum edit: & non minus quàm rota, quæ quo magis cæteris murmurat, eo magis intus destituta pinguedine dignoscitur. *Psal. 22. & 38* *Murmuratio est signũ vacuitatis virtutũ.* *Similitudo.*

*Secunda instructio* Perfectorũ Religiosorũ est nõ curare quomodocunq; induãtur, dummodo ea habeãt, quibus, iuxta Ordinis institutũ, corp' tegãt, & ab eo aeris incõmoda propullent, iuxta Apostoli doctrinã, *Habentes alimẽta, & quibus*

*tegamur*

*tegamur, his contenti simus*. Imo vero perfecti Religiosi solēt abiectiores vestes affectare. Primò, cōsiderantes se nō solū debere Paupertatis incōmoda patiēter ferre, sed & ipsam Paupertatē amare. Secundò, considerantes statum suū esse statum pœnitentiæ, quem decent vestes pauperes, & aptæ ad luctum, exemplo D. Ioannis Baptistæ, qui prædicans pœnitentiam, pilis camelorum induebatur: & exemplo Sanctorum patrum Enoch & Heliæ, qui ob eandem etiam causam erant vilibus amicti saccis, vt dicitur in Apocal. Tertiò, considerantes statum suum esse statum humilitatis, & inter insignia Religiosi collocari à D. Bernardo humilitatem siue contemptum. Quarto, considerantes peccata, quę perpetrarunt, & quibus adhuc nunc constringuntur. Qui enim attentè imperfectū suum videt, se indignum victu & vestitu reputat; & quomodocumque vestiatur, dummodo tamen secundum professionem, non curat: exemplo Patriarchæ Iacob, qui coram Domino se hoc modo abijcit. *Minor sum cunctis miserationibus tuis.* His positis concludam cum Vmberto Cap. 13. ijsdem planè, quibus ipse verbis, *Licet ergo* (inquit) *Patres Monasteriorum debeant habere curam diligentem de prouidendo Fratribus competenter in vestitu, tamen ad perfectum Subditum pertinet magis abiectas vestes diligere, quam nimiam de his pro se habere curam.*

*Quæ debeant Religiosum incitare ad non affectandas vestes.*

*Matth. & Luc. 3. Marci 1. Cap. Apocalyps. Cap. 11.*

*Insignia Religiosi sunt humilitas & sui cōtemptus.*

*D. Bern. Epist. 42. sub fi. Gen. Cap. 32.*

*Tertia Instructio.* Peccant Religiosi *qui inperfecta communitate viuentes, detrahunt Prælatis, eo quod alijs aliud vel plus quam sibi tribuatur*, ait Nauar. Eritque hoc peccatum mortale vel veniale, iuxta modum detrahendi. Et est hic vnum notandum, quod perpauci aduertunt, videlicet nonnunquam esse peccatum mortale

*Comm. 3. de Regul. nu. 4.*

Prælatis


Pralatis detrahere, etiam in materia peccati venialis; quia sępe Religiosi, & præsertim Prælati maius odium suorum, & maiorem infamiam incurrunt, quando aperiuntur quędam eorum vitia, etiam venialia, quam incurrerent alij, si eorum peccata mortifera manifestarentur, teste Nauar.

*Aperire Prælati peccatū etiā veniale, vel ei detrahere in materia veniali, aliquando est mortale.*

## MANDATVM 65.

**Tamen si vestra toleratur infirmitas, vt hoc recipiatis quod deposueratis, in vno tamen loco, sub communibus custodibus habere, quod ponitis.**

*Obligat, sicut superiora, nisi Superior id præcepisset tota sua vi.*



*Rima Instructio*. Etsi possit interdum fieri ex Regulæ permissione, vt Religiosus aliquis recipiat semper eas vestes, quas deposuit, non quas alius exuit, propter nauseam, quam solent illi alienæ vestes parere; non tamen sequitur statim, quod ille propriam possit habere cistam, in qua vestes omnes toto anno necessarias asseruet, vt hic expresse docet D. Augustinus; adeo vt illud quidem tolerari possit, istud verò minimè.

*Secunda instructio*. Vmbertus *cap. 115*. hinc elicit argumentum, quo probet tam Prælatum, quam Subditum debere æquanimiter huius vel illius Fratris infirmitates spirituales, & corporales tolerare.
Vide ibid.

## MANDATVM 66.

Ita ſanè, vt nullus ſibi aliquid operetur: ſed omnia opera veſtra in vnum fiant, maiori, ſtudio, & frequentiori alacritate, quã ſi vobis ſingulis faceretis propria. Charitas enim, de qua ſcriptum eſt, quæ non quærit, quæ ſua ſunt, ſic intelligitur, quia communia proprijs, non propria communibus anteponit.

*obligat ſub mortali, niſi excuſet rei paruitas.*

*1. ad Cor. 13.*

## SPECVLVM XCII.

*In quo videtur, cui acquirat Religioſus.*

PRima inſtructio. Religioſus quicquid acquirit, *acquirit quoad dominium, ſoli Deo, & Domino noſtro Ieſu Chriſto, quoad ius adminiſtrandi eius, ſupremũ & generale ius Papæ, & Eccleſiæ vniuerſæ: particulare vero illi Ordini, vel Monaſterio cuius eſt ipſe, ſi ſint capacia iuris adminiſtrandi: alioquin etiam ſpeciale remanet apud Papam: & ſola detentio, & vſus, & adminiſtratio facti penes Ordines, & Monaſteria, quibus acquireretur ius particulare adminiſtrandi, ſi illius eſſent capacia.* Ita Nauar. his ipſis verbis, & ſecundum hunc ſenſum intelliguntur ſequẽtes Inſtructiones.

*Comm. 2. de Regul. num. 3.*

*Secunda inſtructio.* Religioſus ſiue Fugitiuus, ſiue Apoſtata, ſiue Inobediens quicquid iuſtè acquirit ſuo labore, opera, induſtria, &c. acquirit Monaſterio, ſicut ſeruus acquirit Domino ſuo, non ſibi, Nauar. ibidem. Dixi (*iuſtè*) quia ea, quæ acquirit iniuſtè, nec ſibi, nec Monaſterio acquirit, *ſicut nec ſeruus ſibi, nec Domino,*

*Religioſus quod iuſte acquirit, acquirit Monaſterio.*

ait Nauar. *ex l. quod seruus. cū Gloss ff. de acquir. vel amitt. poss Panorm. in ca fin. col. 2. de Regul.*

*Tertia instructio.* Religiosus quærit Monasterio,, in quo professionem emisit, *singulariter se illi dedendo*, ait Nauar. *loco cit.* nisi forte sit Beneficiarius alterius Monasterij, vel in altero Monasterio ex Superioris decreto viuat. Tunc enim acquirit alteri Monasterio per praxim nostri Ordinis, nisi forte viuat in altero Monasterio ex bonis sui Monasterij, tunc enim acquireret suo Monasterio: vel nisi habens Beneficium alterius Monasterij, etiam reciperet aliquid annuatim à suo Monasterio, tunc etiam acquireret & suo Monasterio, & illi ex quo pendet Beneficium, secundum qnantitatem fructuum, quos ex illis percipit: plus quidem ei, vnde plura, minus verò ei vnde pauciora bona percipit. Colligitur ex Nauar. *loco cit.* Num. 5. Num. 7.

*Quarta instructio.* Religiosus quærit etiam Monasterio omnia bona, quæ ante professioné possidebat, nisi illa alijs ante professionem distribuerit. *Nauar. loco cit.* Num. 5.

*Quinta instructio.* Religiosus trãslatus ad aliã Ecclesiam siue Monasterium sui Ordinis, non acquirit Monasterio, in quo professionem edidit; sed illi, ad quod est translatus. *Can si quis iam translatus. Nauar.* 21. q. 2. Nu. 6.

*Sexta instructio.* Canonicus Præmonstratẽsis habens beneficium Regulare sui Ordinis, etsi nõ dependeat pleno iure saltẽ quoad institutioné & destitutionem ab Ordine, quærit tamen Monasterio suo ex priuilegio, antiqua consuetudine, & praxi eiusdem Ordinis: & fortè hoc habet praxis, quia Beneficiarij nostri Ordinis sunt ad nutum Prælatorum amo

 uibiles,

uibiles, etsi instituantur ab Episcopo; vt patet ex priuilegio Iulij Secundi, quod ego cum essem in amœnissima Hannoniæ Prouincia vidi in celeberrimo Monasterio Bonæ Spei, nostri Ordinis, sub prouido regimine D. Ioannis Lucij, viri in Reipublicę ac Religionis negotiis exercitatissimi.


*Ioannes Lucius.*

*Septima instructio.* Ex his concluditur, quod is Religiosus est Proprietarius, qui lucrum sui laboris non sibi, sed Monasterio quæsitum, inuito, vel inconsulto Superiore conseruat, vt colligitur ex Nauar. locis citatis.

## MANDATVM 67.

*Explicat Mandatum præcedens.*

Et ideo quanto amplius rem communem, quam propria vestra, curaueritis; tanto vos amplius profecisse noueritis: vt in omnibus, quibus vtitur transitura necessitas, superemineat quæ permanet charitas.



*Nstructio vnica.* Quia Charitatis in Religioso residentis maximum est indicium, si gnauiter pro communitate operetur, ideo dicit sanctissimus Pater, *Ideo quanto amplius rem communem, &c.* quasi diceret: Si cupitis cognoscere, quem progressum feceritis in religione, videte quẽ progressum feceritis in Charitate: quę in hoc vel maximè cernitur, quando Religiosus rem communem ardentius, & fidelius, quam eam, quę sibi est ad vsum concessa, procurat. Hinc colligitur eos maxima Charitatis penuria laborare, qui ad propria opera fortes

*Signum Charitatis in Religioso.*

sunt,

ſunt, & læti; ad communia vero negligentes, contentioſi, triſtes, & impotentes, quales non paucos in Monaſterijs reperias, qui ſi quos habent hortos in particulari, eos miris modis exornant, & cum miro labore excolunt; in cõmuni autem horto, ne lapillum quidem colligere vellent. Hoc aduertit etiam ſuo tempore D. Bernardus his verbis. *Singularis eſt ad omnia ſua ſtrenuus, ad communia piger.* Et certè ſingularitas illa Religionem miris modis afflixit, & ex multis Monaſterijs, quod non ſine dolore dico, deturbauit.

*Singularitas Religionem èxulare facit.*

## MANDATVM 68.

Conſequens ergo eſt, vt etiam qui ſuis filijs, aut aliqua neceſſitate ad ſe pertinentibus, in Monaſterio conſtitutis, aliquam contulerit veſtem, ſiue quodlibet aliud inter neceſſaria deputandum, non occultè accipiatur; ſed ſit in poteſtate Præpoſiti, vt in rem communem redactum, cui neceſſarium fuerit, præbeatur.

*Obligat nunc ſub mortali nũc ſub veniali, iuxta rei acceptæ quantitatem.*




Nſtructio vnica. De hac re egimus ſuperius. Solum hic addendũ eſt, certum eſſe, præceptum hoc obligare ſub mortali, vel veniali, cũ quicquid tribuitur Monacho, acquiratur Monaſterio: ſique ſibi illud reſeruet, erit Proprietarius. Ita Molina.

*De Iuſtitia & Iure. Diſput. 140.*

## MANDATVM 69.

*Cōfirmat quod annotauimus Mandato præcedenti. Verbo, Religio 6.4.7.*

Quod si quis rem sibi collatam celauerit, furti iudicio condemnetur.



*Nstructio vnica.* Docuimus superius, peccatum esse mortale celare aliquid Prælatum, ex Syluest. nisi excuset rei paruitas.

## MANDATVM. 70.

*Obligat sub veniali tantum, nisi subesset contemptus.*

Indumenta vestra secundum arbitrium Præpositi lauentur, siue à vobis, siue à fullonibus, ne interiores animæ sordes contrahat mundæ vestis nimius appetitus.



*Rima Instructio.* Lauare suas vestes ex curiositate, ob nimium appetitū mundę vestis, est veniale. Sylueſter verbo Ornatus. sicuti eas lauare sine Prælati cōsensu, iuxta Caiet.

*In 2.2.q.186. art.9.*

*Secunda instructio.* Honesta munditi es vestium non est vituperio digna, sed potius sordities. Vnde Cassianus. *Operimenta sint, quæ corpus operiant tantum, non quæ amictus gloria blandiantur: ita vilia vt nulla coloris vel habitus nouitate inter cæteros huius propositi viros habeantur insignia: ita studiosis accurationibus aliena, vt nullis rursus sint affecta tis per incuriam sordibus decolorata.*

*Lib.1.de Habitu Monachorum.Cap.3.*

## MANDATVM 71.

Lauacrum etiam corporis, cum infirmitatis necessitas cogit, minimè denegetur. *Obligat sub mortali, vel veniali, iuxta indigentis necessitatem.*

### SPECVLVM XCIII.

*In quo videtur, an liceat Religioso vti balneis.*

PRima *Instructio*. Balnea Religioso permittuntur ad necessitatem, non ad voluptatem. *Gloss Can. Omnis qui.* 24. q. 1. Et hoc est, quod etiam permittit Legislator noster hic, his verbis (*Cum infirmitatis necessitas cogit.*) Peccaret autem mortaliter, vel venialiter pro exigentia infirmitatis Prælatus, qui balnea de iudicio Medicorum infirmo necessaria denegaret, quia tenetur illi de necessarijs prouidere.

*Secunda instructio*. Religiosi nostri Ordinis in Germania, frequenter balneis vti solent: habentur autem balnea in singulis Monasterijs, eo apparatu, quo habentur in ipsis ciuitatibus, quod ego non parum miratus sum, cũ in cursu Visitationis Reuerendissimum Generalem comitarer, anno 1601. In Gallia autem, Flandria, Hannonia, Brabantia, & Lotharingia vix Religiosi nostri Ordinis his vtuntur, reputãtes illud nimis fœmineũ, & nimis verecundũ, cũ id fieri nequeat sine denudatione, quã pudicæ mentes ita refugiũt, vt nõ nisi in magna necessitate eã in se, vel alijs permittãt. Hãc consuetudinẽ nõ sic probo vt planè improbẽ Germanorũ: dummodo iuxta Ordinationum nostrarum præscriptum, non ita frequenter suis balneis, sicuti antea vtãtur. Qua de re sit sequens Instructio.

*Religiosus non debet gerere magnam curã corporis.*

*Li. vlt. Moral. in Iob ca. 13 aliàs 10. 8. q. 1 2. 2. q. 104. ar. 2.*

*Tertia instructio.* Non decet Religiosum, qui voluptatibus valedixit in Professione, gerere magnam curam corporis. Quare pręstat, vt in ijs, quę corpori delectationem adferre solent, potius ex præcepto Abbatis se gerat, quam ex proprio motu. Hinc ex D. Gregorio refertur Can. Sciendum, *Obedientia aliquando si de suo habeat, nulla est*; vt ergo meritoria sit, eo tantum respectu facienda sunt, quia præcipiuntur. D. Thom.

*Quale peccat ũ sit ingredi balnea sine necessitate.*

*Quarta instructio.* Quamuis quidam existiment, esse peccatum mortale, ingredi balnea absque necessitate; probabilius tamen mihi videtur, esse tantũ veniale, si ingressus fit propter nimiam corporis curam. Esset autem mortale, si quis ob finem mortaliter prauum ingrederetur, vel se exponeret periculo peccãdi mortaliter.

## MANDATVM. 72.

*Obligat sub mortali, si iussio importet præceptũ, nisi cõplexionis suæ conscius, planè cõtrarium esse faciendum sibi bona fide persuaderet.*

Fiat sine murmure de consilio Medici; ita vt, etiam si nolit, iubente Præposito, faciat, quod faciendum est pro salute. Si autem velit, & fortè non expedit, suæ cupiditati non obediatur. Aliquando enim si noceat, prodesse creditur quod delectat. Denique si latens est dolor in corpore, famulo Dei dicenti quid sibi doleat, sine dubitatione credatur. Sed tamen, vtrum sanando illi dolori, quod delectat, expediat, si non est certum, Medicus consulatur

# SPECVLVM XCIV.

*In quo videtur, quomodo & quando Prælatus debeat Religioso medicinam procurare.*

PRima instructio. Prælatus in Cœnobijs solet habere sub se tria genera Religiosorum, circa medicinæ sumptionem diuersimodè affectorum. *Primum genus Infirmorum.*
Primum genus est eorum, qui ex quodam perfectionis amore, corporis nullam plane curã gerunt, ac proinde corpori etiam ægro medicinalem potionem recusant. His sollicitè debet attendere Prælatus, vt eis possit opportuno tempore subuenire. Debetque illos ad communia exercitia, & recreationes cogere; & austeritates illas, quę notabiliter corpus eneruãt, & eius vires exhauriunt, prohibere; ne videlicet corporis iumentum ad Religionis onera ferenda, & Communitati inseruiendum inutile reddatur; sicque fortitudo ad Deum non custodiatur, sed in affectionibus superfluis consumatur: ne illi sese graues & molestos cæteris exhibeant: ne vitium singularitatis incurrant, & singularis ferus Religionem depasci incipiat; ne voluntati propriæ, cui in Professione renunciarunt, velificari videãtur, & in macerationibus & ieiunijs eorum propria voluntas inueniatur: quod reprahendit Propheta; *Isa. cap. 58.*
sicque tot ac tantorum bonorum operum, in quibus exercendis diem cum nocte confundunt, merita deperdantur. Monere etiam eos debet, Ezechiam, Isaiæ Prophetæ monitu, & *Isa. ca. 38.*
Tobiam de consilio Angeli vsos fuisse medicina: & Legislatorem nostrum hic præcipere, vt *Tob. ca. 11.*

Religiosi iubente Præposito, medicina vtátur. Secundum genus est eorum, qui cum sint voluntate, & non natura delicatuli, nimiam suæ carnis curam gerunt, ac proinde minimo doloris capite extante, Medicum consulere volunt, & medicinam sumere, vel saltem ab obseruantijs Monasticis absolui. De huiusmodi curam etiam sollicitam debet gerere Prelatus; non vt eorum desiderijs satisfiat, sed vt eorum corpora nimia potionum congerie non grauẽtur; & vt eorum mentes in desiderijs carnis non foueantur. Magis enim tenetur Prælatus, qui Medicus est Spiritualis, animis attendere, quam corporibus. Et hoc est, quod dicit Legislator. *Si autem velit, & non expediat, suæ cupiditati non obediatur*. Istiusmodi Religiosos D. Bernard. inducit sic conquerentes. *Legumina* (inquit) *ventosa sunt: caseus stomachum grauat: lac capiti nocet: potum aquæ non sustinet pectus: caules nutriunt melancholiam: choleram porri accendũt: pisces de stagno aut de lutosa aqua meæ penitus complexioni non congruunt. Quale est hoc? vt in totis fluuiis, agris, hortis, cellariis reperiri vix possit, quod comedas? Puta te quæso Monachũ esse, non Medicum; nec de complexione iudicandum, sed de professione. Parce obsecro, primum quieti tuæ; parce conscientiæ conscientiæ non dico tuæ, sed alterius, scilicet, qui prope te sedens & edens quod sibi apponitur, de tuo singulari ieiunio murmurat. Scandalo est ei tua superstitio*. Tertium genus est eorum, qui cum sint serui Dei, frequenter de infirmitate conqueruntur, quibus Legislator esse sic prouidandum ait, vt eis quidẽ dolere se dicentibus credatur, sed tamen an remedium, quod expetunt, sit ad

*Secundũ genus Infirmorum.*

*Serm. 30. super Cant.*

*Tertium genus Infirmorum.*

ſit adhibendum, à Medicis quęratur. Dixi (cum ſint ſerui Dei) quia id expreſsè adhibuit D. Auguſtinus. *Denique* (inquit) *ſi latens eſt dolor in corpore, famulo Dei dicenti ſine dubitatione credatur.* Addidit autem hanc particulam (*famulo Dei*) ad diſtinguendum eos ab ijs, qui ſunt ſecundi generis, quibus ſine dilatione credendum ſemper non eſt. Famulus autem Dei ex Vmberto, Cap. 123 is eſſe prȩſumitur, qui diem noctemque in Dei obſequio impendere anhelat: qui in ijs, quæ ſunt votorum, Regularum & Statutorum hilariter, humiliter, ac deuotè ſe exercet; qui libenter Prælati ſui voluntatē, non ſuam implet; qui bonū Communitatis, nō priuatū quærit; qui proximum verbo & exēplo paſcit. *Tali Famulo Dei* (cōcludit idē Vmbertus) *dicenti quid ſibi doleat, ſine dubitatione credatur.*

*Quis ſit Famulus Dei.*

*Secunda inſtructio.* Prælatus in credēdo Confratri dolere ſe dicenti facilis eſſe debet, niſi is Confrater ſit de numero eorū, quorū in ſecūdo genere fecimus mentionē. Debet (inquam) eſſe facilis, ne murmurationis cauſam illi dolenti præbeat. Morbus enim cū ex ſe incitet ad conquerendū, facile in murmurationē, deficiētibus ad ſalutē remedijs, labitur. Hinc debēt Prȩlati, vel hoc ſolo nomine, vt murmuratio cauſam ſui inuenire nequeat, in remedijs ægroto porrigēdis eſſe faciles ac prōpti; ne cū difficultate & triſtitia porrigētes neceſſaria, illi qui timēt Prælatū offendere, & eius obediēdo miſerētur, procul à petēda medicina arceantur; neve ipſi prælati merito, quod illis bene de remedijs prouidentibus debetur, penitus priuentur. Certè omnibus in rebus, ſed maximè in hoc, vt mihi videtur, *hilarem datorem diligit Deus.*

*Prælatus debet eſſe facilis in miniſtrandis neceſſarijs ægroto.*

*2. Ad Cor. 9.*

Tertia

*Circa infirmũ potest Prælatus peccare tripliciter.*

*Tertia Instructio*. Poteſt peccare tripliciter Prælatus, non credendo Confratri ſuo dicenti ſe dolere. Primò, ſi hac ratione morbo non adhibeat remedium. Eſtque is defectus Charitatis & Iuſtitiæ. Nam ex vtriuſque obligatione debet prouidere ſuo Religioſo, peccabitque mortaliter vel venialiter pro ratione negligentiæ. Secundo, poteſt peccare etiam vel mortaliter vel venialiter, ſed communiter venialiter, iudicando temere non dolere eum, qui conqueritur; facitque ei iniuriam, ſi nõ habeat iuſtam cauſam ſic ſuſpicandi, & dubitandi, vt docet Gregor. de Valent. Tertiò, poteſt peccare mortaliter vel venialiter pro morbi qualitate vel quantitate, ſi id ſibi perſuadere non vult, ne ſit opus pecunijs ad ſatisfaciendum Medico, Chirurgo & Pharmacopolæ. Hæc enim non perſuaſio non poteſt ipſum excuſare à peccato; quandoquidem illa non eſt bonæ, ſed malæ fidei.

*In 2.2. Diſp. 5. q. 4. punct. 3. & 4.*

## MANDATVM 73.

*Obligati ſub veniali tãtum niſi ſubeſſet malus finis.*

Nec eant ad balnea, ſiue quocumque ire neceſſe fuerit, minus quàm duo vel tres. Et ille, qui habet aliquo eundi neceſſitatem, cum quibus Præpoſitus iuſſerit, ire debebit.



*Rima instructio*. Quia ægroti præcipuè conualeſcentes egẽt aeris mutatione, vel deambulationibus; hic permittit D. Auguſtinus illas mutationes vel deambulationes, ſed non

ſine

ſine ſocio vel ſocijs. *Væ enim ſoli: quia cum ceciderit, non habet ſubleuantem ſe.* Eccleſ. cap. 4.

*Secunda inſtructio.* Egredi Monaſterium ad breue aliquod ſpatium, tantum eſt veniale ex ſe: ſed quia id ſit plerumque cum ſcandalo, vel ob finem illicitum, vel contra Prælati expreſſum præceptum, præſertim in Ordine noſtro, in quo expreſsè prohibet Generalis huiuſmodi etiam aliquantulos egreſſus, eſt plerumque mortale. Quod voluit innuere Clemens Octauus, qui inter caſus reſeruatos Superiori furtiuam & nocturnam egreſſionem è Monaſterio annumerauit. Colligitur hæc inſtructio ex Nauar. Vbi etiam docet Religioſum non debere ſine comite exire. Comm. 4. de Reg. nu. 34. 35 & 36.

*Tertia inſtructio.* Quia Clauſtra Religionum ſunt veluti Stagna, extra quæ Religioſi plerũque emori conſpiciuntur, ſequens Speculum ſubijciendum duximus.

## SPECVLVM XCV.

*In quo apparet, ad quid Clauſtra ſint inuenta, & quomodo in eis nos gerere debeamus.*

*Qui vult eſſe perfectus, multitudines hominum, officia, & ſalutationes, & conuiuia, quaſi cathenas fugiat voluptatum.* Hieron. Epiſt. quadã ad Heliodorum. In prima ad eum ſcriptã reperire eſt quid ſimile



Rima Inſtructio. Inſignis eſt Apoſtoli ad Chriſtianos omnes exhortatio his verbis. *Videte vocationem veſtram.* In nobis, Fratres, duplex eſt vocatio, ad Chriſtianam fidem ſcilicet, & ad Religionis Monaſticę celſitudinem. Quapropter noſtrum maximè D. Paul. 1. ad Cor. ca. 1. In Religioſo duplex eſt vocatio.

2. Epist. c. 1. S. Eucherius Lugd. in Hom. 4. ad Monach.

ximè est vocationem nostram attendere, ne fortè ex eorum numero simus; qui vocati non curant eligi, & vocationem suam per bona opera, quemadmodum admonet Apostolus Petrus, certam facere non student. Hortatur nos Episcopus Lugdunensis. *Dilectissimi* (inquit) *& nos videamus vocationem nostram: non enim satis prodest, quod istum locum* Claustralem *expetiuimus, si tales hic sumus, quales in sæculo fuimus.* Et post, *quia secundum Scripturæ fidem, qui multa promittunt, multa necesse est vt repetantur ab eis.* Et rursus inferius. *Nam quid nobis habitationis huius* Claustralis *secretum prodest, quando tyrannico dominatu malitia in nobis regnat; quando ira superequitat; quando maiorem metum in nobis humanus oculus, quam diuinus videt; quando nos illi laudabiles* (Claustrales) *qui extra mundum esse non credimus per diuersarum passionum vitia mundum intra nos clausum tenemus? Ideoque Fratres, videte vocationem vestram. Venire quidem ad Eremum* seu Claustrũ *summa perfectio est; sed non perfectè in* Eremo *viuere, summa damnatio est.* Quod quàm verum sit, poteritis cognoscere, si finem ad quem instituta sunt Claustra, velitis attendere.

*Claustra debẽt claudere voluntatis fores vanitatibus.*

*Secunda Instructio.* Instituta sunt Claustra, vt in ijs voluntatem nostram, sensuum tam exteriorum, quam interiorum cupiditatibus claudamus. Id testatur idem Episcopus his ferè verbis. *Id professio nostra in Claustris à nobis requirit, vt contra proprias concupiscentias, & reprobas voluntates, sed & contra omnem animositatem carnalitatis, atque acediam iugiter repugnemus: certumque est, quod nisi quotidie hæc implere, vniuersasque passiones, & mo-*

*In quadã ad eosdem Hom.*

*edientias quotidie viriliter eradicare conemur, multo peiores in Claustro efficimur, quam era mus in seculo, & fiunt nouissima nostra peiora rioribus.* Si ita est, vt vere nullus sanę men- is inficiari potest, quid non in Claustris ani- num vanitatibus claudimus? Cur voluntatis aluas omnibus huius seculi illecebris patere olumus? *Habet hoc nimirum infœlix consue- udo peccandi* (ait Eucherius) *vt quanto quis amplius peccauerit, tanto minus peccata ipsa in- elligat; & tanto plus eum peccare delectet; vt ueniat illi, quod ait Propheta: Non est Deus in onspectu eius. Auferuntur iudicia tua à facie ip- ius. Etenim quando subrepit peccandi delectatio, tatim futuri iudicij diem abscondit obliuio.* Et certè, verendum est, ne quosdam nostrum Deus in reprobum sensum tradiderit. Adeo enim intrepidè vocationem suam quidam in- uertunt in Claustris, vt peccatis demerenti- bus Deus eos excæcasse, eorumque cor indu- rasse videatur. Oculos enim habent, & non vident; quia videntes viam perditionis, quam calcant, non vident, id est, perditionis illam viam esse non attendunt. Aures habent, & non audiunt; quia audientes, id est, ex Scriptura, Patribus, Regulisque suis discentes, quanto in periculo versentur, non audiunt, id est, peri- culum hoc non aduertunt. Manus habent, & non palpant; quia palpantes antiquorum Pa trum, & Institutorum suorum viuendi for- mulas, amplecti negligunt. Pedes habent, & non ambulant; quia ambulantes, Patrum ve- stigijs non insistunt. Cor habent, nec tamen habent; quia adeo eius naturam peruertunt, vt quod liquescere in Diuino amore debuerat, in sæculi fœtore indurescat.

*Qui efficiuntur peiores in Claustro.*

*Consuetudo peccandi quid habeat. Hom. 5 ad eosdem.*

*Psal. 9.*

*Qui in Religione oculis & auribus suis non vtuntur.*

*Tertia instructio.* Si horum causam quæratis, non suppetit alia Patrum scriptis libris confor mior, quam hæc, quia Deus illos fortè tradi dit in reprobum sensum. Tradere enim solet Deus eos in reprobum sensum, id est, gratiam suam ad resurgendum efficacem eis denegare, quos animaduertit semper in via Mandatorum retrocedere, nullam curam adhibere ad satisfaciendum officio, tentationibus omnibus da ta opera succumbere, in peccatis torpescere, in Diuinis perfunctoriè se habere, monitiones maledictis prosequi, dicere malum bonum, quærere sib. *Magistros prurietes auribus*, vt illi, de quibus S. Paul. & gratiam resipiscendi sæpe oblatam respuere. Quæ quidem reprobi sensus indicia cum non procul esse ab illis cernimus, timere plurimum illis debemus: videlicet, ne ex eorum sint numero, quos multitudine peccatorum excæcatos in reprobum sensum tradidit Dominus. Quod si pristinum sensum recuperare desiderant, studendum est vt in Claustris cordis claustra deinceps custodiant, & nó tantummodo corpore, sed & animo Claustris conclusi teneantur, voluntatisque suæ portas cupiditatibus huius sæculi occludant, ne fortè mors intret per eas fenestras, quibus vita conseruari debueret.

*Quos tradere soleat Deus in reprobũ sensum*

*2. Ad Tim. 4.*

*Quarta instructio.* Claustra inuenta sunt ad impediendas vanas, & varias cursitationes, & diuersas cum diuersis hominibus conuersationes, quæ mentem plerumque solent à bono proposito reuocare. Cum enim conuersatio nostra in cœlis esse debeat cum D. Paulo, tátò amplius aberramus, quo sæpius cum sæculi hominibus versamur. Qui enim superuacaneis

*Claustra inuẽta sunt ad impediẽdas vanas cursitationes.*

*Ad Phil. ca. 3.*

*Similitudo.*

cursitatioibus à Claustri sui censura dissipatur, quasi tot rimis extra se ducitur, vnde & redire interius mens ad sui cognitionem non sufficit; quia per cursitationes sparsa à secreto se intimæ considerationis excludit: totam vero se insidiantis hostis vulneribus detegit, quia munitione custodiæ non concludit. E contra, vt dicebat magnus Antonius, *quiescens in Claustro, vel Cellula à tribus telis eripitur auditus, locutionis, & visus; & vnam tantummodo habet pugnam, videlicet cordis.* Hinc enim beatum Scriptura prædicat, qui *portauerit iugum ab adolescentia sua.* Rationem mox subiungit, *sedebit solitarius, & tacebit: quia leuauit se super se.*

*Religiosus egrediês relinquit suam turrim.*

*Ex vitis Patrũ par. 2. Lib. de Quiete, statim initio.*

*Thren. 3.*

*Quinta Instructio.* Porro contra Claustrorum naturam duo solemus committere. Primum est, quando per plateas, & campos non secus quam Seculares Sacerdotes discurrimus, quod quam sit quibusdam familiare, etiam pueri loquuntur. Alienum autem quantum illud sit ab Instituto nostro, paucis docebo. Ad quid enim Claustra, nisi vt claudantur Religiosi, & vagari non permittantur? quid aliud sonat nomẽ Monasterij? Nolebat Moyses, vt populus Deo seruiret in AEgypto, sed exiret in desertum, & ibi Domino seruiret, & sacrificaret; probè sciens, quod seculi rebus intentus, Deo, vt par est, obsequi non poterat. Sic antiqui vitæ Monasticę Institutores, experientia docti, quod, vt monet B. Paulus, *nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus,* Claustra condidêre, in quibus reclusi, à Secularibus hominibus, & negotijs separaremur. Quemadmodum enim discedentes Filij Israel de AEgypto, *viam fecerunt trium dierum in deserto,* sic necesse est eum, qui

*Quam sit alienũ à Religioso cursitare.*

*Exo. 5. 7. & seq.*

*2. Ad Tim. 2.*

*Exo 12. 13. 14*

relinquens AEgyptum huius sęculi, ingressus est Monasterium, viam trium dierum facere, id est, quam longissimè ab huius seculi rebus animum auocare. Quomodo vero animum ab his reuocabit, qui ne pedes quidem potest à cursitationibus prohibere.

*Monasteria Cauernis comparantur.*

*Sexta instructio.* Vt has diuagationes Religiosorum Statui contrarias esse ostenderent Patres; Alij Monasteria Cauernis comparanda cēsuerunt. Nam vt ad cauernas arborum vel petrarum fugiunt volucres, quando aquilam, vel accipitrem timent; sic Claustra ea sunt intētiore ædificata, vt ab inimicis nostris abscondamur. Vbi igitur Claustra egredimur, inimicorum videmur velle subire laqueos, & ijs bestiarum dentibus dilacerandos nos obijcere, quas antea per Claustri custodiam euitare studueramus. Similes sumus illi mercatori, qui syluam, quam cum multo periculo pertransierat, iterū nullo cogente ingreditur. Alij Stagnis, vt Bernardus. *Merito* (inquit) *Stagnis Monasteria comparantur, vbi quomodo incarcerati pisces euagandi non habent libertatem, sic Religiosi, vt videlicet parati sint semper ad epulas spirituales.* Idem nobis inclamat contemporaneus parens noster Norbertus his verbis. *Sicut piscis extra aquam penitus necessarijs alimentis naturalibus carens citò moritur: sic instabilis Religiosus munitione & custodia Claustri exutus, exemplis & doctrinis bonorum alienus, in mundo, cuius status in maligno positus est, pluries conuersatus, citò ad vitia labitur, & nexibus perpetuæ mortis detinetur. Fugite igitur Secularium hominum frequentiam, sicut piscis siccitatē; ne obliuiscamini interioris custodiæ diligentiam, quæ mentis generat puritatem. Illud*

*Monasteria cōparantur Stagnis.*

*Serm. 1. de S. Andrea.*

*In Parænesi ad Fratres suos.*

1. Ioann. 5.

enim

*enim gloriosum nomen sanctæ Religiositatis vobis indignè vsurpatis, si desiderijs vestris non soli Deo, sed plus mundo religati estis.* Hoc idē est quod dicere solebat, teste Sozomeno, Antonius ille cognomēto magnus, *aquam* videlicet, *piscibus alimento esse, solitudinem autem Monachis afferre ornamentum: atque illos cum terram attingunt, vitam amittere; hos autē cum vrbes adeunt, Monasticam vitam perdere solere.* *Monachus nam que*(ex Basilio) *rebus adhuc sæcularibus intentus, est veluti statua, quæ solam Monachi figuram circumferat, nimirum quæ nusquam virtutibus sit ornata.* Hoc nobis pulchra similitudine exponit Anselm. *Sicut*(inquit)*Bubo dum in cauerna cum pullis suis est, lætatur, & suo modo bene sibi est: dū vero inter coruos, & corniculas seu alias aues est, incursatur, & dilaniatur, & omnino sibi male est, vtpote quia hic rostro percutit, ille alis in eum irruit alter vero vnguibus discindit. Ita & Religiosus: quando enim cum Fratribus suis versatur, sibi bene est: quando vero remotus ab illis inter Seculares commoratur, hinc inde variarum causarum incursus dilacerant, & subito sæcularibus negotiis immersus, etiam subsannatur ab ijs cum quibus familiariter versatur.* Nec mirū. Quid enim desideramus vrbiū frequentiā, qui soli esse, iuxta nominis nostri etymologiam debemus? Bene nos monet alicubi S. Bernard. *Ad temetipsum* (inquit) *respicias semper, ab omnibus oculos auerte, omnium oculos fuge, vt tuis pateas; si tecū habitare cœperis, cognoscere incipies quam sit tibi virtutum curta supellex.* Sic Patres his similitudinibus nos Claustris coerceri debere significarūt. Ego vero Claustra sepulchris cōferenda nō abs re dixerim. Vt enim mortui sepulchris

*Lib.1. Histor Cap.13.*

*In Constit. Monast. Vitæ Cap. 9.10.& 20.*

*Religiosus intentus sæcularibus est veluti statua.*

De *similitud. Cap.187.*

*Similitudo. Religiosus in mundo est velut Bubo inter coruos.*

*Claustra comparantur sepulchris.*

abſconduntur; ſic Religioſi in Clauſtris abſcondi debent, & non diſcurrēdo vagari; cum *mortui ſint mundo, & eorum vita abſcondita cum Chriſto eſſe debeat.* Eligit enim ſuſpēdium anima Religioſorum, & mortem oſſa eorum, id eſt, mortificationem carnalium deſideriorum. Videntur etiam Clauſtra vaſi obſtructo, in quo optimum eſt merum, comparari poſſe. Quemadmodum enim vas illud, vt merum conſeruetur, obſtruitur diligenter; ſic Religioſum, vt in primo conuerſionis ſuæ feruore conſeruetur, Clauſtris concludi diligenter neceſſe eſt: & non, modo vicos ſuis curſitationibus, modo campos ſuis venationibus percurrere. Quid, precor, Monacho cum ſæculo, qui vt ſæculum fugeret, ſolitudinis Monaſticæ ſemitas eſt ingreſſus? Quid Monacho cum hominibus, qui par Angelis eſſe in Monaſterijs dignoſcitur? Quid Monacho cum accipitribus & niſis, qui in Clauſtri angulis, ſua populique ſcelera deflere deberet? Diſcat, diſcat potius columbino more iuxta ſacrarum Scripturarum fluenta volitare; ſicque oppidum cum D. Hieronymo, Religioſorum carcerē, cellulā vero paradiſum eſſe experiatur.

*Coloſſ. 3.*
*B. Iob. c. 7.*
*Clauſtra comparantur vaſi obſtructo.*
*In Epiſt. ad Ruſticum, vbi modū viuendi ei præſcribit.*

*Septima inſtructio.* Secundum, quod committimus contra Clauſtrorum Inſtitutionem eſt, quando ſermones plurimos, & confabulationes, vel inter nos, vel cum Sæcularibus miſcemus. Vix in quibuſdam Clauſtris Religioſi nomine dignus cenſetur, qui vel in Magnatum aulis aulica vti garrulitate neſcit, vel inter quoſuis Sæculares nugari ignorat, vel etiam inter Religioſos ſermonem inutilem protrahere ſcurriliter non nouit. Quàm iuſtius de

*Abuſus quorūdā in Clauſtr.*

nob

nobis conquereretur Paulus, si modo inter nos ageret, quam de Thessalonicensibus? Increpat ille Thessalonicenses hoc modo. *Audiuimus quosdam inter vos ambulantes inquiete, nihil operantes sed curiosè agentes.* Si increpatione dignos Thessalonicenses Paulus existimat, quod inquietè ambulantes, nihil operarentur, sed curiosè agerent; quanta, proh dolor! repræhensione digni sunt nostri temporis Religiosi, qui cum sæculo per Professionẽ valedixerint, nihilominus suis confabulationibus, & verborum deliramentis totũ orbem complent, cum tamen scriptum sit, *in multiloquio non deerit peccatum*; &, *qui multis vtitur verbis, lædet animam suam.* Et, *Omne verbum otiosum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij.* Otiosum autem verbum est, *quod aut ratione iustæ necessitatis, aut intentione piæ vtilitatis caret*, vt aliàs dictum est. Si ergo ratio de otioso sermone ab vnoquoque exigitur, pensemus quæ pœna, propter multiloquium, in quo plerumque per noxia verba peccatur, manet Religiosum, qui se arctioris silentij legibus constrinxit hanc pœnam pertimescens. Abbas Sisoys, Fratrum suorum cuidam sic loquebatur. *Crede, crede, quia ecce triginta annos habeo, quod non deprecor Deum propter peccatũ, sed orans hoc dico: Domine Iesu Christe protege me à lingua mea.* Si vir ab omni peccato immunis, & solius verbi otiosi conscius, iusti Iudicis censuram expauit, quis animos nostros timor occupabit, dum in furore suo, non de verbis otiosis, sed lasciuis, & contra charitatem militantibus nos arguet Dominus? Procul dubio intelligemus tum temporis, sed cum

*2. Thess. 3.*

*Prouer. 10.*
*Eccle. 10.*
*Matt. ca. 12.*
*Quid sit otiosum verbum.*

*Abbat. Sisoys. Exemplum. In vitis Patrũ, p2 Li. de Continẽtia, circa medium.*

Phrygibus *Nimis serò*, videlicet vitam nugis plenã agere, non esse in Claustro Claustraliter viuere, sed cum mundo immundo temporis, in quo bonum operari deberemus, & de quo vsq; ad vltimam horæ morulam rationem sumus exactam reddituri, iacturam scurriliter facere. Quam quidem iacturam vt euitemus, certò nobis cum Seneca id monente quodam loco, persuadeamus, quod *quo maior est populus, cum quo miscemur, eo plus periculi est; & quod eo ambitiosiores, crudeliores, & inhumaniores reddimur, quo cum hominibus magis versamur*. Nec mirum. *Qui enim*, teste Patrum aliquo, *in medio hominum consistit, velut aquæ turbidæ immersus est. nam præ turba circumstante peccata sua non videt. Qui autem in Claustro quiescit, tanquam in aqua limpida vultum suum considerat, & vt in Speculo clarißimo interioris vultus maculas animaduertit*. Accedit quod, vt bene Patrum quispiam, *Imperforabilis est inimici sagittis, qui* Claustri *amat quietem, qui autem miscetur multitudini, crebra suscipit vulnera.*


*Similitudo, Loco inf. cita ta*

*Abbas Nilus, ex Vitis Patrum, par. 2. Lib. de quiete.*

## MANDATVM. 75.

*Obligat sub mortali, vel veniali pro ægrotantis necessitate.*

Ægrotantium cura, siue post ægritudinẽ reficiendorum, siue aliqua imbecillitate, etiamsi febribus laborantium, vni alicui debet iniungi: vt ipse de cellario petat, quod cuique opus esse perspexerit.



*Nstructio vnica* De his egimus supra. Solum hic monendus est Infirmarius, vt caueat aliquid ægrotis dare, vel permittere, quod illis no-

cumen

cumentum afferat. In hoc enim posset etiam mortale peccatum committi, iuxta nocumenti mensuram. Arioftis, Cap. Obedientia.

## MANDATVM 76.

Siue autem qui Cellario, siue qui vestibus, siue qui codicibus præponuntur, sine murmure seruiant Fratribus suis.

*Obligat sub mortali, vel veniali iuxta murmurationis circumstantias.*



*Rima Instructio.* De murmuratione egimus supra. Nunc solummodo notandum est, eum qui murmurat in officio meræ charitatis sibi iniuncto grauius offendere, eo qui in officio magis à charitate remoto murmurat.

*Secunda instructio.* Religiosus peccat mortaliter, qui in Obedientia sibi iniuncta notabiliter deficit, vel cum graui detrimento bonorum Monasterij, vel Confratrum scandalo, & incommodo. *Maledictus enim est, qui facit opus Domini negligenter.* Deinde id militat contra Paupertatis votum, charitatis obsequium, & complementum iustitiæ: ex qua certum est teneri quemcumque munere sibi concredito recte, & fideliter fungi; & si in eo delinquat, teneri de dolo, & lata culpa.

*Negligens in suo officio vel obedientia quomodo peccet.*

*Ieremiæ Cap. 48. secundum Interpret. 70.*

## MANDATVM. 77.

*Non obligat sub pœna peccati, nisi accedat præceptum Superioris.*

Codices certa hora petantur singulis diebus: extra horam qui petierit, non accipiat.




*Nstructio unica.* Antiquitus Religiosi nostri Ordinis occupabãtur post Officij Diuini celebrationẽ in scriptione librorum, tam in templo ad cantum necessariorum, quam aliorum ad doctrinam requisitorum. Hinc est, quod videas in plurimis Ordinis nostri Monasterijs plurima & ingentia volumina, in membrana Religiosorum manibus exarata; qualia recordor vidisse me perpulchra, cũ in celeberrimo Monasterio sancti Pauli Virdunensis, in quo vota emisi, degerem. Porro hoc Mandatum vix habet iam locum in Monasterijs, à tempore quo typus inuentus est. Nec ad illam scriptionem tenẽtur Religiosi, nisi inquantum à Superiore ad hoc occupãtur; & tunc, si in ea re occupati se segniter gerant, peccant venialiter. Caiet.

## MANDATVM 78

*Obligat sub mortali, si dilatio fuerit notabilis & malitiosa.*

Vestimenta vero & calceamenta, quando fuerint indigentibus necessaria, dare non differant sub quorum custodia sunt quæ poscuntur.



*Rima Instructio.* Præcedenti Mandato egit de officio & cura Armarij: nunc verò de officio & cura Vestiarij: quando dicit, quod Vestiarius

non

non debet differre dare vestimenta, & calceamenta egentibus. Quo tamen loco notandum est, Vestiarium non debere suppeditare necessaria indigenti (si de ijs, quæ sunt alicuius momenti sermo sit; nam de exiguis, vt penna, atramento, & huiusmodi non loquor) inconsulto Prælato; nisi fortè Prælatus in eũ omnimodam hanc curam coniecerit.

*Quando Vestiarius peccet mortaliter.*

*Secunda instructio*. Vestiarius qui non prouidet sufficienter iuxta mandatum Superioris, peccat mortaliter, si negligentia est notabilis. Syluest. Et ratio est, quia magnam occasionem conquerendi, & murmurandi contra Superiorem suppeditat. Non est tamen illa negligentia communiter, nisi venialis, quia importat tantum defectum debitæ sollicitudinis, & curæ, in ijs quæ non sunt necessaria ad salutem.

*Verbo Prælatus. Num. 4.*


*Tertia Instructio* Vestiarius sicut debet prouidere, ne quid desit Confratribus, ita ne quid superflui apud se habeant. Vnde D. Basil. in Regul. breuioribus, *dare vel accipere*, ait, *non est cuiuslibet, sed eius, cui de communi sententia delatum est munus dispensandi. Proinde hic erit, qui siue vetus, siue nouum habita ratione temporis cuiusque, & dabit ipse & accipiet.*

*Respons. ad Interrog. 87.*

## MANDATVM 79.

### Lites aut nullas habeatis, aut quam celerrimè finiatis.

*Obligat sub mortali, nisi actus imperfectio excuset.*



*Nstructio vnica*. De discordia per quam aliquis voluntati alienæ se non accommodat; & Contentione, per quam veritas impugnatur, egimus superius. Hic nihil aliud

dicendum de ijs videtur, nisi quod in Religiosis, licet ex genere suo sint mortalia, non sunt communiter, nisi venialia, propter actus imperfectionem. Nauar. & Gregor. de Valent.

Cap. 23. Man. nu. 33. & 34. In 2. 2. Disp. 3. q. 14. p. 1. & 2.


## MANDATVM 80.

Ne ira in odium crescat, & trabem faciat de festuca, & animam faciat homicidam. Sic enim legitis; Qui odit Fratrem suum, homicida est.

Obligat sub mortali. 1. Epist. S. Ioã. Cap. 3.

## SPECVLVM XCVI.

*In quo videntur remedia contra Iram.*



*Rima instructio.* Ira ex genere suo est peccatum mortale: & verè mortale in quatuor casibus, quando est materia grauis, nec deest plenus rationis consensus. Primo, cum is, cui irascimur, non est dignus illo malo, quod per Iram ipsi volumus inferri. Secundo, cum etsi dignus est malo, nó tamẽ tanto. Tertio, cũ etsi tãto dignus sit, tamen præter ordinem inferri volumus, vt Religiosus simplex, qui Confratrem suum blasphemantem vellet flagris afficere. Etsi enim flagris dignus sit, non tamen ordo ille ipsum flagellandi est legitimus. Quartò, cum, et si ista omnia fiãt, tamẽ non proponitur debitus finis: videlicet cũ id non ex amore virtutis, vel zelo iustitię, sed potius ex odio personæ cupimus.

In quatuor casibus ira est peccatum mortale.

*Secunda instructio.* Ira est tantummodo peccatum veniale, cum quis ex nimia perturbatione ex parte motus sensitiui imprecatur alicui digno malo, & tanto, malum, & seruat ordinem, & finem debitos. Tolet.

Quando ira fit peccatum veniale. L. i. de 7. pecca tis Capit. c. 57.

Tertia

*Tertia instructio.* Quamuis quilibet teneatur Confratrem diligere, nullum malum ei volẽdo; Notãtur tamen aliqui casus, in quibus licet illi malum temporale optare, seu odio eum tẽporaliter habere, non quidem ob ipsius perniciem, sed propter fines sequentes. Primus est, ratione peccatorum ipsorum: exemplo Dauidis: *Iniquos odio habui.* Secundus, ratione emẽdationis ipsius: vt si quis Confratrum esset suæ salutis parum cupidus, liceret optare illi morbum, vel aliud damnum temporale, per quod probabiliter speraretur eius emendatio. quandoquidem vexatio dat intellectum. Tertius est, ratione aliorum; vt si quis Confratrum esset planè incorrigibilis, liceret ei mortem potius optare, ne alios secum perderet. Quartus est, ratione iustitiæ. Licet enim Confratri in suis criminibus deprehẽso desiderare mala pœnæ, vt iustitia exerceatur. Atque in his Casibus odium est bonũ, vt colligitur ex D. Greg. Nysseno. Odium autẽ est malum, quãdo quis ita proximum animo auersatur, vt vel nolit ei suppetere aliquod bonum ex ijs, quæ per charitatẽ, cuilibet proximo velle tenemur, aut velit ei aliquod malũ euenire cõtrarium bono alicui, quod ex charitate tenemur proximo velle.

*In quibus Casibus odium sit bonum.*

*Psal. 118.*

*Homil 8. in Ecclesiasten.*

## SPECVLVM XCVII.

### *In quo conspiciuntur remedia contra lites.*

PRima instructio. Remedia contra lites non inchoatas sunt, silentium tenere, litis materiã & occasionem, quæ sunt verba litigiosa, irrisoria & iacta-

*Remedia contra lites non inchoatas.*

bunda

bunda fugere. Nam Apostolus discipulum suũ Timotheum monens, *Stultas*, ait, *& sine disciplina quæstiones deuita sciens quia generant lites.* & ex Sapiente: *Qui se iactat & dilatat, iurgia concitat:* & ex eodem, *eijce derisorem & exibit cum eo iurgium.*

*2. ad Tim. 2. c Prouer. Cap. 28 Cap. 22. ibid.*

*Remedia contra lites inchoatas.*

*Secunda Instructio.* Remedia contra lites iam inchoatas sunt, silẽtium in principio dando locum iræ. Dein, bona verba pro duris & asperis reddere, nulloque signo externo moueri, locum in quo litigatur relinquere, iuri suo cedere, præ se ferre agnitionem, pœnitentiam, humilitatem, & deprecationem culpæ, si quis in alterum peccauerit: & dare operã, vt quod admissum est, à suspicione contemptus remoueatur, ex qua nempe ira procedit.

*Media, quibus iuuamur ad non irascendum. Conuertenda est Ira in propria peccata.*

*Tertia instructio.* Positis remedijs ad impediendam vel compescendam iram alienam, videtur rationi consentaneum nobisipsis hac in parte consulere, & proponere nobis quædam remedia, quibus iuuemur ad non irascendum immoderatè & iniquè, vel certè ad deponendã iram quamcitissimè. Primum remedium est, propensionem naturalem ad iram conuertere in propria peccata, ac præcipuè in peccatum iræ, sicque irascemur & non peccabimus, teste Cassiano. Secundum remedium est, illam eandem propensionem conuertere in peccata aliorum, quæ sunt contra Dei Maiestatem & voluntatem, nec non proximi ædificationem, & peccãtium salutem. Quo modo dicitur Christus *circumspiciens* eos, scilicet Pharisæos, *cum ira contristatus* fuisse *super cæcitate cordis eorũ.* Et D. Augustinus. *Irasci* (ait) *peccanti vt corrigatur, &c. nescio vtrum quisquam sana considerationе*

*Lib. 8. de Instit Cœnobior. Ca. 2. 5. 6. 7. 8. & 12. Conuertenda est Ira in aliena peccata.*

*Marci 3. Cap. Lib. 9. de Ciui. Dei Cap. 5.*

*Abstinendum est ab omni*

*ratione reprahendat*. Tertium remedium est, abstinere ab omni verbo & facto, cum irasci nos agnoscimus, vt quiescendo, illa animi perturbatio paulatim remittatur. Id nos docuit Ethnicus Author Plutarchus. *Iræ* (ait) *vehementius incitantur, qui ea sunt occupati per illa quæ faciunt, & dicunt. Proinde quiescere optimũ, aut effugere, aut occultari, seseq; ad silentium velut ad portum recipere; quemadmodum solent, qui senserunt epilepsiam oborientem, ne concidamus, aut potius ne in quenquam irruamus.* Quartum remedium est, in illa quiete conari totis viribus, vt minuamus in nobis persuasionem iniuriæ prætensæ; sæpe namque id quod nõ est, vel non tantum est, iniuriam reputamus. *Et reuera multos absoluemus* (ait Seneca) *si cœperimus ante iudicare quam irasci. Nunc autem primum impetum sequimur. Deinde quamuis vana nos concitauerint, perseueramus, ne videamur cœpisse sine causa. Quanto melius est initia ipsa perspicere, quam leuia sint quam innoxia?* Quintum remedium est, perpendere attentè conditionẽ & naturam iniuriæ talem esse, vt potius sit turpis & perniciosa inferenti illam, quam illam patienti, ac propterea inferentem esse dignum misericordia; vtpote qui sibi turpem & perniciosam rem operetur. Hoc remedium proposuit D. Chrysostom. hoc argumento. *Si enim neque febribus laboranti, neque tumido quisquam irascitur sed his morbis affecti, sui misericordiam, & lachrymas mouent, certè neque iniuriam facienti irasci, sed compati conuenit; cum sit huius animus miserabilior, vtpote multo magis æger.* Huius remedij praxim nobis reliquit Philosophus Diogenes; *Ego vero* (cuidã dicenti ipsum

*verbo & facto.*

*Opusculo seu lib. de cohibenda iracundia.*

*Minuenda est persuasio iniuriæ.*

*Lib. 3. de Ira. Cap. 29.*

*Iniuria turpis est inferenti illam.*

*Homil. 47. in Ioan.*

irrideri

irrideri respondens) *non derideor*, quasi diceret, non credo ad me pertinere, nec existimo me contemni; sed illum magis contemno, & se omnibus contemnendum præbet; quippe qui vel per imbecillitatem, vel errorem, vel præcipitantiam, vel incogitantiam, vel ob seruile ingenium, vel ob senium, vel iuuentutem delinquit & labitur. Sextum remedium est, attendere nos parum curaturos post aliquod tempus huiusmodi iniuriam, cuius causa nūc tam grauiter cōmouemur; ac propterea debere conari eam in præsenti parui facere; quandoquidem sicut per quoddam Speculorum genus corpora; ita per iram, maiora videntur quæ commissa sunt. Septimum remedium est, cogitare malū, quod per iram à nobis depellere volumus, plerumque alio quod superuenit, incōmodo grauius fieri. Quare non solū nos inutiliter irasci, sed perniciosè nobis; dum malum, ob quod irascimur, addito malo augemus. Octauū remedium est, pauca, eaque vilia, & abiecta appetere. Hoc enim modo materiā substrahimus iræ, quę nascitur ex appetitione varia rerum superfluarum. Proinde (inquit Plutarchus) *ad mansuetudinem nullū maius viaticum est, quam facilitas, & simplicitas morum; videlicet si possimus rebus præsentibus esse contenti, neque egere multis ac superfluis.* Nonum remediū est, curiositatem nimiā deuitare. *Non expedit* (inquit Seneca) *omnia videre, omnia audire: multæ nos iniuriæ transeāt, ex quibus plerasque non accipit, qui nescit. Non vis esse iracundus, Ne sis curiosus.* Decimum remedium est, iracundorum societatem fugere. *Noli esse amicus homini iracundo, neque ambules cum viro furioso: ne forte discas semitas eius, &*

*Ex Plutarch. Opusc. cit.*

*Ira auget malū quod pellere cupimus.*

*Appetitus vilium rerum non dat locum iræ. Loco cit.*

*Cit. lib. 3. de Ira. Cap. 11.*

*Iracundorum societas inficit*

*Prou. ca. 22.*

*sumas scandalum anima tua.* Vndecimum remedium est, considerare diligenter vim mansuetudinis, quæ certius assequitur, quod quærit iracundia, nempe depressionem alterius. *Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitierit da ei bibere: hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput eius,* id est, vrentes pœnitentiæ gemitus, quibus superbia sanatur eius, qui dolet se inimicum fuisse hominis, à quo eius miseriæ subuenitur. Duodecimum remedium contra iram prouenientem ex cõtumelia est, cogitare se dignum esse maiore contumelia, iuxta documentum Epicteti. *Si quis* (ait) *nunciauerit quendã tibi maledicere, ne refuta quæ dicta sunt, sed responde, eum nesciuisse cætera tua vitia, nam alioqui nõ illa sola fuisse dicturum.* Decimumtertium remedium est, proponere sibi exempla patientiæ Sanctorum, ac præcipue Christi Saluatoris, *qui cum malediceretur non maledicebat; cum pateretur nõ comminabatur: & qui tanquam agnus corãm tondente se obmutuit, & non aperuit os suum.* Decimumquartum remedium est, sibi proponere turpitudinem, & deformitatem iracundiæ. *Videbis* (inquit D. Chrysost.) *iratos non secus ac insanos, turpiter in medium præcipites ferri. Cum enim circa præcordia ira efferbuerit, os ignem emittit, tota inflatur facies, incompositæ manus mouentur, ridiculè prosiliunt pedes, monitoribus & rixam dirimere conantibus insultant, in easque nulla ab insanientibus differentia irruunt; & cum hæc faciunt, tanquam amentes, nihil sentiunt, &c.* Decimumquintum remedium affertur à Cassiano, his verbis *Cogitemus nequaquã licere nobis iratis orare, nec iratos*

Vis mansuetudinis est attendenda.

Prou. 25. & ad Rom. c. 12

Ca. 48. Enchir.

1. Epist. B. Petri. cap. 2.

Isai. cap. 53.

Turpitudo iracundiæ.

Hom. 3. in Io.

Li. 8. de Inst. cænob. c. xi

Irato non licet orare.

*fundere preces ad Deum nimirum quia ab irato non potest vere dici: Et dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* Decimum sextum remedium est, iræ causas amputare, quę sunt amor sui, siue persuasio contemptus suæ excellentiæ. Plutarch. *A'ij aliis de causis in iram incidunt, quibus omnibus hac accidit opinio, vt se negligi credant.* Vltimum remedium maximè accommodatum Superioribus est, differre saltem vindictam, vel correctionem in alterum diem. *Quemadmodum* (inquit Plutarchus) *Phocion post Alexandri mortē non sinens Athenienses ante tempus commoueri, nec facile credere rumori, aiebat: Si hodie, viri Athenienses, Alexander mortuus est, & cras & perendiè erit mortuus: sic nimirum oportet hominem iræ impulsu ad vindictam properantē, sibi ipsi suggerere si hic homo peccauit, & cras & perendiè verum fuerit eum peccasse, neque quidquam erit periculi, si paulò seriùs det pœnas. sed si prapropere punitus fuerit, fortè videbitur non peccasse; quod iam frequenter accidit.* Hoc (inquam) remedium maximè accommodatum est Superioribus, vbi vident se ira immoderata, & quæ vergit in vindictam, excrescere. Tunc (inquā) debent differre correctionem in aliquot dies; & si illis elapsis adhuc ira concitari senserint, debent correctionem Priori vel alteri committere, & à se iræ immoderatę pœnas exigere, exemplo Platonis, de quo refert Seneca, quod cum seruo iussisset *ponere statim tunicam, & præbere scapulas verberibus, sua manu ipse percussurus; postquam intellexit irasci se sicut sustulerat manum, ita suspensam retinebat, & stabat*

*Amputandæ sunt causæ iræ. Opuscul. seu lib. de cohibenda Iracundia. cit. Opusc.*

*Quod Prælatus iram debet differre correctionem.*

*Præclarum Platonis factum. Citat. lib. 3. de Ira Cap. 12.*

*percussori*

*percussori similis. Interrogatus deinde ab amico qui fortè interuenerat quid ageret, Exigo (inquit) pœnas ab homine iracundo: & velut stupens eum gestum illum sæuituro deformem sapienti viro seruabat; oblitus videlicet iam serui, quia aliu, quem potius castigaret, quam seipsum, inuenerat. Itaque abstulit sibi in suos potestatem, & ob peccatum quoddam commotior, Tu (inquit) Speusippe seruulum istum verberibus obiurga: nam ego irascor.*

## MANDATVM 81.

Quicumque conuitio, vel maledicto, vel etiam criminis obiectu, aliquem læsit; meminerit satisfactione quantocyus curare, quod fecit; & ille qui læsus est, sine disceptatione dimittere.

*Obligat sub mortali, nisi actus imperfectio excuset, aut materiæ lenitas.*

### *SPECVLVM XCVIII.*

*In quo videntur ea, quæ pertinent ad conuitium & eius remedium.*

P*Rima instructio*. Aliquando confunduntur conuitium & contumelia, aliquando seorsum sumuntur. Existimo autem hic confundi, & nomine conuitij intelligi etiam contumeliam. Conuitium igitur & contumelia, vt simul cō funduntur, in eo consistunt, vt auferat quis honorem alteri, deducendo in eius notitiam, & aliorum aliquod eius malum siue pœnæ siue culpæ, quod cedat in illius ignominiam; vel vt rem magis aperiā, consistunt in inhonoratione

alicuius per verba, aut signa denotantia malum pœnæ, aut malum culpæ, vt si quis appelletur latro, mendax, stultus, cœcus, filius illegitimus. Hoc peccatum de genere suo est mortale: & si est notabilis iniuria, est vere mortale, siue ita appelletur cum intentione inhonorandi, siue sine illa, sed tantum cum ira, dummodo verbũ sit notabiliter iniuriosum, & adsit delibera-tio. Nauar.

Ca. 18. Manu. n. 10. 11. et 12.

*Secunda instructio.* Etsi conuitium ex se sit peccatum mortale, annotantur tamen à Doctoribus Casus aliqui, in quibus conuitiari non est mortale. Primus est cum iniuria est leuis. Secundus, cum actus est imperfectus, & sine plena deliberatione, & ex subito ac primo iræ motu. Tunc enim etsi verbum sit contumeliosum, non est peccatum mortale ex imperfectione iudicij siue deliberationis; nisi forte postea maturo præsente iudicio, conuitium iactum confirmaretur. Tertius Casus est, cum cõuitium fit ioco & sine intentione lædendi. Necessaria tamen est in hoc sermonum genere discretio, vt monet D. Thom. Fieri namque potest, vt sine intentione lædendi, talia verba, & eo modo dicantur, vt perdat quis eo ipso suum honorem. Itaque per accidens & indirecta voluntate, tunc aliquis propter incautum loquendi modum peccaret mortaliter: sicut etiam cum quis ioco alterum grauiter lędit, culpa non vacat, quando eius animus non satis est perspectus. Quartus, cum fit inter personas viles, quæ sese cõuitijs sæpe impetere solent, vt inter mulierculas, vel seruos. Quintus, cum fit ratione correctionis. Sic Christus Apostolos suos vocauit stultos, & Apostolus Galatas insensatos

Casus, in quib. conuitium non est peccatum mortale.

2. 2. q. 72. art. 1

B. Luc. 24. 25. epist. ad Gal. cap. 3.

Dixi

Dixi (ratione correctionis) quia si fiat animo inhonorandi, & persona sit honorata, erit mortale. Hinc est quod etsi Prælatus possit in Subditũ iacere cõuitia ratione correctionis, nõ tamẽ qualia iaceret in seruũ, sed qualia discretus & probus Pater, vel Magister in filium vel discipulum. Cauere autem debet Prælatus in huiusmodi obiurgationibus coram aliis, ne illi animum obiurgantis non satis habeant perspectum, sicque obiurgatus honorem suum perdat; debetque cauere, ne videatur perturbato animo loqui, sicque alios scandalizet. Quocirca tutius erit rarò huiusmodi verborum acerbitate vti. Quod ipse Ethnicus Cicero agnouit, cum animaduersionem seu castigationem sic debere institui monet; *vt seueritas adhibeatur, & contumelia repellatur*. Hinc est quod D. Augustinus non præcipiat hoc Capite Regulæ, vt Prælati huiusmodi obiurgationibus acerbis vtantur; sed moneat tantum, si aliquando vtantur etiam excessiue, non teneri ad petendum veniam ab obiurgatis acerbius etiã cum verbis contumeliosis.

*Qualia cõuitia possit Prælatus iacere in Subditum.*

*Lib. 2. de Officijs.*

*Tertia instructio.* Maledictum ex D. Thom. & Nauar. est imprecatio mali alicuius alteri, vt malum est. Estque ex genere suo peccatum mortale: excusatur tamen a mortali in illis Casibus, in quibus Conuitium, nisi subsit scandalum notabile.

*Quid sit Maledictum.*

*2.2 q. 76. ar. 1 & Ca. 18. Manual. Nu. 16.*

*Quarta instructio.* Qui conuitiando, vel falso accusando, vel indebitè, quod fit quando crimen est verum, sed occultum; vel detrahendo detegit crimen alterius, obligatur sub mortali ad famam restituendã. Porro in cõuitio & cõtumelia per veniæ petitionẽ fieri potest, præser-

*Quando maledictum sit mortale.*

tum inter Religiosos, restitutio, & inter æqua- 2.2 q.72. ar 3
les. *Caiet. Vide Greg. de Valent post Caiet.* In 2.2 Disp. 5 q.16. punct. 3

*Quinta instructio.* Is cui facta est cótumelia, tenetur recipere satisfactionem conuitiantis. Syluest. iuxta illud B. Lucæ, *& si septies peccauerit in te, & septies in die conuersus fuerit ad te, dicens, pœnitet me, dimitte illi:* iuxta etiam illud D. Augustini hic. *Meminerit ille, qui læsus est, sine disceptatione dimittere.* Verbo. Charitas. q.4. ca. 14

*Sexta instructio.* Etsi vnusquisque teneatur sub mortali tolerare contumeliam hoc sensu, quod paratus esse debeat ad non inferendum alteri priuata authoritate graue malum pro malo; tamen non tenetur quilibet esse paratus ad omnino tacendum; & reuera tacere, quãdo contumelia infertur; vel ad non vtendum medijs licitis ad propulsandam iniuriam. Imò verò id aliquando licitum non est, præcipuè in Prælato; sed expedit iniuriam illatam repellere, duabus de causis. Prima est, propter bonum eius, qui eam infert, vt lingua eius non audeat in posterum contumeliosa verba effutire: & hoc est, quod monuit Sapiens his verbis, *Responde stulto iuxta stultitiã suam, ne sibi sapiens esse videatur.* Secunda causa est, propter bonú aliorum, quorum progressus pene suffocatur, cum contumeliæ illatæ ei, qui potest illis prodesse, non propulsantur; vt aduertit D. Greg. *Hi* (inquit) *quorum vita in exemplo imitationis est posita, debent, si possunt, detrahentiũ sibi verba compescere: ne eorum prædicationem non audiant, qui audire poterant: & ita in prauis moribus remanentes bene viuere contemnant.* Porro in huiusmodi casibus repellitur Contumelia, vel exponendo veritatem, ex Soto. apud Gregor. de Val-

*Prælatus tenetur aliquando iniuriam illatã repellere.*

*Prou.26.*

*Homil.9. in Ezech.*

*Quomodo repellatur cõtumelia.* li.5. de Iust. et iur. q.9. ar3

de Val. loco cit. vel reprimendo aliquo criminis obiectu audaciam contumeliosi, vt vocãdo eum mendacem: cum moderamine tamen inculpatę tutelæ secundum charitatis ordinem. Qua in re magna est opus circumspectione; ne respondendo stulto, sapientiam tuam ostẽtare velis, & ideo tutissimum erit æqualibus opponere silentium, vt sedentur.

## MANDATVM 82.

Si autem inuicem se læserint, inuicem sibi debita relaxare debebunt, propter orationes vestras: quas vtique quanto crebriores habetis, tanto sanctiores habere debebitis.

*obligat sub mortali, in re graui.*

P*Rima instructio.* Si duo vel tres inuicem sese infament, Nauar. dicit, quod teneantur sibi inuicẽ famam restituere. Probabilius tamen sentire videtur Sotus, quem ipsemet citat, qui asserit non esse necessariam restitutionem, si illi qui se inuicem infamarunt sint æquales, cum hac etiam in parte compensatio locum habeat. Laudabile tamen esset, imò necessarium Religiosis militantibus sub Regula D. Augustini, & volentibus eam obseruare, inuicem famam restituere, cum dicatur (*Si enim inuicẽ se læserint, inuicem sibi debita relaxare debebunt.*) Qui vtinam vellent Aristippum & Aeschinem imitari, de quibus Plato quodam loco hæc refert. *Aristippo* (inquit) *postquam ipsi cum AEschine nescio quid iræ incidisset, & quidam illi diceret: O Ari*

*Ca. S. nu. 46. & 47*

*Quæ restitutio debeat fieri ab æqualibus inuicem sibi conuiciantibus.*

*Li. 4. de Iusti. q. 6. ar. 3.*

*Præclarũ factũ Aristippi, & Aeschinis in mutua reconciliatione.*

*stippe, vbi nunc amicitia vestra?* Dormit (inquit) *sed eam excitabo. Aditq; AEschinem: Et adeone* (inquit) *tibi videor modis omnibus infelix, & insanabilis, vt ne moneri quidem merear abs te? At AEschines, Non mirum* (inquit) *si, cum in omnibus me praecellas ingenio, hic quoque prior videris, quid esset facto opus.*

*Diogen. Laert. lib. 1. de vitis Philosophorum breuius, & paulo aliter hanc narrat historiam.*


*Secunda instructio.* Crudelitas in proximis vna est ex causis, ob quas non sunt gratae Deo orationes alicuius. *Cum multiplicaueritis* (inquit Isaias) *orationem vestram, non exaudiam: manus enim vestrae sanguine plenae sunt.* Quare ne orationes nostrae, die nocteque fusae, inutiles fiāt, monet crudelem & immisericordē, & vindictae cupidum animum à nobis remouendum esse, & charitatis viscera esse assumenda, remittendo inuicem offensam.

*cap. 1. suae Prophetiae.*

## MANDATVM 83.

Melior est autem, qui quamuis ira saepe tentatur, tamen impetrare festinat, vt sibi dimittat, cui se fecisse agnoscit iniuriam; quam qui tardius irascitur, & ad veniam petendam tardius inclinatur. Qui non vult dimittere Fratri, non speret accipere orationis effectum.

*Explicat Mandatū praecedēs*



INstructio vnica. Decem mihi videtur posse rationes afferri, cur ille, qui saepe irascitur, & veniam cito impetrare festinat, melior sit illo, qui cum tardius irascitur, ad veniam tamen petendam tardius inclinatur. Prima est, quia ille citius culpam agnoscit, quia non permittit tandiu suum iudicium perturbari. Tertia, quia illud

*Decem rationibus probatur meliorem esse eum, qui cito*

peccatum citius abdicat. Quarta, quia tamdiu alteri iniuriam non facit. Quinta, quia iniuriæ alteri illatæ citius satisfacit. Sexta, quia communiter ille non videtur aliter peccare, quam venialiter; cum plerumq; in huiusmodi actu non sit plena deliberatio. Septima, quia citius satisfacit Deo, & eũ placat. Octaua, quia citius charitatē læsam restaurat. Nona, quia citius saluti suæ prospicit. Denique quia citius superbiam à se expellit. Oritur enim ex vitio superbiæ, quod lædens dedignatur læso satisfacere.

*irascitur, quam veniam petit, eo qui tardius.*

## MANDATVM 34.

Qui autem nunquam vult petere veniam, aut non ex animo petit, sine causa est in Monasterio, etiamsi inde nõ proijciatur.

*Confirmat praecedentia duo Mandata.*



*Nstructio unica.* Certum est eum, qui infert contumeliam alicui, obligari ad restitutionem, cum per eam violetur iustitia; sed non ita certum est, in quo consistat hæc restitutio. Caiet. enim, putat non esse necessariam veniæ petitioné, sed per se loquendo eam restitutionem sufficienter fieri, si quis mutet voluntatem, & exhibeat læso reuerentiam, vt etiam docet D. Thom. Sicut sufficit restitutio rei ablatæ in alijs materijs iustitiæ, absque petitione veniæ de iniuria illata. Alij vero existimant, regulariter loquendo, petitionem veniæ requiri, saltem inter æquales ex quadam consuetudine, quæ id obtinuit. Neque puto Caiet. id voluisse negare, sed tantum posse multos occurrere Casus, in quibus arbitrio boni viri petitio veniæ, præsertim inter inæquales, non sit necessaria: & ita videntur

*In quo cõsistat restitutio famæ. 2.2. q. 72. ar. 3.*

*q. 72. ar. 2. ad 3.*

exponendi sancti Doctores, qui petitionem veniæ, vt plurimum requirunt, vt D. Augustin. hic. Ex his sequitur, quod Canonicus Præmonstratensis recusans petere veniam, quando ea arbitrio boni viri est necessaria ad restitutioñ iniuriæ illatæ per contumeliam, Primò peccat contra Regulam suam. Secundò, quod si non potest induci ad petendã veniam, tenetur, sicut alij omnes, ad hoc saltem, sub pœna peccati mortalis, vt conuenienti modo restituat honorem ablatum, nempe mutando voluntatem & exhibendo reuerentiam. Colligitur ex Caiet. *In 2.2.q.62 art.3.*

## MANDATVM. 85.

Proinde vobis à verbis durioribus parcite, quæ si emissa fuerint de ore vestro, non pigeat ex ipso ore proferre medicamenta, vnde facta sunt vulnera.

*Obligat sub veniali tantum, nisi inde accideret notabile scandalum.*



NStructio *vnica* Hæc verba duriora, si spectent ad conuincium, improperium, vel contumeliam, vel iram, examinanda sunt iuxta dicta superiora; si sint contra affabilitatem, erunt communiter venialia, sicut si iocosa, vel irrisoria, ex Nauar. *c.18.nu.15. & 16.* nisi magnam inducant perturbationem. Porro si derisio respiciat personam Superioris, erit grauius peccatum, & plerumque mortale, vt docet Nauar. *loco citat.*

*Derisio Superioris plerunque est mortalis.*

## MANDATVM 86.

Quando autem necessitas disciplinæ, in moribus coercendis, dicere vos verba dura compellit, si etiam in ipsis vos modum excessisse sentitis, non à vobis exigitur, vt à vobis Subditis veniam postuletis; ne quid apud eos, quos oportet esse subiectos, dum nimium seruatur humilitas, regendi frangatur auctoritas. Sed tamen petenda est venia ab omnium Domino, qui nouit etiam eos, quos plùs iusto forte corripitis; quanta beneuolentia diligatis.

*Obligat sub mortali ad petendam veniā à Deo si excessum fuit mortalis.*

INstructio vnica. Ex primis huius Mandati verbis satis patet, Superiorem posse durioribus verbis nonnunquam Subditum obiurgare, quādo necessitas disciplinæ id postulat, & ad hoc compellit. Ex his etiam verbis (*si etiam in ipsis, modum vos excessisse sentitis*) constat Superiorē aliquando ira immoderata concitari in correctionibus Subditorū; & tunc licet non teneatur petere veniā, si modū excedat, tamen si ex odio, vel malitia multum excederet, teneretur satisfacere. Syluest. *verbo Correctio. & verbo Prælatus*; quia, inquit priore loco, *tenetur iniuriarum ff ad L. Aquil. L. Quem admodum §. Magistratus.* Quare rectè D. Augustinus Prælatos monet, vt prudenter se gerant in corrigendis Subditis. *Corripe inter te & ipsū solum* (inquit) *intendens correctioni, parcens pudori.* Prælatura enim non tribuit ius infamādi,

*Quando Prælatus teneatur Subdito satisfacere ob verba duriora.*

*q.13. & q. seu §.6. Ser.16. de verbis Domini*


sicut nec Subdito tollit ius defendendæ famę. Qua in re tamen, *solerter intuendum est* (ait Magnus Gregor.) *ne dum immoderatius custoditur virtus humilitatis, soluātur iura regiminis: & dum Prælatus quisque plus se quam decet, deijcit; Subditorum vitam distringere sub disciplinæ vinculo nō possit. Teneāt ergo Rectores exterius, quod pro aliorum vtilitate suscipiunt, seruent interius, quod de sua æstimatione pertimescunt.*

2. par. Cura Pastor. cap. 6.

## MANDATVM. 87.

Non autem carnalis, sed spiritualis inter vos debet esse dilectio.

*Obligat iuxta amoris carnalis qualitatem*



*Nstructio vnica.* Ne Superior, quādo necessitas disciplinæ exigit, timeat verba duriora in Subditum coniijcere, addit D. Augustinus, *Non autem carnalis, sed spiritualis inter vos debet esse dilectio:* quasi diceret. Non est, ô Prælati, quod timeatis charitatem, & amorem, quem debetis Subditis, lædere, quando in eos (exigente disciplina Regulari) verba dura torquetis. Nam dilectio, qua eos prosequi debetis, non debet esse carnalis, id est, carnalia eorum desideria respicere, sed spirituale eorū salutē attendere. Porro dilectio potest dici carnalis. Primò, quando aliquis diligitur ad carnalia. Secundò, quando aliquis diligitur ratione sanguinis, vel patriæ. Tertiò, quādo aliquis diligitur ratione cōcupiscentiæ. Spiritualis autem ea est, qua Christus prosequutus est suos discipulos, *qui in finem dilexit eos*, id est, ad bona spiritualia, quæ sunt finis, ad quem debent omnes tendere.

*Quæ sit dilectio carnalis.*

Ioann. Cap. 13.

MAN


## MANDATVM 88.

Præposito tanquam Patri obediatur: multò magis Presbytero, qui omnium vestrum curam gerit.

*obligat sub mortali, nisi bona fides excuset.*

### SPECVLVM XCIX.

*In quo apparet, quomodo differat Præpositus à Presbytero.*



Rima instructio Nauar. existimat Prępositum in Regula D. August. idem esse, quod Propriorem, siue Superiorē Claustralem, eumq; Vicarium esse Presbyteri, qui est Prior Conuentualis, & vtrumque quasi vnā personam gerere. Sed probabilior videtur opinio Syluestri, Vmberti Cap 160. & Azor. qui arbitrātur per Prępositū, Priorem; per Presbyterum Episcopū intelligi. Probabilior (inquā) mihi videtur hæc opinio. Inprimis, quia contraria nullo nititur fundamēto. Secundò, quia in Regula D. Augustini, ipso Nauar. teste eodē loco, omnis potestas gubernandi Monasterium tam quoad temporalia, quam spiritualia tribuitur Præposito, quod non fieret, si aliū supra se haberet Superiorē commorantē in Monasterio. Neque enim iā regulariter tribuitur hęc potestas ipsi Priori habenti Abbatē supra se in eodē Monasterio degentē, & videtur in hoc sibi non constare Nauar. quando eodem Articulo dicit totā gubernandi potestatē in spiritualibus & tēporalibus pertinere ad Prępositū Monasterij in Regula D. August. & postea per Præpositum

*Comm. 3. de Regul. nu. 4.*

*quid per Præpositum intelligatur, & quid per Presbyterum. Verbo Religio 1. q. seu §. 11. Lib. 13. Cap. 11. q. 6.*

intelligit Propriorem. Non enim videtur rationi consonum, vt inferior Prælatus totum habeat regimen Monasterij, alio superiore Prælato eiusdem Monasterij ibidem commorante. Quòd autem totum regimen in Regula D. Augustini tribuatur Pręposito, patet ex cap. 1. Regulæ nostræ, vbi sic habetur. *Distribuatur vnicuique vestrum à Præposito vestro victus & tegumentum &c.* Et ca. 8. agēs de munere dato alicui Religioso, ait. *Sit in potestate Præpositi, vt in rem cõmunem redactum cui necessarium fuerit præbeatur*, & Cap. 9 *Indumenta vestra secundum arbitrium Præpositi lauentur:* Et paulò post: *fiat sine murmure de consilio Medici, ita vt etiam si nolit, iubente Præposito faciat, quod faciendum est pro salute.* Et post aliquot sententias; *Ille qui habet quoquam eundi necessitatem, cum quibus Præpositus iusserit ire debebit.* Secundò, Doctores communiter per Prępositum intelligunt Priorem. Imò verò non desunt Authores, qui passim testantur Latinos appellare eum Priorem siue Prępositum, quem Gręci Abbatem appellabāt; atqui Abbas apud Gręcos est primus, & supremus Monasterij Superior; ergo & Prior siue Præpositus apud Latinos. Quare Præpositus nequit in Regula D. Augustini significare Propriorem, sed Priorem ipsum. Vt autem intelligatur, quomodo D. Norbertus, assumens Regulam D. Augustini, nostrum Ordinem iuxta Superioritates in eadem Regula positas instituerit; Notandum est in Ordinis nostri exordio Monasteria fuisse tantum Prioratus siue Pręposituras, ac proinde eorumdem Præfectos fuisse tantum nominatos Priores siue Præpositos, vt patet ex D. Bernar. qui scribens ad Præfectum

Mona-

Monasterij Pręmonstratensis, hûc Titulum praemittit, vt nonnulli aiunt, *Ad Hugonem Priorem de Præmonstrato*: & ex vetustissimis monumẽtis Monasteriorum Sueuiæ & Bauariæ. In quibus videre est, prout vidi anno 1601. Monasteria illa nõ habuisse nisi Pręposítos pro suis summis præfectis in Monasterio residentibus; qui quidẽ Præfecti ea erãt in Religiosos & Monasterij bona potestate, qua sunt hodie Abbates; nihilque illis deerat nisi mitra vel pedum, Imò vero aliqui etiam nunc pedo ac mitra vtuntur. In eo igitur Ordinis exordio Pręposíti erant Priores. Presbyter autem erat Episcopus loci, cui tum erant Prioratus siue Præposituræ illæ subditę. Nondum enim obtinuęrat Ordo noster exemptionem illam à Iurisdictione Episcoporum, quam postea obtinuit. Denique pleræque Præposituræ nostri Ordinis erant Ecclesię Collegiatæ, in quibus antea degebant Canonici sęculares; sicque illarum Præpositurarum Superior supremus remanebat Episcopus, eo iure quo Canonicorum. Imò vero ipsi Episcopi plerumque assumebãtur ex illis Præposituris, & tum maximè ad eos recurrebant Præpositi, si quid difficultatis oriebatur, in Prioratibus vel Præposituris. Quod autem Episcopi assumerentur plerumque ex illis Præposituris, patet ex eo, quod prolixa annorum serie fuerint nouem Episcopatus, & septem Archiepiscopatus Ordini nostro ascripti; ita vt semper illorũ Cathedras tenerent Canonici ex nostro Ordine assumpti, vt didici in Monasterio Cellæ Superioris prope Herbipolim, ex quodam Monasteriorum nostri Ordinis Indice descripto ad exemplar cuiusdam vetustissimi Codicis existen

tis in prçclarissimo Monasterio Stamueldensi nostri Ordinis.

*Secunda instructio*. Vt autem redeam ad id vnde digressus sum. in Ordinis nostri initio obediebatur Præposito, id est, Priori, qui tunc erat supremus Superior manens in Monasterio. Multò autem magis obediebatur Presbytero, id est, Episcopo, à cuius iurisdictione nondum erat Ordo nôster exemptus, & qui vt plurimum ex Prioratibus nostri Ordinis assumebatur.

*Obedientia triplex.*
*2. 2. q. 104. ar. 5. ad 3.*

*Tertia instructio.* De Obedientia sat multa diximus superius. Hic videntur tantum tria breuiter annotanda. Primum est, triplicem esse Obedientiam ex D. Thoma. Vnam necessariam, qua impletur Regula, & accessoria ad Regulam. Aliam indiscretam, qua impletur præceptum de re illicita. Tertiam perfectam, qua fit omne quod licitũ est. Secundum est, Religiosum non teneri obedire Prçlato in re illicita, vt si præciperet contra Mandata Dei, vel alterius maioris Superioris, vel ne Visitatori detegantur peccata manifesta: neque teneri in re impossibili, vel in ea, quæ est contra Regulá sine causa rationabili. *Syluest. Caiet & D Thom ibidem Gregor de Valent*. Tertium est, Religiosum teneri sub poena peccati mortalis obedire Prælato in dubijs, nisi actus imperfectio excuset. *Syluest Verbo Conscientia q. 4 & Verbo Obedientia.* §. 2. *& Verbo Religio 6 q seu* §. 6.

*Verbo Religio. 6. q. seu* §. 6.
*In 2. 2. q. 104. art. 5.*
*In 2. 2. Dist. 7 q. 3. pun. c. 2.*

## MANDATVM 89.

*obligat sub mortali, si*

Vt ergo cuncta ista seruentur, & si quid seruatum minus fuerit, non negligenter

præter

Prætereatur, sed vt emendandum, corrigendumque curetur; ad Præpositum præcipuè pertinebit, vt ad Presbyterum, cuius est apud vos maior auctoritas, referat, quod modum, vel vires eius excedit.

*defectus Præpositi vehat corruptionem disciplinæ Monasticæ.*



INstructio vnica. Ex his verbis (*Si quid seruatum minus fuerit, non negligenter prætereatur, sed vt emendandum corrigendumque curetur*) colligitur esse verissimum sancti Bonauenturæ documentum, à nobis citatum Instructione Octaua Speculi 81. quo dicitur Superiores nunquam debere peccatis suorum conniuere, vel illa inulta relinquere.


## MANDATVM 90.

Ipse vero, qui vobis præest, non se existimet potestate dominante, sed charitate seruiente fœlicem.

*Obligat sub mortali, si ad dominandum ambiet Prælaturam nisi leuitas ambitus excusaret.*

### SPECVLVM C.

*In quo apparet, quomodo Prælatus præesse debeat.*



PRima Instructio. Etsi Abbas possit multa, sitque magnæ erga Subditos authoritatis, & in magno ab eis ac vicinis honore habeatur, non tamen propterea debet quis Prælaturam ambire, vel in ea iam adepta gloriari; sed si gloriandum est, glorietur in hoc quod sibi

*In quo gloriari debeat Prælatus.*

quotidie

quotidie offeratur occasio, & noua obligatio charitatis officia exercendi erga Confratres suos, quos nunc erudire, nunc consolari, nunc cibare, nunc vestire, nunc obiurgare, & quibus quotidie seruire, & pro quibus quotidiana sollicitudine teneri, omnibus omnia factus potest & debet, & hoc est se existimare *non potestate dominante, sed charitate seruiente fœlicem.*

*Secunda instructio.* Existimat autem se potestate dominante fœlicem, qui præbet cõsensum electioni de se factæ ad Prælationem cum discordia, & contra prohibitionem Cap. Quorũdam. peccatque mortaliter, vt satis patet ex eodem cap. & est irrita Electio.

*De Election. in 6.*

*Tertia instructio.* Existimat se potestate dominante fœlicem, qui cum sit indignus & incapax, appetit Prælaturas; peccatque mortaliter; sicut & is, qui licet se dignum putet, via illicita eas appetit. *Tolet. Syluest. Ariostis de Statib. vbi de Episcopis.*

*Indignus appetens Prælaturam, quomodo peccet.*

*Lib. 5. Cap. 3. Verbo Episcopus §. 4.*

*Quarta instructio.* Existimat se potestate dominante fœlicem, qui appetit Prælaturas, vel in eis delectatur propter redditus temporales, vel propter honorem tanquam finem: peccatque mortaliter ex Authoribus citatis. De his videri potest D. Tho. vbi ait ambire Prælaturas esse peccatum vel mortale, vel veniale, iuxta modum ambitus.

2. 2. q. 131.

*Quinta instructio.* Existimat is se Charitate seruiente fœlicem, qui cogitans se venisse ministrare, non ministrari, Religiosis suis communiter adest, vt eorum necessitates spirituales & corporales videat, & tollat; eorum peccata præpediat, se eis impendat & superimpẽdat, ad virtutem eis iter faciat, atq; verbo & exemplo

*Quis Prælatus censeatur fœlix Charitate seruiente.*

præsit.

præſit. Rara certe hac tempeſtate eſt hæc auis in terris; propterea non rari punientur, quando ſanguis animarum illis concreditarum de eorum manibus requiretur, & depoſitum ſuũ repetet ſeuerus exactor. Hinc illa vox plena horroris. *Si fuiſſem de numero Prælatorum, fuiſſẽ de numero damnandorum.*

*Vox horroris plena. Morul. lib. 1. c. 6. Ex Hieron. Cap. 15. Regu. Monach.*

## MANDATVM 91.

Honore coram vobis Prælatus ſit; vobis timore coram Deo, ſubſtratus ſit pedibus veſtris.

*Explicat Mãdatum præcedens*

## *SPECVLVM CI.*

*In quo apparet, quo honore & timore affici debeat Prælatus.*

P*rima inſtructio.* Prælatus ſemper eſt (vt minimum) duplici honore dignus. Primo, propter virtutem eius, cuius perſonam gerit, videlicet Dei, cui debetur omnis honor, & gloria. Secundo, propter Conmunitatem cuius eſt pars. Eſt enim Prælatus caput ſanctæ Cõgregationis; & propterea eſt honorandus, vt eius præcipuum mẽbrum. Eſt vero aliquando triplici honore dignus, videlicet quando ijs exornatus eſt virtutibus, quæ Prelatum decent: & hoc eſt, quod dicebat Apoſtolus, *Qui bene præſunt, duplici honore digni habeantur.* D. Thom.

*Prælatus ſemper eſt duplici honore dignus.*

*1. ad Timoth. 5. 2. 2. q. 63. ar. 3.*

*Secunda inſtructio.* Cauſæ, ob quas quis debet honorare Prælatum, ſunt hæ. Prima, quia eſt Dei Vicarius. Secunda, quia eſt caput Communitatis. Tertia quia eſt vir probus. Quarta, quia

*Sex cauſæ, ob quas Subditus debet honorare Prælatum.*

influit in membra docendo, monendo, corrigẽdo, duc n do, conseruando, prouidendo. Quinta, quia Pater & Iudex. Sexta, quia conatur nos ab Erebi faucibus eripere, & cœlestiũ Spirituum choro inserere: propterea dicit Scriptura, *In medio Fratrum Rector illorum in honore.*

Eccl. 10. c.

Honor Prælatorum care emitur.

*Tertia instructio.* Verum est Prælatum magno in honore à Subditis haberi, sed non propterea est beatus. Timor enim, quo afficitur, honorem illum valde carum reddit. Ego certe tanti pœnitere libenter non emerem. Placet quidem honor, sed non tanto timoris pretio comparatus. Honor est præesse, sed nunquam vacuus est formidine. Qui alijs præficitur, & timore nõ afficitur, non attendit onus, quod sibi imponitur, ac propterea Prælatura indignus reputatur. Timor autem debet Prælatum magis quam cęteros occupare. Primo, quia in maiori periculo versatur, teste D. Augustino inferius. Secundo, quia est excubitor gregis Dominici. Illi enim dictũ est: *Excuba in ostio Sanctuarij.* Qui autem agit excubias plus timet, quam illi, qui in vtramque aurem dormiunt. Tertio, quia omnium vitiorũ quæ irrepserint redditurus est rationem. *Ipsi enim peruigilant,* (ait B. Paul.) *quasi rationem pro animabus vestris reddituri.* Hinc D. Augustin. timens dicebat. *Quid faciam, cum exigetur à me ratio tot animarum, quæ pendent ad collum meum.* Hinc semper timet Prælatus, ne peccent Subditi, & ipse in eis peccati reus habeatur. Timet ne sufficiens non sit ad tantam curã, & sic ipse cæcus cæcos ducens in foueam cũ ipsis cadat. Timet ne eis sit author mali exempli: sicque mola asinaria collo appensa in mare baratri proijciatur. Timet ne eis displiceat. Timet ne nimis pla-

Timor semper debet comitari Prælaturam.

Causæ ob quas Prælatus timere debet.

Ad Hebr 13.

Ex Cardinal. Turrecrem. Trac. 14. in Regulam S. Benedicti.

Multiplex Prælatorum timor

In Epist. ad S. Paulin. & Therasiam. Est 250.

placeat. Timet ne nimis puniat. Timet ne minus corrigat. D. August. *Quid dicam de vindicando, vel non vindicando?* &c. Deinde inferius, *cũ sæpe accidat, vt si in quempiam vindicaueris, ipse pereat; si inultũ reliqueris, alter pereat.* Timet ne necessaria suis deneget. Timet ne superflua cõcedat. Timet prodigalitatem in Oeconomia, vel in eadẽ tenacitatem. Timet ne meritum bonorum operũ perdat, ea coram ipsis operando. Timet ne non luceat lux sua coram hominibus. Timet ne sibi concreditę animę, pretiũ sanguinis Christi, perdantur, sicque ipse ad tantã restitutionẽ obligetur. Timet ne superbiat illo honore, quo quotidie à Subditis afficitur. Timet ne nimis sit tristis vel hilaris. Timet ne nimis sit seuerus, vel lenis. Timet ne nimis sit socialis vel alienus. Timet ne nimis sit tacitus, vel verbosus. Timet ne nimis blãde loquatur, vel nimis rigide. Timet ne nimis sit feruidus, vel nimis remissus. Timet ne nimis sępe cũ hospitibus conuersetur, vel nimis raro; nimis laute eos reficiat, vel nimis parce. Timet ne nimis facta Fratrum obseruet, vel nimis dissimulet. Timet ne nimis foueat aliquos, vel alios minus; & sic de cęteris. Adeo vt in perpetuo timore versetur, nunquamque hoc timore liberetur, priusquam Prelatura destituatur. Status enim Prelationis, status est timoris. Et quis nõ timeat, si Sapientẽ suę Sapi. c. 6. sic loquẽtẽ legat, *iudiciũ durissimũ in his qui præsũt fiet?* vel si vocẽ illã Adolescẽtis cõsanguineũ suũ Eremitã alloquẽtis audiat. *Si fuissem de numero Prælatorũ, fuissem de numero dãnãdorũ?* Quare bene D. Aug. hic agens de Prælati honore, & onere, ait. *Honore corã vobis Prælatus sit Timore corã Deo prostrat⁹ sit pedibus vestris.*

*Status Prælationis est status timoris.* Hierony. in Regul. Monachor. Cap. 15 quem cit. Marnl in l. 1. Cap. 6.

## MANDATVM 92.

Circa omnes seipsum bonorum operum præbeat exemplum.

*obligat sub mortali, nisi excuset paruitas rei.*
*Ad Tim.2.*

### SPECVLVM CII.

*In quo apparet quantum obligetur Prælatus ad præcedendum suos bono exemplo.*

*Pastor. Curæ par.2. ca.1.*

PRima *instructio*. De vita exemplari Prælatorum egimus Speculo 4. Præludiorum priorum. Consulatur etiam Diuus Gregor. vbi inter cætera sic ait. *Tantum debet actionem populi actio transcendere Præsulis, quantum distare solet à grege vita Pastoris Oportet namque vt metiri sese sollicite studeat, quanta tenendæ rectitudinis necessitate cõstringatur. sub cuius æstimatione populus grex vocatur.* Hoc qui perpendant serio pauci reperiuntur. Imo vero plurimi extant similes Achitophel, qui postquam domui disposuit, laqueo sibi vitam ademit; alijs videlicet consulens, se neglecto. Hoc autem ipsum facere videntur Pastores illi, qui consilio & doctrina, aliorum quidem salutem promouent, sed vitam in vitijs traducendo, suæ saluti plurimum nocent

2. Reg.17.

*Prælatus debet facere & docere.*
*Act. cap.1.*

*Secunda Instructio* Prælatus debet esse imitator Christi, qui *cœpit facere & docere*, quia est Vicarius Christi. Vicarij autem est promouere beneplacitum eius, cuius vices gerit, eius authoritate niti, & eum verbo & facto repræsentare. vnde Prælatus qui Vicarius Christi est debet ea quæ Christus vult promouere in subditis, & eius authoritate ea exequi, quæ eis expediunt, & eum in se imitabilem illis, vita &

mo

moribus demonstrare, idem dicente Apostolo alib. *Non enim nosmetipsos prædicamus, sed Iesum Christum Dominum nostrum nos autem seruos vestros per Iesum.* ille vero seipsum, & non Christum prædicat, qui gloriam propriam quærit docendo, & qui malis exemplis se potius quam Christum ingerit Subditis imitandum. Nam dicit Apostolus. *AEmulantur vos non bene, sed excludere vos volunt, vt illos æmulemini,* hoc est, non bono zelo præsunt vobis, per sua praua exempla excludunt vos ab imitatione Christi, vt mores eorum discatis, & exempla sequamini.

2. Epist. ad Corint. ca. 4.

Ad Gal. ca. 4.

*Tertia instructio.* Magna necessitas bene viuendi incumbit Prælato, quia si regis ad exemplum totus componitur orbis, a fortiori, ad exemplum Prælati totum componitur Monasterium. *Integritas enim Præsidentium salus est Subditorum.* & inferius: *Totius Domini familiæ status, & ordo nutabit, si quod requiritur in corpore, non inueniatur in capite.*

Dist. 61. Can. Miramur. Ex Epist. 85. al. 87. D. Leo. Cap. 1.

*Quarta instructio* D. Bonauentura Tractat. 2. de sex alis Seraphim, inter alas Prælato necessarias, annumerat exemplarem vitam; & postquam Prælatum similem esse debere Geometræ, vt pote qui *pingit in sabulo figurarum demonstrationes, vt quod dicit, melius capiatur,* pronunciauit; docet Prælatum debere præcedere subditos præsertim in tribus, videlicet *in communis obseruantiæ conformitate, in mansuetudinis humilitate, & in maturitatis honestate* Vnde *Apostolus. In omnibus teipsum præbe exemplum bonorum operum in doctrina, in integritate, & in grauitate* Quod attinet ad obseruantiç conformitatem, sic Prælatum instruit S. Doctor citat.

Ala 4. ca. 6. Inter alas Prælato necessaria est vita Exēp.

Pralatus debet præcedere suos in obseruantiis Regul.

Communem vitam cum cæteris obseruet in victu, vestitu, & labore; vt non vacet conuiuijs & potationibus cum alij sobrio cibo & potu vtãtur; nec sit eis dissimilis habitu, cum quibus est ei professio communis. Nec à labore cæterorum se substrahat qui illos iubet in eisdẽ laboribus exerceri. Pastor si se a grege segregat oues insidijs luporũ exponit. Sanus sit sanis & infirmus infirmis, velut alter Paulus, qui dicebat, factus sum infirmus infirmis, scilicet exemplar, vt infirmos lucrarer. Omnibus omnia factus sum, vt omnes facerẽ saluos. Nam si sanus debiliter viuat, facit eos exemplo suo carnales. Si vero infirmus, recusat infirmorum remedia, facit eos pusillanimes: innuens, quod aut velit eos similiter facere, aut non cupiat eis vt melius fiat illis. Alacrius certat miles in acie si ducem suũ secũ cernit laborem certaminis tolerare. Vnde in Actis dicitur: In omni tempore, quo intrauit & exiuit inter nos Dominus Iesus incipiens à baptismate Ioannis vsque ad diem qua assumptus est à nobis; &c hoc est à primo tempore, quo cœpit habere discipulos post baptismũ, vsquequo ascendit ad Patrem, semper exemplo suo erudiuit nos: intrans familiariter, cũ discipulis viuendo, & exiens vtiliter cũ turbis (prout congruebat) cõuersando Quod vero attinet ad morũ humilitatẽ, hæc est etiã eiusdẽ doctrinæ. Sit etiã humilis moribus, vt mores eius ostendunt eũ nõ alta de se sentire, nec affectare Prælationem, sed timere & coactũ tenere; & magis desiderare subesse, & eos quibus præest meliores se iudicare, et eorũ potius se seruũ quam magistrũ vel dominum reputare. Qui maior est vestrũ fiat sicut minor. &

2. Cor. 9.

Cap. 1.

Pralat. debet præcedere suos in morum humilitate.

Luc. 22. ca. 32

*qui præcessor est, sicut ministrator, ait Dominus. Ego autem in medio vestrum sum. sicut qui ministrat. Vnde in Eccles. dicitur: Rectorem te posuerunt, &c. Sit etiam humilis affabilitate, vt Subditi facilè accessum ad eum habeant, fiducialiter ei loqui (de quibus indigent) audeant; & patiēter eos audiat, & benignè eis satisfaciat. & studiosè instruat, & alacriter exhortetur; studeat magis amari, quam timeri; quia lubentius obeditur ei, qui diligitur, quàm qui timetur. Obedientia abiectionis propriè est voluntaria, timoris autem magis est coacta. Quantò ergo illa habet de voluntaria, tanto sublimior est in merito. Finis autèm regiminis est commissos sibi ad vitam æternam dirigere, & ad similia virtutum merita fideliter promouere. Sit etiam humilis in vsu rerum temporalium, vt nihil habeat pomposum, vt diligat, sed omnia quæ habere videtur paupertatem voluntariam demonstrent. & humilitatem ostendant, scilicet vestes, libri, cella, lectulus, vtensilia, mensa, pallium, & huiusmodi: vt nihil in omnibus appareat quod notam iactantia vel curiositatis habeat, nec talia fieri ab alijs patiatur. Similia etenim similibus congaudent, alta sublimibus, humilia humilibus delectando. Non est autem humilis cordis iudicium, curiosa quærere, pretiosa affectare, & excelsa ambire. Nam scriptum est. Omne sublime videt. Ipse est Rex super vniuersos filios superbiæ.* Denique quod attinet ad maturitatis honestatem, attendamus ad amplissima eiusdem Doctoris verba. *Maturitatis honesta (* inquit *) perpenditur in tribus,*

*Finis Regiminis.*

*Prælatus debet esse humilis in vsu rerũ temporalium.*

*Iob. 41.*

scilicet si non sit leuis in motibus, videlicet in verbis & iocis scurrilibus, & irreligiosis, quæ licet in se quandoque quasi grata putentur, minus tamen reuerendum faciunt. Gregor. enim dicit: Non facilè eius prædicatio accipitur, si leuis in moribus esse videtur. Nam etsi Prælatus magis diligendus sit, expedit tamen, vt ab insolentibus timeatur. Ipse amor aliquo modo suauior sentitur cum reuerentia mixtus. Quod patet in amore summi Conditoris, cuius quo Maiestas sublimior agnoscitur, dignationis dulcedo sapidius amatur, sicut dicit Propheta: Dulcis & rectus Dominus, propter hoc legem dabit, &c. Item si non sit leuis in affectu per priuatos amores notabiles tam ad fœminas, quam ad quaslibet leues personas; licet enim meliores in affectu præferendi sint minoribus. & omnes propter spem salutis in Christo amplectendi sint, in actu tamen exhibitionis exterioris taliter se gerat ad omnes, vt nullus se ab eo contemni propter alios suspicetur; sed quilibet ab eo se diligi præsumat, & fiducialiter ei quasi singulari amico confidat, ne alicui indignatio & inuidia in aliis nutriatur. Sicut Fratres Ioseph, qui oderant eum pro eo quod à patre singularius amaretur, vt dicitur in Gen. Item si non est leuis in proposito, & inconstans in consilio vt quod iam placet mox displiceat; modo velit vnum modo contrarium, vbi rationabilis causa non appa ret. Quis enim eius iudicio credat, vel eius volūtati se contemperet quem in neutro stabilem agnoscat? Ideo eius subiecti non possunt eius cauere prudentiã, nec sciunt se parare ad voluntati eius obedientiã, & in vtroq; non potest non esse modicum

*Maturitas prælati cernitur in tribus.*
*Ho. 3. in Ezec.*
*Psalm. 24*
*Charitas affectualis & actualis, de qua Bernar. 50. super Cant.*
*Cap. 37.*

*documentum. Propterea dicit Paulus, omnia probate quod bonum est tenete, & facite sine hesitatione & retractationibus quæcumque facitis.* 1. ad Theſſ. 5.

*Quinta Instructio.* Peccat mortaliter Prælatus, qui sub exemplo cæteris est scandalo peccati lethalis. Ariostis de Prælatis. Estque ea circumstantia Prælaturæ in confessione explicanda, iuxta quosdam Doctores, vt Bannem.

## *SPECVLVM CIII.*

*In quo apparet scandalum esse maxime à Prælatis vitandum.*



*Rima instructio.* Etsi peccatum ab omnibus vitari debeat, maxime tamen à Prælato, quia quotiescunque corā suis peccat mortaliter, duplici titulo mortale peccatum committit Primo, exercendo illum actū Secundo suos ad idem peccatum pertrahendo, id est, scandalizando, & præbendo illis occasionem ruinæ. Nec refert, si intendat illam ruinam vel non, si Subditus cadat, vel non; sed satis est, si exerceat lethiferum peccatum ad illam ruinam ordinatum. Non enim potest Prælatus cum suorū notitia peccare, quin eis præbeat occasionem ruinæ.

*Prælatus non potest peccare sine occasione ruinæ suorum.*

*Secunda instructio.* Etsi scandalum ab omnibus sit vitandum, maxime tamen à Prælato, qui est *lux mundi*, ac propterea tenebras tollere, non offundere debet; *Et, qui est sal terræ*, ac propterea suos bono suo exemplo condire, non corrumpere debet. Sunt & aliæ plurimæ causæ, ob

quas Prælatus debet sibi magis cauere à scandalo, quam alij, quæ sequentibus Instructionibus afferentur.

*...us Prælati cauere maxime debeant scandalo.* *3. par. Curæ pastor. Admo. 5.* *Tot mortib. dignus est Prælatus quot edit scandala* *Homil. de Initio Quadrages.* *Similitudo.*

*Tertia instructio.* Prælati debent vehementer timere, ne Subditis sint scandalo, quia, vt ait D. Gregor. *Si peruersa vnquam perpetrant, tot mortibus digni sunt, quot ad subditos suos perditionis exempla transmittunt.* Quod etiam docuit Eucherius Lugdunensis, his verbis. *Quando aliquis peccat sub conscientia ac destructione plurimorum, de pluribus incurrit reatum, & quantū per vnius membri vitium serpit late diffusum reliqua per membra contagium, tantum in auctorem suum multiplicis mali recurrit augmentum; & quantos destruxerit, de tantis sibi materiā damnationis congregabit. Commisso enim pessimo opere contristantur boni, subuertuntur mali; vtinam non etiam boni. Nimis enim penetrabile telum est imitatio deteriorum.* Ausim ego cum viro quodam docto dicere scandala, quæ suis peccatis generant Prælati, nouum illud & inauditum tormenti genus imitari, quod ætate nostra excogitatum est quo videlicet multi ferrei globuli vno calamo comprehensi, & sulphureo puluere acti, vno iactu non vnum hominem, sed omnes quotquot obuios inuenerint, perimunt.

*Nihil magis perniciosum, quam malum exemplum in Prælato.*

*Quarta instructio.* Quia scandalum illorum est magis contagiosum & nociuum. *Nemo amplius* (inquit idem Gregor.) *in Ecclesia nocet, quā qui peruerse agens, nomen vel ordinem sanctitatis tenet. Delinquentem namque redarguere nullus præsumit: & in exemplum culpa vehementer extenditur, quando pro reuerentia Ordinis peccator honoratur.* In eandem sententiam habet etiam multa digna quę legant Prælati, vbi inter alia,

Nul

*Nullum, puto, (inquit) ab aliis maius præiudicium quam a Sacerdotibus* (& Prælatis) *tolerat Deus; quando eos, quos ad aliorum correctionem posuit, dare de se exempla prauitatis cernit, quando ipsi peccamus qui cōpescere peccata debuimus.* & paulo superius dixerat: *Veniet, veniet profecto ille dies, nec longe est in quo Pastor Pastorū appareat, & vniuscuiusque facta in publicū deducat. Et qui modo subditorum culpas per Præpositos vlciscitur, tunc Præpositorum mala per semetipsū sæuiens dānat.* Hinc est quod Diuinus ille Plato nō admittebat in Repub. sua Homeri Poetę libros; propterea quod tales Deos, atque Deas fingeret, quales nemo filios suos aut filias suas vellet. Nihil enim nociuum magis improbis exemplis, quę in personis sublimibus reperiuntur. Pręstātia enim dignitatis suę, res fœdas atque indignas quodammodo nobilitant & commendant.

*Quinta instructio.* Quia Ouium sibi concreditarum est trucidator, teste D. Augustino his verbis. *Omnis qui male viuit in conspectu eorum quibus præpositus est, quantū in ipso est, occidit & fortes Oues. Qui ergo imitatur Præpositum malū moritur: qui non imitatur, viuit. Tamen quantum ad illum pertinet ambos occidit.* Idem August. *Homicida (inquit) dicitur Diabolus. Nō gladio armatus non ferro accinctus ad hominē venit, sed verbū seminauit, & occidit. Noli ergo putare te homicidā non esse quādo fratri tuo mala persuades; si fratri tuo mala persuades, occidis.* Imo vero, vt notat his verbis S. Greg. *Qui bona occulte faciunt & tamen in nonnullis factis publice mala de se opinari permittunt, cum seipsos recte virtute viuificāt, alios in se per exempla malæ æstimationū occidunt, & cū salubria vinum pro se habeat, pestiferū veneni poculūalis infundunt.*

Prelatus suo scandalo suorū animas perimit. Lib. De Pastoribus c. 4. To. 9.
Tract. 42. in Iohan.
3. Par. Pastoral. Curæ. Cap. 1. Admonit. 36.

Sexta

quotidie offeratur occasio, & noua obligatio charitatis officia exercendi erga Confratres suos, quos nunc erudire, nunc consolari, nunc cibare, nunc vestire, nunc obiurgare, & quibus quotidie seruire, & pro quibus quotidiana sollicitudine teneri, omnibus omnia factus potest & debet, & hoc est se existimare *non potestate dominante, sed charitate seruiente fœlicem*.

*Secunda instructio*. Existimat autem se potestate dominante fœlicem, qui prębet cōsensum electioni de se factæ ad Prælationem cum discordia, & contra prohibitionem Cap. Quorūdam. peccatque mortaliter, vt satis patet ex eodem cap. & est irrita Electio.

*De Election. in 6.*

*Tertia instructio*. Existimat se potestate dominante fœlicem, qui cum sit indignus & incapax, appetit Prælaturas; peccatque mortaliter; sicut & is, qui licet se dignum putet, via illicita eas appetit, *Tolet. Syluest. Ariostis de Statib. vbi de* Episcopis.

*Indignus appetens Prælaturam, quomodo peccet.*
*Lib. 5. Cap. 3.*
*Verbo Episcopus §. 4.*

*Quarta instructio*. Existimat se potestate dominante fœlicem, qui appetit Pręlaturas, vel in eis delectatur propter redditus temporales, vel propter honorem tanquam finem: peccatque mortaliter ex Authoribus citatis. De his videri potest D. Tho. vbi ait ambire Prælaturas esse peccatum vel mortale, vel veniale, iuxta modum ambitus.

2. 2. q. 131.

*Quinta instructio*. Existimat is se Charitate seruiente fœlicem, qui cogitans se venisse ministrare, non ministrari, Religiosis suis communiter adest, vt eorum necessitates spirituales & corporales videat, & tollat; eorum peccata præpediat, se eis impendat & superimpēdat, ad virtutem eis iter faciat, atq; verbo & exemplo

*Quis Prælatus censeatur fœlix Charitate seruiente.*

præsit.

præsit. Rara certe hac tempestate est hæc auis in terris; propterea non rari punientur, quando sanguis animarum illis concreditarum de eorum manibus requiretur, & depositum suũ repetet seuerus exactor. Hinc illa vox plena horroris. *Si fuissem de numero Prælatorum, fuissẽ de numero damnandorum.*

*Vox horroris plena. Marul lib. 1. c. 6. Ex Hieron. Cap. 15. Regu. Monach.*

## MANDATVM 91.

Honore coram vobis Prælatus sit; vobis timore coram Deo, substratus sit pedibus vestris.

*Explicat Mãdatum præcedens*

## *SPECVLVM CI.*

*In quo apparet, quo honore & timore affici debeat Prælatus.*

P*rima instructio.* Prælatus semper est (vt minimum) duplici honore dignus. Primo, propter virtutem eius, cuius personam gerit, videlicet Dei, cui debetur omnis honor, & gloria. Secundo, propter Conmunitatem cuius est pars. Est enim Prælatus caput sanctæ Cõgregationis; & propterea est honorandus, vt eius præcipuum mẽbrum. Est vero aliquando triplici honore dignus, videlicet quando ijs exornatus est virtutibus, quæ Prelatum decent: & hoc est, quod dicebat Apostolus, *Qui bene præsunt, duplici honore digni habeantur.* D. Thom.

*Prælatus semper est duplici honore dignus.*

*1. ad Timoth. 5. 2. 2. q. 63. ar. 3.*

*Secunda instructio.* Causæ, ob quas quis debet honorare Prælatum, sunt hæ. Prima, quia est Dei Vicarius. Secunda, quia est caput Communitatis. Tertia quia est vir probus. Quarta, quia

*Sex causæ, ob quas Subditus debet honorare Prælatum.*

influit in membra docendo, monendo, corrigẽdo, duc-endo, conseruando, prouidendo. Quinta, quia Pater & Iudex. Sexta, quia conatur nos ab Erebi faucibus eripere, & cœlestiũ Spirituum choro inserere: propterea dicit Scriptura, *In medio Fratrum Rector illorum in honore.*

Eccl. 10. c.
Honor Prælatorum care emitur.

*Tertia instructio.* Verum est Prælatum magno in honore à Subditis haberi, sed non propterea est beatus. Timor enim, quo afficitur, honorem illum valde carum reddit. Ego certe tanti pœnitere libenter non emerem. Placet quidem honor, sed non tanto timoris pretio comparatus. Honor est præesse, sed nunquam vacuus est formidine. Qui alijs pręficitur, & timore nõ afficitur, non attendit onus, quod sibi imponitur, ac propterea Pręlatura indignus reputatur. Timor autem debet Prælatum magis quam cęteros occupare. Primo, quia in maiori periculo versatur, teste D. Augustino inferius. Secundo, quia est excubitor gregis Dominici. Illi enim dictũ est: *Excuba in ostio Sanctuarij.* Qui autem agit excubias plus timet, quam illi, qui in vtramque aurem dormiunt. Tertio, quia omnium vitiorũ quæ irrepserint redditurus est rationem. *Ipsi enim peruigilant* (ait B. Paul.) *quasi rationem pro animabus vestris reddituri.* Hinc D. Augustin. timens dicebat. *Quid faciam, cum exigetur à me ratio tot animarum, quæ pendent ad collum meum.* Hinc semper timet Pręlatus, ne peccent Subditi, & ipse in eis peccati reus habeatur. Timet ne sufficiens non sit ad tantam curã, & sic ipse cæcus cæcos ducens in foueam cũ ipsis cadat. Timet ne eis sit author mali exempli: sicque mola asinaria collo appensa in mare baratri proijciatur. Timet ne eis displiceat. Timet ne nimis

pla-

Timor semper debet comitari Prælaturam.
Causæ ob quas Prælatus timere debet.
Ad Hebr 13.
Ex Cardinal. Turrecrem. Trac. 14. in Regulam S. Benedicti.
Multiplex Prælatorum timor
In Epist. ad S. Paulin. & Therasiam. Est 250.

placeat. Timet ne nimis puniat. Timet ne nimis corrigat. D. August. *Quid dicam de vindicādo, vel non vindicando? &c.* Deinde inferius, *cū sæpe accidat, vt si in quempiam vindicaueris, ipse pereat; si inultū reliqueris, alter pereat.* Timet ne necessaria suis deneget. Timet ne superflua cō cedat. Timet prodigalitatem in Oeconomia, vel in eadē tenacitatem. Timet ne meritum bonorum operū perdat, ea coram ipsis operando. Timet ne non luceat lux sua coram hominibus. Timet ne sibi concreditę animę, pretiū sanguinis Christi, perdantur, sicque ipse ad tantā restitutionē obligetur. Timet ne superbiat illo honore, quo quotidie à Subditis afficitur. Timet ne nimis sit tristis vel hilaris. Timet ne nimis sit seuerus, vel lenis. Timet ne nimis sit socialis vel alienus. Timet ne nimis sit tacitus, vel verbosus, Timet ne nimis blāde loquatur, vel nimis rigide. Timet ne nimis sit feruidus, vel nimis remissus. Timet ne nimis sępe cū hospitibus conuersetur, vel nimis raro; nimis laute eos reficiat, vel nimis parce. Timet ne nimis facta Fratrum obseruet, vel nimis dissimulet. Timet ne nimis foueat aliquos, vel alios minus; & sic de cęteris. Adeo vt in perpetuo timore versetur, nunquamque hoc timore liberetur, priusquam Prelatura destituatur. Status enim Prelationis, status est timoris. Et quis nō timeat, si Sapientē suę Sapi. c. 6. sic loquētē legat, *iudiciū durissimū in his qui præsūt fiet?* vel si vocē illā Adolescētis cōsanguineū suū Eremitā alloquētis audiat. *Si fuissem de numero Prælatorū, fuissem de numero dānādorū?* Quare bene D. Aug. hic agens de Prælati honore, & onere, ait. *Honore corā vobis Prælatus sit Timore corā Deo prostratꝰ sit pedibus vestris.*

*Status Prelationis est status timoris.* Hierony. in Regul. Monachor. Cap. 15 quem cit. Marul. l. 1. Cap. 6.

# MANDATVM 92.

## Circa omnes seipsum bonorum operum præbeat exemplum.

### SPECVLVM CII.

*In quo apparet quantum obligetur Prælatus ad præcedendum suos bono exemplo.*

*Obligat sub mortali, nisi excuset paruitas rei.*
*Ad Tim. 2.*



PRima *instructio.* De vita exemplari Prælatorum egimus Speculo 4. Præludiorum priorum. Consulatur etiam Diuus Gregor. vbi inter cætera sic ait. *Tantum debet actionem populi actio transcendere Præsulis, quantum distare solet à grege vita Pastoris. Oportet namque vt metiri sese sollicite studeat, quanta tenendæ rectitudinis necessitate cōstringatur, sub cuius æstimatione populus grex vocatur.* Hoc qui perpendant serio pauci reperiuntur. Imo vero plurimi extant similes Achitophel, qui postquam domui disposuit, laqueo sibi vitam ademit; alijs videlicet consulens, se neglecto. Hoc autem ipsum facere videntur Pastores illi, qui consilio & doctrina, aliorum quidem salutem promouent, sed vitam in vitijs traducendo, suæ saluti plurimum nocent.

*Pastor. Curæ par. 2. ca. 1.*
2. Reg. 17.

*Secunda Instructio* Prælatus debet esse imitator Christi, qui *cœpit facere & docere,* quia est Vicarius Christi. Vicarij autem est promouere beneplacitum eius, cuius vices gerit, eius authoritate niti, & eum verbo & facto repræsentare. vnde Prælatus qui Vicarius Christi est debet ea quæ Christus vult promouere in subditis, & eius authoritate ea exequi, quæ eis expediunt, & eum in se imitabilem illis, vita & mo-

*Prælatus debet facere & docere.*
*Act. cap. 1.*

moribus demonstrare, idem dicente Apostolo ad hoc: *Non enim nosmetipsos prædicamus, sed Iesum Christum Dominum nostrum, nos autem seruos vestros per Iesum.* ille vero seipsum, & non Christum prædicat, qui gloriam propriam quærit docendo, & qui malis exemplis se potius quam Christum ingerit Subditis imitandum. Nam dicit Apostolus. *AEmulantur vos non bene, sed excludere vos volunt, vt illos æmulemini*, hoc est, non bono zelo præsunt vobis, per sua praua exempla excludunt vos ab imitatione Christi, vt mores eorum discatis, & exempla sequamini. 2. Epist. ad Corint. ca. 4. Ad Gal. ca. 4.

*Tertia instructio.* Magna necessitas bene viuendi incumbit Prælato, quia si regis ad exemplum totus componitur orbis, à fortiori, ad exemplum Prælati totum componitur Monasterium. *Integritas enim Præsidentium salus est Subditorum.* & inferius: *Totius Domini familiæ status, & ordo nutabit, si quod requiritur in corpore, non inueniatur in capite.* Dist. 61. Can. Miramur. Ex Epist. 85. al. 87. D. Leo. Cap. 1.

*Quarta instructio* D. Bonauentura Tractat. 2. de sex alis Seraphim, inter alas Prælato necessarias, annumerat exemplarem vitam; & postquam Prælatum similem esse debere Geometræ, vt pote qui *pingit in sabulo figurarum demonstrationes, vt quod dicit, melius capiatur*, pronunciauit; docet Prælatum debere præcedere subditos præsertim in tribus, videlicet *in communis obseruantiæ conformitate, in mansuetudinis humilitate, & in maturitatis honestate.* Vnde Apostolus. *In omnibus teipsum præbe exemplum bonorum operum in doctrina, in integritate, & in grauitate.* Quod attinet ad obseruantiæ conformitatem, sic Prælatum instruit S. Doctor citat. Ala 4. ca. 6. Inter alas Prælato necessaria est vita Exemp.

Prælatus debet præcedere suos in obseruantiis Regul.

Communem vitam cum cæteris obseruet in victu, vestitu, & labore; vt non vacet conuiuijs & potationibus cum alijs sobrio cibo & potu vtātur; nec sit eis dissimilis habitu, cum quibus est ei professio communis. Nec à labore cæterorum se subtrahat qui illos iubet in eisdē laboribus exerceri. Pastor si se a grege segregat oues insidijs luporū exponit. Sanus sit sanis & infirmus infirmis, velut alter Paulus, qui dicebat, factus sum infirmus infirmis, scilicet exemplar, vt infirmos lucrarer. Omnibus omnia factus sum, vt omnes facerē saluos. Nam si sanus debiliter viuat, facit eos exemplo suo carnales. Si vero infirmus, recusat infirmorum remedia, facit eos pusillanimes: innuens, quod aut velit eos similiter facere, aut non cupiat eis vt melius fiat illis. Alacrius certat miles in acie si ducem suū secū cernit laborem certaminis tolerare. Vnde in Actis dicitur: In omni tempore, quo intrauit & exiuit inter nos Dominus Iesus incipiens à baptismate Ioannis vsque ad diem qua assumptus est à nobis; &c. hoc est à primo tempore, quo cœpit habere discipulos post baptismū, vsquequo ascendit ad Patrem, semper exemplo suo erudiuit nos: intrans familiariter, cū discipulis viuendo, & exiens vtiliter cū turbis (prout congruebat) cōuersando. Quod vero attinet ad morū humilitatē, hæc est etiā eiusdē doctrinæ. Sit etiā humilis moribus, vt mores eius ostendant eū nō alta de se sentire, nec affectare Prælationem, sed timere & coactū tenere; & magis desiderare subesse, & eos quibus præest meliores se iudicare, et eorū potius se seruū quam magistrū vel dominum reputare. Qui maior est vestrū fiat sicut minor. &

1. Cor. 9.

Cap. 1.

Prælat. debet præcedere suos in morum humilitate.

Luc. 22. ca. 32.

qui

*qui præcessor est, sicut ministrator, aut Dominus. Ego autem in medio vestrum sum, sicut qui ministrat. Vnde in Eccles. dicitur: Rectorem te posuerunt, &c. Sit etiam humilis affabilitate, vt Subditi facilè accessum ad eum habeant fiducialiter ei loqui (de quibus indigent) audeant; & patiēter eos audiat, & benignè eis satisfaciat, & studiosè instruat, & alacriter exhortetur; studeat magis amari, quam timeri; quia lubentius obeditur ei, qui diligitur, quàm qui timetur. Obedientia abiectionis propriè est voluntaria, timoris autem magis est coacta. Quantò ergo illa habet de voluntaria, tantò sublimior est in merito. Finis autem regiminis sit commissos sibi ad vitam æternam dirigere, & ad similia virtutum merita fideliter promouere. Sit etiam humilis in vsu rerum temporalium, vt nihil habeat pomposum, vt diligat, sed omnia quæ libere videtur paupertatem voluntariam demonstrent, & humilitatem ostendant, scilicet vestes, libri, cella, lectulus, vtensilia, mensa, pallium, & huiusmodi: vt nihil in omnibus appareat, quod notam iactantiæ vel curiositatis habeat, nec talia fieri ab aliis patiatur. Similia etenim similibus congaudent, alta sublimibus, humilia humilibus delectando. Non est autem humilis cordis iudicium, curiosa quærere, pretiosa affectare, & excelsa ambire. Nam scriptum est: Omne sublime videt. Ipse est Rex super vniuersos filios superbiæ.* Denique quod attinet ad maturitatis honestatem, attendamus ad amplissima eiusdem Doctoris verba. *Maturitatis honesta (inquit) perpenditur in tribus,*

Finis Regiminis.

Prælatus debet esse humilis in vsu rerū temporalium.

Iob. 41.

Maturitas prælati cernitur in tribus.

Ho. 3. in Ezec.

scilicet si non sit leuis in motibus, videlicet in verbis & iocis scurrilibus, & irreligiosis, quæ licet in se quandoque quasi grata putentur, minus tamen reuerendum faciunt. Gregor. enim dicit: Non facilè eius prædicatio accipitur, si leuis in moribus esse videtur. Nam etsi Prælatus magis diligendus sit, expedit tamen, vt ab insolentibus timeatur. Ipse amor aliquo modo suauior sentitur cum reuerentia mixtus. Quod patet in amore summi Conditoris, cuius quo Maiestas sublimior agnoscitur, dignationis dulcedo sapidius amatur. sicut dicit Propheta: Dulcis & rectus Dominus, propter hoc legem dabit, &c. Item si non sit leuis in affectu per priuatos amores notabiles tam ad fœminas, quam ad quaslibet leues personas; licet enim meliores in affectu præferendi sint minoribus, & omnes propter spem salutis in Christo amplectendi sint, in actu tamen exhibitionis exterioris taliter se gerat ad omnes, vt nullus se ab eo contemni propter alios suspicetur; sed quilibet ab eo se diligi præsumat, & fiducialiter ei quasi singulari amico confidat, ne alicui indignatio & inuidia in alijs nutriatur. Sicut Fratres Ioseph, qui oderant eum pro eo quod à patre singularius amaretur, vt dicitur in Gen. Item si non est leuis in proposito, & inconstans in consilio vt quod iam placet mox displiceat; modo vnum velit modo contrarium, vbi rationabilis causa non apparet. Quis enim eius iudicio credat, vel eius voluntati se contemperet quem in neutro stabilem agnoscat? Ideo eius subiecti non possunt eius uereri prudentiã, nec sciunt se parare ad volũtati eius obedientiã, & in vtroq; non potest non esse modicum

Psalm. 24

Charitas affectualis & actualis, de qua Bernar. 50. super Cant.

Cap. 37.


nomen

*nocumentum. Propterea dicit Paulus, omnia probate, quod bonum est tenete; & facite sine hæsitatione & retractationibus quæcunque facitis.* 1. ad Thess. 5.

*Quinta Instructio.* Peccat mortaliter Prælatus, qui sub exemplo cæteris est scandalo peccati lethalis. Ariostis de Prælatis. Estque ea circumstantia Prælaturæ in confessione explicanda, iuxta quosdam Doctores, vt Bannem.

## *SPECVLVM CIII.*

*In quo apparet scandalum esse maxime à Prælatis vitandum.*



*Rima instructio.* Etsi peccatum ab omnibus vitari debeat, maxime tamen à Prælato, quia quotiescunque corã suis peccat mortaliter, duplici titulo mortale peccatum committit. Primo, exercendo illum actũ. Secundo suos ad idem peccatum pertrahendo, id est, scandalizando, & præbendo illis occasionem ruinæ. Nec refert, si intendat illam ruinam vel non; si Subditus cadat, vel non; sed satis est, si exerceat lethiferum peccatum ad illam ruinam ordinatum. Non enim potest Prælatus cum suorũ notitia peccare, quin eis præbeat occasionem ruinæ. *Prælatus non potest peccare sine occasione ruinæ suorum.*

*Secunda instructio.* Etsi scandalum ab omnibus sit vitandum, maxime tamen à Prælato, qui est *lux mundi*, ac propterea tenebras tollere, non offundere debet; Et, *qui est sal terræ*, ac propterea alios bono suo exemplo condire, non corrumpere debet. Sunt & aliæ plurimæ causæ, ob

*Nullum, puto, (inquit) ab alijs maius præiudicium quam a Sacerdotibus* (& Prelatis) *tolerat Deus; quando eos, quos ad aliorum correctionem posuit, dare de se exempla prauitatis cernit: quando ipsi peccamus qui cōpescere peccata debuimus.* & paulo superius dixerat: *Veniet, veniet profecto ille dies, nec longe est in quo Pastor Pastorū appareat, & vniuscuiusque facta in publicū deducat. Et qui modo subditorum culpas per Præpositos vlciscitur, tunc Præpositorum mala per semetipsū sæuiens dānat.* Hinc est quod Diuinus ille Plato nō admittebat in Repub. sua Homeri Poetę libros; propterea quod tales Deos, atque Deas fingeret, quales nemo filios suos aut filias suas vellet. Nihil enim nociuum magis improbis exemplis, quę in personis sublimibus reperiuntur. Pręstātia enim dignitatis suę, res fœdas atque indignas quodammodo nobilitant & commendant.

*Quinta instructio* Quia Ouium sibi concreditarum est trucidator, teste D. Augustino his verbis. *Omnis qui male viuit in conspectu eorum quibus præpositus est, quantū in ipso est, occidit & fortes Oues. Qui ergo imitatur Præpositum malū moritur: qui non imitatur, viuit. Tamen quantum ad illum pertinet ambos occidit.* Idem August. *Homicida (inquit) dicitur Diabolus. Nō gladio armatus non fero accinctus ad hominē venit, sed verbū seminauit & occidit. Noli ergo putare te homicidā non esse quādo fratri tuo mala persuades: si fratri tuo mala persuades, occidis.* Imo vero, vt notat his verbis S Greg. *Qui bona occulte faciunt & quibusdā facta publice mala de se opinari permittunt cū seipsos recte virtute viuificāt, alios in se per exempla malæ æstimationis occidunt; & cū salubria vini potū se habeā pestiferū veneni poculū alijs infundūt.*

Prelatus sua scandala suorū animas perimit. Lib. De Pastoribus C. 4. To. 9.
Tract. 42. in Iohan.
3. Par. Pastoral. Curæ. Cap. 1. Admonit. 36.

*Prælatus generans scandalū reddit sanguinē Christi inutilem.*

*Ser. 1. in Conu. S. Pauli.*

*Sexta instructio.* Quia ipsum Christi sanguinem (quantum in se est) inutilem reddit. Nam quos Christus suo sanguine redemit, ipse suo malo exemplo perdit. Hinc D. Bernardus s. Si *Dominus proprium (inquit) sanguinem dedit in pretium Redemptionis animarum, non tibi videtur grauiorem sustinere ab eo persecutionem qui suggestione maligna, exemplo pernicioso scandali occasione auertit ab eo animas quas redemit, quam à Iudæo, qui sanguinem illum fudit?*

*Prælatus, qui suis est scādalo tenetur ad restitutionem.*

*Septima instructio.* Quia tenetur ad restitutionem. Si enim qui deest officio in rebus temporarijs, ad quod obeundum accipit mercedem ac stipendium, restitutioni est obnoxius, quanto magis, cui ex officio commissa sunt spiritualia, & cui datæ sunt animæ, ad eas verbo & exemplo pertrahendas ad cœlum, si suo malo exemplo pertrahat ad infernum? Vnde quidam ex Neotericis Authoribus in hæc verba *Si percusserit quis prægnantem, & abortiuū quidem fecerit, sed ipsa vixerit, subiacebit damno quantum maritus mulieris expetierit, & arbitri iudicauerint. Si autem mors eius fuerit subsecuta, reddet animam pro anima, &c.* *Hoc attendant* (inquit) *qui prægnantes animas & verbo Dei iam grauidas, (hoc est qui timore Domini melioris vitæ propositum conceperunt) prauis consilijs vel exemplis, vel etiam irrisionibus ab hoc pietatis proposito auocant. Qua enim re interitum animæ, hoc est fusum Christi sanguinem pensare poterunt, nisi vt qui alterius animam perdidit, amittat pro perdita suam?* Raymundum virum sanctissimum, & miraculis etiam clarum, (qui Decretales Pontificum Epistolis in vnum corpus redegit) hac occasione iugo se Ordinis D. Dominici subdidisse perhi-

*Exod. ca. 21*

bent

bent, quod dū in sæculo ageret, iuuenem quendam à Religionis ingressu consilijs suis reuocasset.

*Octaua instructio* Quia sunt Subditorum exemplaria, quibus corruptis vix fieri potest, quin ipsi Subditi non corrumpantur. Sicut enim exemplari vno apud Typographos corrupto, omnes deinde libri, qui per illud emittuntur in lucem, corrupti prodeunt; ita cum Regis ad exemplum totus componatur orbis, vnius Prælati vitium totius fit Monasterij offendiculū. Vnde recte dixit Tullius. *Principes plus exemplo, quam peccato nocere.*

*Prælato corrupto Subditi facile corrūpūtur Similitudo*

*Nona instructio*, Quia Authores sunt permagnæ ruinæ *Sicut enim in corpore* (inquit D. Chrysost. in illud Apostoli, *modico vino vtere*) *aliquo quidem membro corrupto, non est magnum damnum: oculis vero læsis vel capite contrito, totum corpus inutile redditur. sic & qui in alta quadam virtutis specula cum multa claritate constitutus & ab omnibus admirationi habitus est, quādo cecidit, magnam ruinam & iacturam facit non tantum quia ex alto cecidit sed quoniam alijs multis scandali materia est, in ipsum respicientibus.* Idem sanctus Doctor, seu quis alius Auctor Operis imperfecti, Homil. in Matth. docet. *Sicut quod de alto cadit grandem sonum facit, vt audiant omnes: sic & qui de alto gradu cadit, ruina illius vbique auditur.*

*Prælati suo malo exemplo magnā animarū stragem faciunt.*

*Decima instructio* Quia illorum scandala magis apparent. Sunt enim sicut ciuitas supra montem posita. *In facie* (inquit Plutarch.) *plus offendit næuus aut verrucula quam in reliquo corpore grandes maculæ aut cicatrices: sic exigua delicta, magna videntur in Principe cuius vita in*

*Peccata Prælatorum magis apparent.*

conspicuo

*conspicuo est.* Eringuum herbā si vni capræ in os inferas, cum ipsa sistitur, tum omnes consistunt, donec pastor herbam eximat; ita principū mores mira vi in populum transfunduntur.

Præsatus suo bono exemplo reddit virtutis iter facile.

*Vndecima instructio.* Non sufficit Prælato nō dare suis scandalum, sed præterea opus est, vt illis bonum præbeat exemplū. Et hoc est, quod D. Augustinus hic monet, *Circa omnes seipsum bonorum operum præbeat exemplum.* Non enim satis est declinare à malo, sed opus præterea est facere bonum. Deinde suo exemplo reddit suis virtutum iter expeditum. *Deuotus miles* (ait D. Bernard.) *non sentit sua, cum benigni Ducis contuetur vulnera.* Et vt bene Lactātius, *Homines malunt exempla, quam verba; quia loqui facile est, præstare difficile.* & D. Hieron. *Non confundant opera tua sermonem tuū* D etiam Gregor. *Plus mouent exempla, quam verba.* Quare (inquit idē sanctus Author Bernardus.) *Seminemus hominibus exemplum bonum per aperta opera: seminemus Angelis gaudium magnū per occulta suspiria, & cætera huiusmodi, quæ solis eis sunt nota.* Ex his D. Bernardi verbis colligimus Prælatum non debere sua bona opera Subditis abscondere, sed (vt ait D. Gregor.) *sic fiat opus in publico, quatenus intētio maneat in occulto: vt & de bono opere proximis præbeamus exemplum, & tamē per intentionem, qua soli Deo placere quærimus, semper optemus secretum.*

Li. 4. Diuin. Iustit. seu de vera Sap. c. 13 in c. 3. Soph.
Hom. 38. in Euang.
In serm. de S. Bern. Abbate.
Li. 1. c. 38. vel edit. clarius li. 22. c. 9. & 10. Mor. li. 34. Moral. c. 15. & 16 est quid tale. vide etiā Hom. 12. & 13. in Euang.

## MANDATVM 93.

### Corripiat inquietos

Obligat sub mortali, nisi in co[n]s[uetu]dinis [illegible] excu[se]t.

PRima instructio Inquieti vel appellātur ratione sui; & tūc sunt ij, qui sēper vagātur, vixque vnquam in cella quiescunt; vel ratione

Con

Cōfratro, & sunt ij, qui nunquā quiescere Confratres permittūt, sed semper molestiā inferūt, videlicet, verbis derisorijs, detractorijs, irritatorijs, & huiusmodi, quos videtur Apostolus alloqui quando ait, *Rogamus Fratres, vt abundetis magis, & operam detis vt quieti sitis.*

*Secunda Instructio.* Inquietos tenetur Prælatus corripere. Primo, ne pereant. Secundo, ne cæteris quos irritant, periculum pereundi creent: idque sub pœna mortalis vel venialis peccati, iuxta inquietudinis, vel scandali ex inquietudine non refrenata prouenientis grauitatē vel paruitatem.

*1 ad Thess. 4.* *Inquieti corripiendi, Cur.*

*Tertia instructio.* Quicumque alijs data opera in Monasterio solent esse suis verbis, vel factis molesti, debent a Prælato coerceri, sub pœna peccati mortalis. Licet enim in molestante peccatum illud sit tantum veniale, tenetur tamen Prælatus sub mortali illud coercere, posito quod plane perturbet pacem Communitatis. *Bannes post Sotum, quem ibidem citat.*

## MANDATVM. 98.
### Consoletur pusillanimes.

*Obligat sub mortali in pusillanimitate graui, vt si sit vna ad peccatū mortiferā.*

## *SPECVLVM CIII.*
*In quo apparet, vnde nascatur pusillanimitas.*

P*Rima instructio.* Pusillanimitas timor est animum mœrore deijciens. Hoc qui laborat (laborant aūt ea cōmuniter pœnitentes ipso suę cōuersionis exordio) scrupulis maxime obnoxius est. Oritur primū hęc deiectio ex scrupulis Cōfessionis &

contritionis. Cruciari enim solet Pœnitentis animus formidine quadam, & suspicione, fueritne confessio integra, & cæteris conditionibus instructa: fueritne examen sufficiens in cunctis, ijsque tam multis, magnisque criminibus, cordis etiam intimis subtilibusque cogitationibus: aperueritne omnia an aliquid omiserit, quòd non decuerit omisisse; exposueritne omnes circumstantias necessarias.

*Secunda instructio* Oritur secundo hæc deiectio ex memoria vitę præteritæ in cupiditatibus carnis libere explendis traductę. Huic memoriæ statim se comitem adiungit grauis tristitia in voluntate, quia nimirum huiusmodi delicijs perpetuo priuatũ se per conuersionem perpendit. *Occurrit* (teste D. Gregor.) *illa familiaris sua delectatio carnalis, quæ inueterata dudum quanto diutius eum tenuit, tanto arctius astringit, atque à se tardius abire permittit. Et quis ibi mæror, quæ anxietas cordis, quando hinc spiritus vocat hinc caro reuocat: hinc amor nouæ conuersationis inuitat hinc vsus vetustæ peruersitatis impugnat: hinc desiderio ad cœlestem patriã flagrat, & hinc in semetipso carnalem concupiscẽtiam tolerat, quæ eum etiam aliquo modo inuitum delectat?*

Lib. 24. Moral. Cap. 7. editionis nouæ.

*Tertia instructio.* Surgit tertio deiectio illa ex ardua & difficili vitæ spiritualis praxi, quę est contra consuetudinem inueteratam, & videtur supra vires, & vltra naturam; & ex qua plurimi, ob tantã difficultatem, exciderunt; & quę omnino plena est angustijs, laboribus, tormentis, ita vt omnis sit expers dulcedinis, omni careat recreatione, & omnibus destituta sit suauitatis solatijs.

*Quarta instructio.* Surgit quarto, deiectio illa ex multitudine tentationum, quæ post conuersionem occurrunt, & antea nunquam occurrerant, cũ adhuc suo viueret arbitrio, & iret post inuentiones cordis sui. *Plerumque* (inquit D. Gregor.) *conuersus quisque talibus tentationum stimulis agitatur, qualibus ante conuersionis gratiam nunquam pulsatum se esse reminiscatur.*

*Tentationes post conuersionem.*


*Lib 24. Moral Cap. 7. einsdẽ editio.*

*Quinta Instructio.* Surgit quintò, illa deiectio ex austeritatibus, quas in se nocte dieque exercet, & quarum fructum non sentit; cum tentationum aculeos non propterea retundi considerat. Hæc quinque innumeros pariunt scrupulos & scopulos, ad quos recenter conuersorum nauis, nondum spei anchora rite firmiterque fixa, velit nolit plerunque magno cum animi mœrore allidirur. Hinc sunt tentationes contra fidem, curiositates molestissimæ de prædestinatione propria, hinc diffidentia & timor salutis consequendæ, vel ob peccatorum occultorum multitudinem, vel ob viæ difficultatem. Hinc denique pusillanimitas, id est, tãta cum mœrore animi deiectio, vt vix se posse inter tantas difficultates naufragium non facere existimet; sicque sibi satius esse in re illa quam pene se posse assequi desperat, in posterum non laborare. Hinc casus tentationis tempore, & quod se minime putat posse, quod reuera cum Dei gratia potest.

*Fructus austeritatum non semper sentiuntur.*

## SPECVLVM CV.

*In quo apparent Remedia contra Pusillanimitatem.*



*rima instructio* Hos pusillanimes cõsolari totis viribus Prælatus tenetur D. Gregor. *In tentatione deprehensus*

*Lib 26, Moral Cap. 28. editi nouæ.*

*citius tenebras mœroris incide, ne qui in tranquillitate de te alta senseras, in perturbatione quoque deterius cogitationum te caligine confundas.* Quare sic Prelatum docet D. Bernard. *Quoscunque de tuis inueneris tristes, pusillanimes murmurosos, ipsorum te patrem, ipsorum te noueris esse Abbatem; Consolando, exhortando, increpando, agis opus tuũ, portas onus tuũ & portando sanas, quos sanando portas. Si quis vero ita sanus est, vt magis iuuet te quã iuuetur à te, huius te non patrẽ sed parẽ; comitem, non Abbatẽ agnoscas.* Vt autem possit, prout pastorem animarum decet, illam animi deiectionem à suis amouere, debet habere in promptu varia remedia, quibus frequentissime vtatur secundum tentationum varietatẽ. *Lingua nostra* (inquit idem Magn. Gregor.) *bonis fomentum sit, prauis aculeus, tumidos retundat, iratos mitiget, pigros exacuat, desides hortatu succendat, refugientibus suadeat, asperis blandiatur, desperatos consoletur; vt qui ductores dicimur, viam salutis gradientibus ostendamus.* Primum igitur Remediũ est, Proponere pusillanimi difficultates omnes illas à Dæmone obijci, vt à conuersione, quam impedire non potuit, deijciat; & vt illis pœnitẽtiæ armis, quæ nobis substrahere nõ potuit, nosipsos interimat. Proprium enim est Dæmonis, quando nõ potest ad apertum peccatum deducere, perniciem nobis ex incommodo mœrore ex pœnitẽtia contracto afferre, sicque armis à nobis assumptis, nosmet (nisi caueamus) interficere. Secundum Remedium est, ipsis ostendere non esse semper opus lachrymarum vim profundere, vel sensum doloris in se animaduertere, vt habeatur contritio, sed aliquando sine lachrymis, & sen-

Epist. 73.

Lib. 7. Registri, seu Epist. Cap. seu Epist. 100.

Diab. astutia erga pœnitentes.

Cõtritio nõ sẽper requirit lachrymas.

su, siue perceptione doloris adesse. Existimat enim deuotus Gerson, cum nonnullis Doctoribus, aliquando non tam meritorium esse credere, sicut velle credere; nec dolere sensualiter de peccatis, sicut velle dolere, & non posse. Nam (teste Psalmographo) *desiderium pauperũ exaudiuit Dominus; præparationem cordis eorum audiuit auris tua.* Tertium Remedium est, Proponere ipsis, quod Apostolus ait, *quod non sunt condignæ passiones huius tẽporis, ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis*: & peccata nostra multo maiores angustias, & tormenta mereri: virtutem in difficili consistere; Decipi eos, qui arbitrantur vitam bonorum, plenam esse angustijs & doloribus. Imo vero *iugũ meum suaue est, ac onus meum leue*, ijs qui se totos Christo dedũt, inquit ipse Christus. Quartum Remediũ est, Patefacere Sathanam eo magis in aliquẽ tentationum aculeis insurgere, quo eum magis procul per conuersionẽ à se recedere cõspicit; ne quem antea per auersionem à Deo totũ possederat, postea per conuersionẽ ad Deum totaliter perdat. Peccatorẽ vero non est, quod hunc ob causam adoriatur. Nam possidet vtiturque eo vt libet. *Scitote, Fratres, quia* Diabolus *non persequitur, nisi bõos.* Et paulo post de malis ait, *Amici enim sũt, & sẽper volũtates illius faciũt, Et intantũ eos nõ persequitur, vt etiã per illos alios persequatur.* Et post. *Deniq; nõ persequitur bonos nisi per malos*, & alio Serm. *Tãdiu aliquis Diabolũ cõtra se pugnãtẽ nõ sentiet quãdiu opera illius exercere voluerit.* Quin potius totis contendit viribus conscientię stimulos retundere, eamque animo tranquillitatem dare, qua peccans putet nullam posse maiorẽ reperiri: & sic tãtũ

*Psal. 9.*

*Epist. ad Roma. Cap. 8.*

*Euang. S. Mat. Cap. 11.*

*Diabolus non solet tentare eum, quem possidet. August. Serm. 85 de Tempore. Et Serm. 93.*

abest, vt peccatores tentet: quin potius tentationes arcet, vt nullam in perpetrando peccato passos molestiam, peccare rursus non tædeat. Quintum Remedium est, Ipsis ingerere spem de Diuina prouidentia, quæ, vt ait D. Paul. *Nõ patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione prouentum, vt possitis sustinere*; & semper adest, quando in conflictu pusillanimitatis sumus. Protector quippe noster est, non minus quam Regij Vatis, si in eum sperauerimus, innumeros phantasmatum ac tentationum populos nobis subijciet, exaudiet nos, & nobiscum erit in tribulatione. Sextum Remedium, Ipsis iniungere orationis asylum, præcipue illud D. Augustini vsurpare frequenter. *Da quod iubes, & iube quod vis; Continentiã iubes, perseuerantiam iubes, da quod iubes, & iube quod vis*. Septimum Remedium est, Illos cõsolari ex occasione quã habent se humiliandi, cum sibi in operibus suis bonis non placent: & ex occasione vtilitatis, quæ percipi potest ex huiusmodi tentatione. Octauum Remediũ est, Ostendere nos numquam debere, nisi propter duo tristari, vt docet D. Chrysostom. *Certum est* (inquit) *Christianum si quando tristatur, duas tantum habere mœroris, causas, vel cum ipse, vel cum proximus offendit Deum.* Deum ipsum peccata non imputare, nisi quæ sunt voluntaria: Ipsum dixisse, *Si impius egerit pœnitẽtiam &c. omnium iniquitatum eius, quas operatus est, non recordabor.* Et, *Impietas impij non nocebit ei, in quacumque die conuersus fuerit ab impietate sua.* Sanguinem Christi pro peccatis nostris effusum nõ clamare, more sanguinis Abel, vindictam, sed misericordiam; & cum non satis hunc sangui-

1. Ad Cor. c. 10.

Li. 10. Conf. ca. 29.

*Christianus non debet tristari nisi ob duas causas.*

Li. de prouidentia Dei.

Ezech. c. 18 & ca. 33.

Genes. ca. 4.

nem honorare, qui ex quadam animi deiectione eum non studet sibi applicare. Nonum Remedium est, Ostendere quandam Dei vindictā esse, viuere cum tanta tranquillitate conscientiæ, vt parum simus exacti in coercendis nostris affectionibus, & in nobismetipsis serio abnegandis. Contra, proficisci ex mera Dei liberalitate tentationes siue angores illos, quibus nos subijcit Deus, vt tanquam homines gnauos ad perfectionis exercitium trahat. Decimum Remedium petetur ex consilio, quod præbebitur pusillanimi de tentationibus suis alicui spirituali viro, statim atque emergunt, aperiendis. Hoc Remedium maxime est Dæmoni odiosum nempe quia potentissimum est ad eius propulsandas tentationes, prout eleganter celeberrimæ Societatis IESV parens sanctissimus in Regulis De discernendis spiritibus annotauit his verbis. *Inimicus noster morem insequitur nequissimi cuiuspiam amatoris qui puellam honestorum parentum filiam, vel vxorem viri alicuius probi volens seducere, summopere procurat, vt verba & consilia sua occulta sint: nihilque reformidat magis ac ægre fert, quam si puella patri suo, vel vxor marito ea patefaciat: cum sciat hoc pacto de votis, & conatibus suis actum esse. Ad eundem modum obnixe satagit Diabolus, vt anima quam circumuenire cupit, ac perdere, fraudulentas suas suggestiones teneat secretas. Indignatur vero maxime, & grauissime cruciatur si cui vel confessionem audienti, vel spirituali homini molimina sua detegantur, à quibus ita excidere se funditus intelligit.*

*Vindicta diuina est viuere cum omnimoda conscientiæ securitate.*

*Tentationes statim atque emergunt sunt aperiendæ spirituali patri.*

*B. Ignatius. Regula. 13.*

*Secunda instructio.* Quia pusillanimis refugit ea, quæ facultatem suam non excedunt, sed ei congruentia sunt, peccat mortaliter, vel venia-

*Quod peccatū committit pusillanimis.*

liter, pro ratione rerum, quas refugis. Nam si sint res ad salutem necessariæ, erit mortale: vt Superior, qui ex pusillanimitate quadam disciplinam Monasticam collapsam non restituit. Est enim similis illi seruo pusillamini, qui *abiens fodit interram, & abscondit pecuniam Domini sui* repositam in sudario, nec cum ea voluit negotiari. D. Thom. Si autem res, quas pusillanimis refugit, non sint ad salutem propriam, vel aliorum necessariæ, sed solum vtiles, solum erit peccatum veniale, quamuis graue. *Caiet. Verbo Pusillanimitas & Greg. de Valent.*

*Similitudo.*

*Matt. c. 25. Luc. 19. ca.*

*2. 2. q. 133. ar. 2*

*2. 2. Disp. 8. q. 3. punc. 2.*

## MANDATVM. 95.

### Suscipiat infirmos.

## *SPECVLVM X*

### *In quo videtur, quomodo Prælatus Medicum spiritualem agere debeat.*

*Obligat sub mortali, nisi inaduertentia, vel morbi leuitas excuset.*

PRima Instructio. De cura, quam debet gerere Prælatus de Infirmis, egimus superius. Vmbertus autem hic super hæc verba, *Suscipiat infirmos*, Capitulo 175, agit de varijs infirmis in Religione, & de varia eorum susceptione & curatione. Inter Infirmos vero duo genera commemorat. Primum est eorum, qui detinentur morbo improbarum affectionum & vitiorum, vt qui natura sunt elati, iracundi, impatientes, pigri, ventri addicti, vel qui his, vel aliorum peccatorum tentationibus agitantur. Secundum est eorum, qui sunt tardi in perfectionis exercitio, manentque in ijs, quæ nos ad perfectioné ducût, tepidi, & sine vllo pene ad spiritualia affectu. Horum

*Duo sunt genera Infirmorum*

quo-

duorum præcipuè curā habere debet Prælatus, tanquā spiritualis magister, medicus, & tenera mater, & eos ad se recurrētes pertrahere. Quod ad Infirmos ratione passionum occurrentiū, & pene obruentium attinet, sic suscipiēdi sunt, vt primo aditu eorum passiones cōprimantur, & eorum paruuli ad petrā allidantur. *Secta enim immaturè vulnera* (vt ait D. Gregor.) *deterius inferuescunt & nisi cū tempore medicamenta cōueniant, constat proculdubio quod medendi officium amittunt.* Quare conetur Prælatus illas statim, vt sibi aperiuntur, fugare; & sic titillationibus primis obuiet, ne fortè coluber foueatur, & in serpentem formetur; dicatq; sæpissime infirmo suo maternè, prout gloriosus Hieron. suæ Eustochio. *Nolo sinas cogitationē crescere,* fili. *Nihil in te Babyloniū nihil confusionis adolescat. Dum paruus est hostis, interfice, & nequitia elidatur in semine.*

2. par. Pastor. Curæ. cap. 10. Edit. nouæ.

*Secunda instructio.* Vt autē hic infirmus, non minusquā cęteri, possit cū fiducia, & ausit toties quoties passionum titillationes attēdit, ad Prælatū recurrere; Prælatus debet magna signa charitatis, patientiæ & mansuetudinis erga illum edere, iuxta documentū D. Grego. *Tales sese* (inquit) *qui præsunt exhibeant. quibus Subiecti occulta quaque sua pandere nō erubescāt; vt cū tentationū fluctus paruuli tolerāt ad pastoris mentē, quasi ad sinū matris recurrāt, & hoc quod se inquinari & pulsari culpæ sordib præuidēt, exhortationis eius solatio, & lachrymis oratiōis lauēt.* Deinde decet cū eo agere nō tā durè secādo, quam cū cōpassione medēdo iuxta doctrinā Apost. *Fratres, si praeoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, qui spirituales estis huiusmodi instruite in spiritu lenitatis: cōsiderās*

Prælat. debet magna amoris signa erga aperientem suas tentationes edere.

2. Pastoral. Curæ cap. 5. Edit. nouæ.

*teipsum, ne & tu tenteris.* Et sic fiet, vt infirmi sæpe ad Prælatum, tanquam ad medicum, accedere non vereantur; cum videlicet experti aliquoties fuerint eum matris viscera induisse, & nihil aliud quam curationem intendere.

*Tertia instructio.* In hac spiritualium Infirmorum curatione siue susceptione, Prælati debent diligenter & subtiliter qualitatem morbi perscrutari, vt aptis possint potionibus medelam procurare. *Quia & plerumque* (inquit D. Gregor.) *herbæ quæ hæc animalia nutriunt, alia occidunt: & leuis sibilus equos mitigat, catulos instigat; & medicamentum, quod hunc morbum imminuit, alteri vires iungit: & panis, qui vitam fortium roborat, paruulorum necat.*

## MANDATVM 96.

Patiens sit ad omnes.

### SPECVLVM CVII.

*In quo videntur Remedia, quibus vti debet Prælatus ad fugandam impatientiam.*



*Rima instructio.* Multa occurrũt Prælato ad impatientiã irritamenta. Ideo monet nos sedulo Legislator, *vt patiens sit ad omnes.* Occurrunt autem irritamenta ex parte negotiorum tam temporalium, quam spiritualium; ex parte profectus tardioris suorum; ex parte ingratitudinis & similium, quibus per sequentes Instructiones medemur.

*Secunda instructio.* Primum & generalissimum

mum Remedium, quo vti debet Prælatus aduersus irritamenta impatientiæ, est illud, quod expertus animarum Medicus, D. Gregor. nobis proponit his verbis. *Mens sollicita antequam agere quodlibet incipiat, omnes sibi quas pati potest contumelias proponat: quatenus Redemptoris sui probra cogitans, ad aduersa se præparet: quæ nimirum venientia tanto fortius excepit, quanto se cautius ex præscientia armauit. Qui enim improuidus ab aduersitate deprahenditur quasi ab hoste dormiens inuenitur; eumque citius inimicus necat, quia non repugnantem perforat.* & post pauca, *Soleter ergo animus inter actionis suæ primordia cuncta debet aduersa meditari; vt semper hæc cogitans, semper cōtra hæc thorace patientiæ munitus, & quicquid accesserit prouidus superet, & quicquid non accesserit lucrum putet.*

Lib. 5. Moral. Ca. 30. Editio nouæ.

Prælatus debet se præparare ad aduersa.

*Tertia instructio.* Remedium impatientiæ prouenientis ex multitudine negotiorum spiritualium, & corporalium petetur ab exéplis sanctorum Episcoporum, & Abbatum, qui in tanta negotiorum mole patientiæ nō renunciarunt. Deinde si varia officia constituantur, quibus præficiantur viri ad ea idonei; vt sic Prælati pondus aliquo modo minuatur: more Apostolorum, qui constituerunt *viros boni testimonij* ad ministrandum mensis; & more Moysis, qui de consilio Iethro cognati sui, seu soceri in plures onus gubernatiōis pōpuli est partitus, quasi non valés tot negotia sustinere, prout scribitur in Deuteron. *Non valeo solus negotia vestra sustinere, & pondus, ac iurgia. Date ex vobis viros sapientes & gnaros, & quorum conuersatio probata sit in tribubus vestris, vt ponam eos vobis Principes, &c.*

Omni Prælati subleuatur multitudi officiariorū bene ordinata.

Act. Apostol. c. 6.

Exodi. cap. 18.

cap. 1.

*Quarta instructio.* Remedium impatientiæ proficiscentis ex eo, quod videt paucos suorum proficere, paucos in emendatione perseuerare, labores suos speratum fructum non edere, disciplinę Monasticæ cursum per quorundam petulantiam, vel peccata partim occulte, partim aperta retardari, ordinationes suas negligenter impleri, petetur ex Epist. ad Rom. *Debemus autem nos firmiores* (ait Apostolus) *imbecillitatem infirmorū sustinere.* Quod debitum illi Prælati non adimplent, qui ægrè ferunt sibi commissā curam imperfectorum, & se illa cura liberare cōtendunt: quod optime aduertit D. Bernar. cū sic scribit. *Hoc onus animarū est & infirmarum. Nam quæ sanæ sunt portari non indigent, ac per hoc nec onus sunt. Quoscumque igitur de tuis inueneris tristes, pusillanimes, murmurosos, ipsorum te patrem, ipsorum te noueris esse Abbatem. Consolādo, exhortando, increpādo agis opus tuum, portas onus tuum & portando sanas, quos sanando portas. Si quis vero ita sanus est, vt magis iuuet te quam iuuetur à te, huius te non patrem sed parem, comitem non Abbatem agnoscas. Quid igitur causaris, si aliquorum qui tecum sunt, magis grauari consortio, quam frui solatio, cum solus omnium omnibus datus sis solatium, tanquam omnibus sanior, omnibus fortior, qui omnibus sufficias per Dei gratiam solatiari, & à nemine omnium indigeas cōfortari. Denique inquantum grauaris in tantum lucraris, & inquantum iuuaris, intantum tibi tua præmia minuis. Elige ergo quos eligas, an qui grauando iuuant, an qui iuuando grauant. Hi tibi promeritores, illi fraudatores meritorum existunt. Nam qui socii laboris, proculdubio & participes mercedis erunt. Sciens ergo te missum iuuare, &*

Cap. 15.

Epist. 73.
Nota hæc diligenter Prælati

non

*non iuuari, illius te agnosce Vicarium, qui venit ministrare & non ministrari.* Hæc D. Bernardus. Ex quibus infertur Prælatum non debere onus suum fastidire propter imperfectiones suorum, sed potius gaudere de patientiæ & meriti occasione: & sic implebitur præceptum Apostoli de imbecillitatibus infirmorum ac infirmioribus sustinendis. Porro Prælati, qui propter tardum, vel nullum suorum profectum patientię scutum amittunt, exigui sui progressus specimen edunt. *Ille* (vt ait D. Gregor.) *vere perfectus est, qui erga imperfectionem proximi impatiens est. Nam qui alienam imperfectionem ferre non valens patientiam deserit, ipse sibi testis est, quod perfecte necdum proficit.* Lib. 5. Moral. ca. 13. Edit. noua.

*Quinta instructio.* Remedium aliud impatientię, quę solet dominari in Prælatis ob ingratitudinem Subditorum, quibus numquam est satisfactum, & qui loco obsequij præstiti detractiones, murmurationes, contumelias, & conuitia effundunt, petetur iterum ab exemplo Christi. *Si stultus & indoctus* (inquit D. Basil.) Hom. de Ira. *appellaberis reminiscere eorũ, quæ à Iudæis iactata sunt in verã Sapientiam: Samaritanus es, & dæmonium habes.* Ioan. cap. 8. & inferius, *Alapa seu pugillo cæsus es? Expuit aliquis in faciẽ? eadem & Dominus est passus. Nec enim ab expuentibus, aut cædentibus faciem auertit. Nondũ condẽnatus es, nondũ cruci affixus.* Ioan. cap. 18. Et paulo infra *Similes præparationes & animi dispositiões, morsus cordis & impulsus facilè delebunt, & animi cogitationes in tranquillum statum deducent & ostendẽt exemplo Christi non esse eorum quos suscepisti curã propter ingratitudinem eorumdem, omittendã. An propter hominum*

*scelera*

*scelera in sui contumeliam commissa desinit super malos pluere, & Solis sui radios emittere?*

Lib. 5. Moral. Cap. 20. edit. nouæ

*Sexta instructio* Aliud remedium petetur ex scelerũ nostrorum consideratione. *Modus* (inquit D. Gregor.) *seruandæ mansuetudinis est, vt cum alienos excessus inspicimus, nostra quibus in aliis excessimus, delicta cogitemus. Considerata quippe infirmitas propria, mala nobis excusat aliena. Patienter namque illatã iniuriam tolerat, qui pie meminit, quod fortasse adhuc habeat, in quo debeat ipse tolerari. Et quasi aqua ignis extinguitur, cum surgentis furore animi, sua cuique ad mentem culpa reuocatur, quia erubescit peccata nõ parcere, qui vel Deo, vel proximo sæpe se recolit parcenda peccasse.*

Ca. 2. Epist. 1.

*Septima instructio.* Aliud remedium petetur ex cõsideratione illorum verborum Principis Apostolorum. *Si benefacientes* (inquit) *patiẽter sustinètis, hæc est gratia apud Deum.*

Triplex Remedium impatientiæ ex D. Bonauent. Tract. 2. de 6. Alis Seraphim Ala 3. Cap. 5. Lib. Iudicum. Cap. 8. Cap. 4. lib. Iob 1. Regum. 25. Luc. Cap. 6.

*Octaua instructio.* Contra stimulos impatientiæ, qui pungere Prælatos solẽt in Monasteriis, D. Bonauent. triplex affert Remedium. Primũ est, *vt modestè maturè, & benignè ad singula singulis respondeat & impetum feruoris reprimat, ne in voce, aut vultu, seu moribus impatientiã ostendat;* more Gedeonis, qui *modestè respondens viris Effraim contra se iurgantibus eorũ compescuit spiritum quo tumebant.* Alioqui Subditi solent illud Eliphaz ad Iob obtendere, *Si cœperimus loqui tibi, forsitan moleste accipies*: & nemo audet eum monere de iis quæ sunt emendanda; dicũtque illud vel simile quidpiam, *Ipse est filius Belial, ita vt nemo possit ei loqui.* Secundum est, vt *studeat esse pacificus, nec vindicet se de illatis iniuriis, nec curam illorum segnius agat, nec quærat eos*

*à se remouere, & exemplo summi Pastoris, qui ait: Eritis filii Altissimi quia ipse benignus est super ingratos, & malos.* Tertium est, nō intermittere ea, quæ officij sui sollicitudo requirit, *propter studium laboris, vel tarditatem profectus, vel importunitates Subditorum, vel alia grauamina. quia sic ad alta merita peruenitur, iuxta illud Vos ergo confortamini & non dissoluantur manus vestra: erit enim merces operi vestro.* 2. Paralip. Cap. 15.

*Nona instructio.* Quod autem debet Prælatum ad laboris tolerantiam hac in parte excitare, est *quod non minus meretur in illis, qui deficiunt, vel modicum proficiunt, quam in his, qui maxime proficiunt. Non enim dicit Apostolus Vnusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum profectum, sed secundum suum laborem Dei enim est incrementum dare. Plus enim laborat Doctor in indocili, quam in docili discipulo; & ideo apud iustum æstimatorem laboris plus meretur. In terra sterili & saxosa agricola plus laborat, & si fructus parcior, sed pretium maius. Et quæ difficilius elaborantur, sæpe carius venduntur.* Accedit quod non mirum sit, si omnes conatus Rectoris non proficiunt, cum nec Dei operatio in omnibus proficiat ad salutem ipsorum: *& multi sint vocati, pauci vero electi.* Omnia enim quæ seminantur, non conualescunt, & qui thesauros effodiunt, libenter multam terram eruerent, vt modicum auri, vel argenti reperirent. Deinde *per has aduersitates,* vt supra etiam monuerat, *Prælatus purgatur à peccatorum puluere, quem ex humanæ infirmitatis subreptione, & negotiorum multitudine contrahit.* Tertio per huiusmodi tribulationes, *deprimitur & à tumore superbiæ custoditur qua potentibus periculosius insidiatur,* I. ad Corinth. Cap. 3. Matth. ca. 20. & 22. Superbia Prælatis insidiatur.

dum

*dum & sublimitas officij, & libertatis licentia, & boni operis complacentia facile mentem eius extolleret, nisi aduersitatis iugum collum præsumptionis eius humiliaret.* Hoc in tribulatione bonum agnouit Regius Psaltes, cum ait, *Bonum mihi Domine, quia humiliasti me.* Quarto, *sæpe spiritualis profectus crescit, dum non sentitur, & roboratur, cum magis infirmari putatur, iuxta illud sancti Marc: Sic est regnum Dei, quemadmodum si homo iaciat sementem in terram, & dormiat, & exurgat nocte ac die, & semen germinet, & crescat, dum nescit ille, &c.* Hæc fere D. Bonauentura.

Psalm. 118

Cap. 4.

*Decima instructio.* Tandem vt Prælatus sit patiens ad omnes, imitandi sunt parentes, qui filijs suis grauiter ægrotantibus, licet desperatis, assident lacrymantes, exosculantes, omnia quæ possunt admonentes ad supremum vsque halitum. *Hoc tu quoque* (inquit D. Chrisost.) *facito pro Fratribus. Et tamen illi non possunt lachrimis, & lamentis neque morbum depellere, neque mortem imminentem abigere. Tu vero frequenter poteris animam deploratã assiduitate, instantiaque per lamenta reuocare ac suscitare. Dedisti consilium, nec persuasisti; illacryma, pange frequenter, ac suspira paululum, vt tua sollicitudo incutiat illi verecundiam, itaque se conuertat ad salutem.*

Homil. 1. de Lazaro.

## MANDATVM 97.

Disciplinam libens habeat, metuendus imponat.

*Obligat sub mortali, si negligentia in seruanda & imponẽda disciplina fuerit notabilis.*

*Spe*

## SPECVLVM CVIII.

*In quo videtur, quod Prælatus debeat disciplinam Monasticam seruare.*

PRima instructio. Ex Vmberto super hæc verba discimus disciplinam triplici modo sumi, Primo, pro correctione. *Noli subtrahere à puero disciplinam.* Secundo, pro Religiosa morum intentione, vt sic dicam, quo sensu Hugo Victorin. dicit disciplinam esse *membrorum omnium motum ordinatum & dispositionem decentem in omni habitu & actione.* Tertio, pro opere pœnitentiali, vt sunt abstinentiæ, ieiunia, vigiliæ, & similia, quo modo sumpsit disciplinam Apostolus: *Omnis disciplina in præsenti videtur non esse gaudij sed mœroris.* Hoc etiam modo accipitur hic, quando ex parte Legislatoris iniungitur Prælato, *vt disciplinam lubens habeat,* id est, opera pœnitentiæ, tam ab Ecclesia, quam ab Ordine, vel a seipso iniuncta libenter exerceat, & Regulares obseruantias, ac Regulæ, Constitutionumque austeritates sic adimpleat, vt & disciplinam *metuendus imponat;* id est, vt cum iniungēda sunt pœnitentiæ opera peccantibus, id sine verecundia, & pudore & cū peccantium timore peragere queat.

Disciplina tribus modis sumitur.

Prou. c. 23.

Ad Hebr. c. 12.

*Secunda instructio.* Prælati non minus obligantur ad obseruationem Regularis disciplinæ, quam Religiosi simplices; nec eos excusat ab huiusmodi obseruatione Prælatura; nisi in quantum Regulæ vel Constitutiones illos

rati-

*Prælati non desinunt esse Religiosi per Prælaturam.*

*q. 4 seu. §. 7. 2. 2. q. 83. ar. 11. ad 4 & q. 185. ar. 8.*

*In 4. Sentent Dist. 38 q. 9.*

*In quibus possit secum dispẽsare Prælatus. Loco cit.*

*Abbas quãndo fit Proprietariorum præcipuus. Audax Diomedis Piratæ ad Alexandrũ. responsum, ex Plutarch. in vita Alexandri Epist. quadam.*

ratione Officij eximunt. Per Prælaturam enim non desinunt esse Religiosi, nec desinit aut disrumpitur vinculum votorum. Imo vero potius augetur, quatenus ad multa alia, ad quæ minime alij obligantur, vt docet Syluester *Verbo Abbas*. Ad hoc facit, quod docet D. Thom. Religiosos factos Episcopos non liberari à votis, nec alijs obseruantijs Regularibus, nisi in quantũ repugnant Statui & Officio. Maior vero ait, Abbatem teneri ad Regulam seruandam in se. Potest tamen in omnibus secum dispensare ex iusta causa, in quibus cum Subdito, licet expediat id fieri per Confessarium, vt inter cæteros docet Emanuel Sa *Verbo Religio* Idem Maior ait, Abbatem esse præcipuum Monasterij Proprietarium, si bona Monasterij tutelæ suę concredita inutiliter expendat, dicitque quadrare Abbati Proprietario responsum Diomedis piratæ factum Alexandro magno: *Ego* (inquit) *quoniam pauca in mari capio, & id vnicana uicula facio, pirata nominor: tu cum Alexander idem facias magna classe, Rex & Imperator appellaris*. Idem Abbati suo posset plerumque Religiosus exprobrare: Ego quia quinque vel sex nũmos aureos iu arca recondidi, Proprietarius reputor, tu qui mille vel amplius tibi seruas, quis reputaberis? Eadem etiam obligatione teneri Prælatos, qua cæteri, satis insinuauit D. Augustinus Legislator noster in prima sua Regula his verbis. *Hæc quæ scripta sunt, cum omni diligentia obseruanda sunt à Præposito vsque ad omnes Fratres*. Accedit quod, vt præclare D. Hierony. *Delicata doctrina est pugnanti ictus dictare de muro, & cum ipse vnguentis delibutus sis, cruentum militem accusare libidinis.*

Tertia

*Tertia instructio* Contra obligationem illam peccant, Primo, illi Prælati qui Religiosos quidem ad seruandam parsimoniam, frugalitatem abstinentiam & ieiunium compellunt, sed ea obseruare ne quidem cogitare volunt. Imo verò, vt conqueritur D. Bernardus, *apud eos parcitas reputatur auaritia; sobrietas, austeritas creditur; silentium tristitia nominatur. E conuerso, remissio discretio dicitur, effusio liberalitas, loquacitas affabilitas cachinnatio iucūditas; mollities, vestimentorum honestas lecti superfluus cultus mūditia* Secundo peccant, qui suis vestimenta quidem Regularia, sibi autem pretiosa, comparant. De huiusmodi etiam conqueritur D. Bernardus. *Vides* (inquit alibi) *quosdā de maioribus lautius comedere sapidius bibere, indui pulchrius, cubare mollius, loqui licentius, orare rarius: hic enim pene totius Ecclesiæ est abusus, vt quo sunt homines in maiori Prælatura gradu, eo delicatiorem vitam degere velint.* Tertiò, peccant, qui onus Religionis refugientes, vix vnquam suis in Templo, Claustro, Refectorio, & Dormitorio adsunt; sed vel in compitis platearum, vel in aulis Principum, vel in suis rerum domesticarum officinis euagantur.

*Tripliciter peccat Abbas contra disciplinam. In Apolog. ad Guil. Abbat.*

*Abbas notet diligenter.*

*Quarta instructio.* Hinc est quod huiusmodi Prælati nunquam metuantur; & propterea nūquam pene disciplinam imponant, vel si impo. nunt, irrideātur, & contemnātur potius, quàm honorentur. Sicque tantum abest vt metuendi, quin potius irridendi veniant, quoties suorum excessus, vel defectus corripere tentant: vixq; aliud audiunt, quam illud vulgariter vsurpatum. *Medice cura teipsum*. Inde fit, vt si correctionem adhibere velint, in ea adhibenda sint

*Vnde fiat quod plurimi Abbates non timeantur.*

*Luc. 4.*

*1. Regum 2.*

tam molles, vt Heli Sacerdotis, filios delicatu lè increpantis, personam, Tragicorum more sustinere videantur. Hos instruit hic Legislator noster dum ait: *Disciplinam lubens habeat, metuendus imponat*; quasi diceret, Prælatus, vt sit strenuus in correctione, & audeat suos in disciplinam Monasticam peccantes corripere, debet illam ipsam disciplinam ambabus, vt aiunt, vlnis amplexari: & adamussim obseruare: alioqui timore quodam pusillanimitatis, & pudoris correptus, correctionem prætermittet; vel si non prætermiserit, vix aliquid sua correctione efficiet, quia adeo se mollem præbebit, vt peccandi timorem incussurus non sit.

*Quinta instructio*. Nonnulli Prælati his meliores existunt in hoc, quod vitam secundum Regularem disciplinam instituunt, sed ad horum pusillanimitatem accedunt; non quod pudeat eos in alijs reprehendere, quod cogerentur, si malè viuerent, in se agnoscere; sed quod suis nolint, vel non ausint displicere: sicque nec peccata corrigere, nec Regularis vitæ obseruationem audent imponere. *Tales Prælati* (inquit Vmbertus loco citato) *sunt sicut formidines in cucumerario, suntque sicut Reges non habentes sceptrum nisi arundineum, & similes parentibus illis, qui filijs suis plus satis indulgent; sicque fit, vt ab eis postea opprimantur*. Sed hi formidare admodum debent, ne à Christo Iudice in virga ferrea regantur.

*Prælati molles describuntur.*

## MANDATVM. 98.

Et quamuis vtrumque sit necessarium, plùs à vobis amari appetat, quam timeri.

P*Rima instructio*. Timeri & amari necessarium est Prælato, quia necessarium ei est omnẽ mouere lapidem, vt bonos in via salutis custodiat, malos vero intrare compellat. Custodire autem bonos in tali via amor solet: malos autem compellere timor consueuit.

*Nam --- Oderunt peccare mali formidine pœnæ.*

*Secunda instructio*. Status Prælati exigit vt timeatur. Indecens enim est, vt aliquis præsit aliquibus & non prosit; prodesse vero non potest, vt decet, nisi timeatur; cum nulla sit tam perfecta societas, quæ malum aliquem in suo sinu non foueat. Deinde ipse amor filialis vix consistit sine timore, saltem reuerentiali. Vnde ratione tam bonorum quã malorũ status Prælati postulat vt timeatur. *Ipse enim amor* (ex sancto Doctore Bonauentura) *aliquo modo suauior sentitur cum reuerentia mixtus.*

*Tertia instructio*. Prælatus, vt timeatur debet his tribus esse exornatus, authoritate, grauitate, & zelo iustitiæ. Vix enim timetur, qui authoritate debita caret, vel morum leuitatem præ se fert, vel se odio peccata prosequi non patefacit. *Non facile* (inquit D. Gregor.) *eius prædicatio accipitur, si leuis in moribus videatur.*

*Quarta instructio*. Timor in Subdito prodest. Primò, quia eum à malo deterret. Secũdo, quia quod alioqui ex perpetrato peccato sequeretur, impedit. Tertio, quia plerumque cõpellit intrare, & efficit vt bonum, quod timore &

*Per se non obligat sub peccato, nisi in quantum Prælatus irrationabiliter excitaret suos in sui odium & vellet tantummodo timeri.*

*Cur amari & timeri debeat Prælatus.*

*Horat. lib. 1. Epist. Epist. ad Quintium.*

*Tract. de 6. Alis Seraphim Ala 4. Cap. 6.*

*Quæ requirantur in Prælato vt timeatur.*

*Homil. 3. in Ezechiel.*

*Cur timere Prælatum debeat Subditus.*

mœrore incipitur, postea hilariter & ex amo re perficiatur. Quarto, quia exacuit sæpe rationem ad excogitandum, capiendumque consilium, vt tradit Philosophus, & D. Tho. *Timor* (ait Philosophus) *ad consulendum inducit.*

Lib. 2. Rhetor. Cap. 5.

1. 2. q. 44. ar. 2

*Quinta instructio.* Magis necessariũ est Prælato, amari, quam timeri. Primo, quia se reddendo amabilem, reddit præcepta sua amabilia, ac proinde nõ onerosa. Amanti enim nihil difficile. Hinc sanctus Cardinalis Bonauẽtura. *Studeat Prælatus magis amari, quam timeri; quia lubentius obeditur ei, qui diligitur, quam qui timetur. Obedientia dilectionis, propriè est voluntaria, timoris autẽ magis est coacta. Quãto ergo illa habet de volũtario, tãto sublimior est in merito. Finis autẽ officij regiminis est cõmissos sibi ad vitã æternã dirigere, & ad similia virtutũ merita fideliter promouere.* Accedit quod teste Magno Gregor. *Dum persona per contrarietatem displicet, nec recta, quæ protulerit, placent.* Deinde reddit Subditum suum in executione præceptorum suorum hilarem, quod Deo maxime placet. *Hilarem enim datorem diligit Deus.* Tertio, coniungit se Subditis. Amor enim vnit amantem cum amato. Quid autem ad salutem corporis siue naturalis, siue mystici vtilius & desiderabilius quam caput membris, & mẽbra capiti vniri & adhærere? Quarto, reddit se in onere ferendo dignum compassione, & misericordia. Imo vero adiungit sibi oneris ferendi socios. *Tantum enim quisque portat* (inquit alicubi D. Augustinus) *quantum amat.* Et alibi. *Qui portant inuicem onera sua, nisi qui habent charitatem?* E contra, *qui non laborat* (ait Tullius) *vt charus militibus sit, animare milites nescit. Humanitas Ducis in ex-*

Magis necessarium est Prælato amari, quam timeri.

Tract. cit. Ala 4. Cap. 6.

Lib. 9. Moral. Cap. 1.

2. ad Cor. cap. 9.

In psal. 119.

In Tuscul.

*erci*

*ercitu fulmen aduersus hostes est.*

## SPECLVVM CIX.

*In quo apparent ea, quæ reddunt Prælatum suis Religiosis amabilem.*

PRima instructio. Prælatus vt ametur à suis Religiosis, debet inprimis eos amare. Amor enim adeo fertilis est. vt statim alterius amorem mutuum pariat. Hinc Seneca. *Monstrabo* (ait) *tibi amatorium sine medicamento, sine herba. sine vllius veneficæ carmine. Si vis amari, ama.* Cui simile est illud Martialis,

*Amor gignit amorem.*

*Lib. 1. Epist. 9. ad Lucil.*

*Li. 6. Epigr. 8. Epigrāmate in Marcū quendā*

*Vt præstem Pyladen, aliquis mihi præstet Oresten.*
*Hoc non fit verbis, Marce, vt ameris, ama.*

Hinc etiam D. Ioannes, volens ostendere, nos vel hoc solo nomine teneri ad amandum Deum quod ipse nos amore præuenit, *nos ergo* (inquit) *diligamus Deum, quoniam Deus prior dilexit nos.*

*1. Epist. ca. 4.*

*Secunda Instructio.* Debet secundo signa amoris prę se ferre, quia quantumcumque amet suos Prælatus, si id non patefaciat, eos ad se amandum non alliciet. Signa autem amoris Pręlati erga Religiosos suos, sunt beneficētia, quam prę se fert prouidendo eis benigniter de necessarijs animi & corporis: compassio in tētationibus: correctio non ex ira, sed salutis desiderio: conuersatio frequens cum ipsis: cōsolatio in aduersis: Instructio familiaris: patiētia ad omnes: contemptus sui: reddendi honoris exhibiti studium: humilitas: bona verb :cura infirmorum: iniuriarum obliuio: beneficiorum à se collatorum, vel delictorum ab alijs com-

*Signa amoris Prælati erga Religiosos.*

 missio

missorum, & correctorum nulla exprobratio, & similia quæ à Philosopho eleganter exprimuntur, dum res quę hominē amabilē reddunt enumerat his verbis. *Congratulantes in bonis & condolentes in malis, amantes eorū quos ipse amas: beneficos modestos nō curiosos, virtute excellētes & claros, vel apud oēs vel apud optimos: iucundos & faciles in cōsuetudine, non exprobrātes, neque errores neque beneficia, immemores iniuriæ, & reconciliabiles.* Idem docuit S. Ambrosius, ostendens quomodo possit amor ac beneuolentia aliorum conciliari: *Primum (ait) nouerimus, nihil tam utile, quam diligi, nihil tam inutile, quam non amari. Nam odio haberi exitiale, ac nimis capitale arbitror. Itaque id agamus, vt omni sedulitate commēdemus existimationem, opinionē que nostrā. Ac primum placiditate mentis, & animi benignitate influamus in affectum hominum, &c.*

*Lib. 2. Artis Rhetor. cap. 4.*

*Lib. 1. Officior Cap. 7.*

*Prælatus vt ametur, debet se similem suis reddere. Cap. 11. lib. 1. Rhetoric.*

*Tertia instructio.* Debet tertio, se similem suis Religiosis reddere, & omnibus omnia fieri. Similitudo enim, siue conuenientia, inclinat voluntatem alterius. Hinc illud vulgarum, *simile amat sibi simile*, depromptum ex Philosopho, vbi sic loquitur Philosophus. *Similia similibus mox gaudent, & homini homo iucundissimus.* Et illud Sapientis, *Omne animal diligit simile sibi: sic omnis homo proximum suum. Omnis caro ad similem sibi coniungetur, & omnis homo simili sibi sociabitur.* Et illud Senecæ. *Natura nos cognatos edidit: hæc nobis amorem indidit mutuum, & sociabiles fecit.* Reddet autē se similē suis Religiosis Prælatus, si eadem, quibus ipsi exercentur, opera perficiat: in Choro, Claustro, Dormitorio & Refectorio, prout patiuntur negotia cū

ipsis interfuerit: si eundem cibū & potū sumat: si eodem modo vestiatur. Fiet autem omnibus omnia, si eorum affectibus & inclinationibus, quantum patitur conscientia, sese accōmodet; & aliter cum isto, quia alterius est naturæ, quā cum illo conuersetur; aliter hunc, aliter illum corripiat, cōsoletur, amet, &c. exēplo Apostoli, qui omnia omnibus fiebat, vbi sine offensione Dei poterat. *Sicut & ego*, aiebat *per omnia omnibus placeo non quærens quod mihi vtile est, sed quod multis: ut salui fiant*. Nam aliquid prauū vel ore, vel facto patrare, ad conciliandum alterius beneuolētiam, damnabile est, ex eodem Apostolo. *An quæro hominibus placere? Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem.*

*Quomodo. Prælatus fiat omnibus omnia.*

*1. Cor. cap. 10.*

*Epist. ad Gal. 1.*

*Quarta instructio.* Debet quarto, Sanctitate vitę & erga Deum pietate prælucere. In hunc modum Regis sibi conciliauit amorē Tobias, de quo dicitur, *& quoniam memor fuit Domini in toto corde suo, dedit illi Deus gratiam in conspectu Salmanazar Regis: & dedit illi potestatem quocunque vellet ire, habens libertatem quæcumque facere voluisset.* Sic etiam Prelatus probus & pius suos sibi conciliabit. Primò dabit enim illi Deus gratiam coram oculis suorum. Deinde sanctitas & bonitas vitæ satis eum reddent suis amabilem, quandoquidem bonitas rei prima est amoris causa, & pulchrum ac bonū, teste sancto Areopagita Dionysio, omnibus est desiderabile, & amabile, ac diligibile. Hinc aptissimè Græci, quod nos pulcheum, ipsi καλὸν dicunt à verbo καλεῖν quod significat vocare & allicere, quia nimirū quod bonū & pulchrum est, facilè oēs ad sui amorē vocat & allicit. Prælatus ergo qui suos vult ad sui amorē allicere,

*Sanctitas vitæ in Prælato conciliat Subditorum animos.*

*Ca 1. lib. Tob.*

*Li. de Diuin. Nomin. ca. 4. 1. par.*

*Bonum ex se amabile.*

debet vitæ sanctitati, ac morum probitati operam dare. *Popularis enim* (teste S. Ambrosio) *& grata omnibus est bonitas; nihilque quod tam facilè illabatur humanis sensibus. Ea si mansuetudine morum & facilitate animi, & moderatione præcepti, & affabilitate sermonis, verborumq; honore, patienti quoque sermonum vice, modestiæque adiuuetur gratia, incredibile quantum procedit ad cumulum dilectionis.*

*Quinta Instructio.* Prælatus qui vult amari, sollicitè debet duo cauere. Inprimis superbiã; nihil enim ita hominem reddit odiosum quam superbia, ipso Sapiente teste, *Odibilis corã Deo est, & hominibus superbia.* Deinde excessum in correctione; videtur enim excessus ille opponi charitati, ac propterea potius odium quàm amorẽ vehere. Vt autem non excedant Prælati in correctione, Iuuerit fortè D. Bernard. de affectu in Imperãte necessario loquentẽ audire. *Discite* (inquit) *Subditorum matres vos esse debere, non Dominos: studete magis amari, quam metui. Et si interdum seueritate opus est, paterna sit, non tyrannica. Matres fouendo, patres vos corripiendo exhibeatis. Mansuescite, ponite feritatem. Suspendite verbera, producite vbera; pectora lacte pinguescant, non typho turgeant. Quid iugum vestrum super eos aggrauatis, quorum potius onera portare debetis? Cur morsus à serpente paruulus, fugit cõscientiam Sacerdotis, ad quem eum magis oportuerat, tanquam ad sinum recurrere matris? Si spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis; considerans vnusquisque seipsum, ne & ipse tentetur.* Hęc D. Bernardus. Proderit fortassis ad non turbandam Subditi beneuolentiam, nunquam in correctione rigo-

*Superbia in Prælato est odiosa.*
Eccles. cap. 10
*Excessus correctionis gignit odium.*
*Serm. 23. in Cant.*
*ad Galat. c. 6.*

rem Statutorum nostrorum excedere, nec iudiciali, aut accusatorio more, sed paterno procedere. Hoc videtur docuisse Gregor. Magnus his verbis. *Sic nos fidelibus subditis tenere disciplinā debemus, sicut boni patres carnalibus filijs; quos & pro culpis verberibus feriunt, & tamē ipsos, quos doloribus affligunt, habere hæredes quærunt.* Exemplo Prælatis potest esse magnus Hebræorum Dux Moyses, qui eodem magno Gregor. teste, *sic amauit eos quibus præfuit, vt pro eis nec sibi parceret: & tamen delinquentes sic persequutus est, quos amauit, vt eos etiam Domino parcente prosterneret. Vtrobique legatus fortis; vtrobique mediator admirabilis: causam populi apud Deum precibus, causam Dei apud populum gladiis egit. Intus amans Diuinæ iræ supplicando obstitit; foris sæuiens culpam feriendo consumpsit, &c.*

*In Regist. quodā loco lib. 9 Ca. seu Epist. 8 de discreta Subditorū correctione habet multa valde notanda. & 11. 1. c. seu Epist. 24. de Offic. Prælat. erga Subditos. Lib. 20. Moral c. 8. edit. nouæ Exod. 32*

## MANDATVM 99.

Semper cogitans Deo se pro vobis esse redditurum rationem.

*Calcar Prælaturum*

## SPECVLVM CX.

*In quo apparet Prælatorum onus & sarcina.*

*Prima Instructio* De ratione reddenda à Prælatis coram eo, quem nihil latere potest, & qui iustitias iudicabit, diximus superius.

*Secunda instructio. Tantorum pondera* (inquit D. Gregor.) *vnusquisque sustinere compellitur, quantis in hoc mundo principatur.* Vnde onus Prælatorum in Religione, onus est onerum, & sarcina sarcinarum; quippe qui rationem ad no-

*Alicubi in Moral. Prælatura est sarcina sarcinarum.*

uissimum vsque quadrantem Deo redditurisint ouium sibi commissarum, disciplinæ Regularis relaxatæ, voti despecti, Regulæ contemptæ, peccati omnis eorum incuria vel pusillanimitate per subditos perpetrati, perfectionis neglectæ, correctionis omissæ, bonorum male dispensatorum. In quorum omnium incuria & omissione consensus est Doctorum eos peccare mortaliter, si negligentia notabilis existat.

*Prælati tenentur etiam de leui culpa.*

*Verbo Prælatus q. 4. et §. 4*

*Lib. 3. Decis. aurear. ca. 5. nu. 33. & seq.*

*Ser. 23. in Cãt.*

*iam cit.*

*Ex Æliano li. 8. de var. Hist cap. 15.*

*Stobæ. ser. 19.*

*Monitio quotidiana ad Prælatos.*

*Tertia instructio.* Prælatus non solum *peccat mortaliter in omissione necessariorum ad suum officium, vt visitationis correctionis, &c. nec solum tenetur de dolo & lata culpa, sed etiam leui, quo ad damnum rerum Ecclesiasticarum & à fortiori quo ad damnum animarũ.* Syluester ijs ipsis verbis. Iacobus de Graff.

*Quarta instructio.* Quia teste D. Bernardo *pauci sunt, qui vtiliter, pauciores qui & humiliter præsint,* consultum Prælatis videretur Philippum Alexandri magni patrem imitari. Fertur enim cum in Chæronea Athenienses vicisset, vt elatum animum sic compesceret, & ne quid post hac per contumeliam & fastum committeret, id instituisse, & certum hominem & asseclam habuisse, cuius hoc vnum & solum munus erat, vt singulis diebus in Aurora eum excitans ante lectum tertio inclamaret: *Imperator memento te mortalem esse;* vel (vt ait Ælian.) *Philippe homo es.* Vtilis (inquam) huiusmodi assecla multis nostræ tempestatis Prælatis admodum esset, qui inclamaret, non semel singulis diebus, sed singulis horis aliquoties: *Memento te mortalem esse, & post mortem te exactam & seueram administrationis rationem redditurum.* Adeo enim plerique paruam animarum

sibi

sibi concreditarum curam gerunt, & adeo sunt bonorum sibi, tanquam Oeconomis commissorum iniqui dispensatores, ac si nullus in cœlis existeret, qui animas pretio sanguinis sui emptas, & bona sibi, & pauperibus consecrata repetere possit, & in carcerem æternum, restitutionis ergò, conijcere. Versatus sum ego aliquas cum Prælatorum nostrorum aliquo, quem Frater Conuersus mane e lecto prosilientem sic quotidie salutabat. *Pater væ tibi, si praees, & non prodes.* Eidem vero, cum se lecto committeret frustum noctem sic precabatur. *Pater monstruosa res est, status supremus, & gressus minimus; sedes suprema, & vita ima.*

D. Bernar. lib. 2. de Consider. ca. 7. & in Apolog.

## MANDATVM 100.

Vnde & vos magis obediendo non solum vestri, sed etiam ipsius miseremini, qui inter vos quanto in loco superiori, tanto in periculo maiori versatur.

*Obligat sub mortali in grauibus necessitatibus, in cōmunibus vero sub veniali.*

INstructio vnica. Miseretur sibi Subditus obediendo, quando id peragit, ob cuius omissionem miseriam æternam subiret. Miseretur vero Prælati, quando ex consideratione rationis exactę, quam redditurus est Prælatus de suorum peccatis, negligentijs, omissionibus, & periculorum, in quibus propter facilitatem excessus vel defectus in officio, versatur; dum pericula a suis remouere conatur, obedit illi libenter; & compatiendo, propter negotiorum molem, libenter sustinet illum, etiamsi rudior sit, vel morosior, vel neglīgētior.

*Quomodo Subditus misereatur sui & Prælati.*

In alto

*In alto loco positis* (inquit Magnus Pontifex Gregor.) *sæpe dum exterius ab hominibus honos tribuitur, ad ima animus mergitur; quia curis discerpentibus grauatur.* Et alibi. *Subtilissima ars viuendi est, culmen tenere, & gloriā reprimere esse quidem in potentia, sed potentem se esse nescire.*

*Moral. quidam loco.*

## MANDATVM. 101.

*Votum est D. Augustini Legislatoris nostri, non præceptum.*

Donet Dominus vt obseruetis hæc omnia: tanquam spiritualis pulchritudinis amatores, & bono Christi odore de bona conuersatione fragrantes; non sicut serui sub lege, sed sicut liberi sub gratia constituti.



*Trangressio Regulæ quando sit mortalis 2. 2. Disp. 10. q. 4. punc. 4.*

*Prima instructio.* Trāsgredi Regulam mortale est, si sit de rebus ad salutē necessarijs, vel si fiat ex contēptu, quod nolit quis subijci Regulæ. *Greg. de Valent.*

*Quomodo peccet qui non vult alias Regulas à votis.*

*Secunda instructio.* Peccat etiam mortaliter, qui nō vult alias Regulas seruare præter vota, quia exponit se periculo eas contemnendi. *Greg. de Valent. ibidem. p. 5.*

*Consuetudo transgrediendi Regulas quale peccatum.*

*Tertia instructio.* Consuetudo transgrediēdi Regulas ex proposito etiā est peccatū mortale. *Gregor. de Valent. ibidem. & Syluest.*

*Verbo Religio, 1. num. 11. & 12. Nota diligenter.*

*Quarta instructio.* Etsi in Regula nostra reperiantur nonnulla, quæ ex se non obligant neq; mortaliter, neque venialiter; quia potius consilia videntur, & monitiones, quam Mandata; ratione tamen cupiditatis, vel negligentię obligant ad veniale, sicut ratione contemptus ad

mortale,

mortale, iuxta doctrinam D. Tho. Caiet. ibidē Greg. de Valet loco citato.

*Quinta instructio.* Religiosus negligens omnimodā tendētiam ad perfect.onē; sicut etiam si eam contemnit, mortaliter peccat. *Syluester Verbo Religio* 1. D. *Tho. Caiet. & Greg. de Valent. locis citatis. Azor.* Ratio autem est, quia Status Religiosus consistit in exercitio vel disciplina perfectionis, & tendentia ad eandem, vt communis est Doctorum sententia.

*2.2.q.186 ar. 2. & 9.*

*Negligere tendentiam ad perfectionem quale peccatum.*

*Lib. 11. Instit. Moral. c. 42.q. 11.*

## MANDATVM 102.

Vt autem vos in hoc libello, tanquam in Speculo possitis inspicere, ne per obliuionem aliquid negligatis, semel in septimana vobis legatur. Et vbi vos inueneritis ea, quæ scripta sunt facientes; agite gratias Domino, bonorum omnium largitori. Vbi autem sibi quicumque vestrum videt aliquid deesse, doleat de præterito, caueat de futuro: orans, vt debitum dimittatur, & in tentationem non inducatur. Amen

*Obligatio constabit ex sequentibus Instructionibus.*



*Rima instructio.* Ignorare Regulam, vel ex ignorantia ineā peccare, est mortale, iuxta doctrinā Ariostis & aliorū Doctorū, quando ignorantia cadit super totā Regulā, non in actum particularē. Estque communis Doctorū consensus, ignorare ea quæ pertinent ad suum statum esse mortale, quia non potest quis se in statu suo gerere, vt decet, quando ignorat ea,

*Ignorare Regulam, quale peccatum.*

quę per

quæ pertinent ad suum statum. D.Tho. Syluest. Verbo 'gnorantia.nu.8.

*Secunda instructio*. Mandatum legendi Regulam semel in septimana, obligat tantum sub veniali, etsi sine iusta causa omittatur lectio Regulæ; dummodo absit contemptus Regulę & Superioris Præceptum non accedat. Porro in Superiore esset mortale illam consuetudinem legendi Regulam intermittere, vel intermissam non restituere, quia is est custos legum obseruantiarum Ordinis sui. *Bannes.*

*In 2.2.q.33. ar.3.Dec.3.*

**Hactenus Specula Opticæ in Regulam S.Patris nostri Augustini.**

## SPECLVVM CXI.

*In quo breuiter conspiciuntur ea, quæ Author in suarum Visitationum cursu notatu digna circa Institutionem Ordinis Præmonstratensis iudicauit.*



*Rima instructio*. Ordo Præmõstratensis originem sumpsit in Gallia à sanctissimo Patre NORBERTO in Laudunensi Diœcesi, anno ab Incarnatione Domini Millesimo Centesimo decimo quinto, temporibus Paschalis Summi Pontificis, & Henrici Iunioris Cæsaris Augusti, vt ex plurimi,

*...lgo Ordinis ...æmonstra... ...sis.*

Cœno

Cœnobiorum nostrorum monumentis, quæ perlustraui, est manifestum. NORBERTVS autem hic erat Lotharingus genere; imò verò & natione, vt ante 28. annos venerabilis memoriæ D. Ioannes de Pruetis quondam nostri Ordinis Generalis doctissimus, cum in Lotharingia Visitationum suarum cursum perageret, Illustrissimo ac inuictissimo Lotharingiæ Duci Carolo multis hinc inde prolatis antiquis nostri Ordinis monumentis patefecisse fertur. Nec possunt illorum Ordinis monumentorum, quæ passim reperiuntur eleuare authoritatem Germani, nisi Austrasiæ vel Lotharingiæ Dominium sese etiam per totum pene Belgium tempore Diui NORBERTI extendisse asserant; ac propterea factum, vt Diuus NORBERTVS, cum esset Belga, Lotharingus diceretur, prout vt in suo ad Fratrem Adamum nostri Ordinis Canonicum Commento asserit D. Præpositus Cellæ Omnium Sanctorum, vir non minus eloquens, quam doctus. Quod tamen mihi non placet, cum nusquam legatur Coloniensis appellatus Lotharingus. Huius Sancti viri vita, nobis, vtpote filijs, imitanda, habetur apud Surium. Est etiam in multis Ordinis nostri Cœnobijs vario ordine ac sermone descripta. Et quia descriptio, quæ reperitur ante ingressum Refectorij Steingadensis in Bauaria, est omnium succinctissima, eam chartis nostris inserendam duximus, vt vno pene oculorum rotatu possit pius Ordinis Canonicus in illa, veluti breui tabella Patris sui mores sibi imitandos proponere. Descriptio autem sic habet.

*Institut. eiusdem Ordinis. S. Norbertus genere & natione Lotharing. Vide Antiquit. Gallob. lib. 4. fol. 297. a & 298. b*

*Ioannes de Pruetis quondam Ordinis Præmonstratensis Generalis Præfectus.*

*Tom. 3. Vit. Sanctorũ, ad 6. diem Iul. Breuis descriptio vitæ S. Norberti.*

Diuus

Sanctus Norbertus ordinatur Presbyter. Induitur asperis vestibus.

*Diuus NORBERTVS (Vincentio referente) Lotharingus genere, natione Burgundus fuit. Qui posteaquam Anno 1114. Primo in curia Archiepiscopi Coloniensis, deinde in aula Imperatoris Henrici Iunioris aliquamdiu vixerat, Diuino flagrans amore, postpositaq; huius saeculi pompa Presbyter ab eodē Archiepiscopo est ordinatus. Vbi vero quorumdam Religiosorum explorasset mores abiectis vestimentis mollibus, pelliceo equino indutus praedicationis verbo acerrime institit, ac per triennium nudus incedens, etiam brumali rigore (vt idem testatur) vitam inauditae austeritatis assumpsit Interea temporis, Papa Gelasio in Galliam veniente, hunc nudus incedens accessit; animique sui propositum pandens, licentiam seminandi verbum Dei, de nouo accepit. Ipsum postea Anno 1119. Papa Calixtus, Bartholomaeo Laudunensi Episcopo, vt eius curam gereret, commendauit. Qui quotidie eum in Episcopatu suo circumducens rogauit, vt maneat; sancteque promisit se quemcumque pro habitatione sit petiturus, locum daturum. Victus tandem eius precibus, desertum quendam, qui ab incolis Praemonstratum vocabatur, elegit locum, ibique se mansurum spopondit. Transacta hyeme rursus ad praedicandū exijt, & solus Cameracum veniens reti Euangelico tredicim consortes ex fluctuoso mūdi pelago extrahens secum Praemonstratum abduxit Congregatis igitur Clericis fere 40. multiplici sermone, ne à faelici proposito, & spontanea, quam vouerant, Paupertate desisterent, hortabatur. Tūc temporis. D. Augustinus, quasi suis olim Regulam praescriptam porrigere conaretur, ei noctu apparuit. Quod*

Insistit praedicationi.

Commendatur Episcopo Laudunensi.

D. Augustinus Regulam suā ei tradit.

*it Quod expergefactus suis aperiens Fratribus, Regulam afferri iussit, iuxta quam in Christi Natalitio vitam formare incepit: cui singuli ex animo subscripsêre. Ne verò inter suos, vel alios aliqua de veste æmulatio superstitiove oriretur, vestem candidam, vitam immaculatam, & Angelicam significantem, elegit. Apocal. Ioan. 20 & Ezech 44 Hoc habitu se vnà cum Confratribus Anno 1120 ornauerat. Postea Fratribus, vt Diuini cultus iugis fieret celebratio, ex iussu Norberti longum post ieiunium pro reuelatione loci orantibus, Dominica Crux Solis coruscans radijs apparuit. Quæ postea ædificantibus illis rursum vbi nunc est Ecclesia miraculose visa est. Anno dehinc 1126 in Archiepiscopatum Parthenopolitanæ, alias Magdeburgensis Ecclesiæ electus est Spiræ quem omnis populus ambabus porrectis manibus arreptum Regi Lothario & Cardinali Romano præsentauerat. Atque tunc Regi illi approbatus, statim à Cardinale confirmatur. interim Spiritu sancto repletus Norbertus, officij sui haud immemor, crebras Spiræ de salutis cura habuit conciones De Ecclesia quoque Parthenopolitana translatis Canonicis, Fratres eorum loco subordinauit. Tandem Episcopatu sapienter ac fideliter administrato grauissima præuentus ægritudine debitum Deo spiritum reddens, nec non astantibus benedictione data, beato fine in Domino obdormiuit, Anno Deiparæ Virginis 1134. Octauo Idus Iunij, anno 5. Innocentij. 2. Papæ, & 9. Lotharij Imperatoris. Interim hoc monumento clauditur, quandoque vocem Dei filij auditurus, & cum eis, qui bona egerũt in resurrectionem vitæ processurus.*

Eligit habitum Candidum

Rapitur ad Archiepiscopatum.

Habuit crebras Conciones ad populum.

Moritur.

missorum, & correctorum nulla exprobratio, & similia quæ à Philosopho eleganter exprimuntur, dum res quę hominē amabilē reddunt enumerat his verbis. *Congratulantes in bonis & condolentes in malis, amantes eorū quos ipse amas: beneficos modestos, nō curiosos, virtute excellētes & claros, vel apud oēs vel apud optimos: iucundos & faciles in cōsuetudine, non exprobrātes, neque errores neque beneficia, immemores iniuria, & reconciliabiles.* Idem docuit S. Ambrosius, ostendens quomodo possit amor ac beneuolentia aliorum conciliari: *Primum* (ait) *nouerimus, nihil tam vtile, quam diligi, nihil tam inutile, quam non amari. Nam odio haberi exitiale, ac nimis capitale arbitror. Itaque id agamus, vt omni sedulitate commēdemus existimationem, opinionē que nostrā. Ac primum placiditate mentis, & animi benignitate influamus in affectum hominum, &c.*

*Lib. 2. Artis Rhetor. cap. 4.*

*Lib. 2. Officior Cap. 7.*

*Tertia instructio.* Debet tertio, se similem suis Religiosis reddere, & omnibus omnia fieri. Similitudo enim, siue conuenientia, inclinat voluntatem alterius. Hinc illud vulgarum, *simile amat sibi simile*, depromptum ex Philosopho, vbi sic loquitur Philosophus. *Similia similibus mox gaudent, & homini homo iucundissimus.* Et illud Sapientis, *Omne animal diligit simile sibi: sic omnis homo proximum suum. Omnis caro ad similem sibi coniungetur, & omnis homo simili sibi sociabitur.* Et illud Senecæ. *Natura nos cognatos edidit: hæc nobis amorem indidit mutuum, & sociabiles fecit.* Reddet autē se similē suis Religiosis Prælatus, si eadem, quibus ipsi exercentur, opera perficiat: si Choro, Claustro, Dormitorio & Refectorio, prout patiuntur negotia cū

*Prælatus vt ametur, debet se similem suis reddere. Cap. 11. lib. 1. Rhetoric.*

ipsis interfuerit: si eundem cibũ & potũ sumat: si eodem modo vestiatur. Fiet autem omnibus omnia, si eorum affectibus & inclinationibus, quantum patitur conscientia, sese accõmodet; & aliter cum isto, quia alterius est naturæ, quã cum illo conuersetur; aliter hunc, aliter illum corripiat, cõsoletur, amet, &c. exẽplo Apostoli, qui omnia omnibus fiebat, vbi sine offensione Dei poterat. *Sicut & ego*, aiebat *per omnia omnibus placeo non quærens quod mihi vtile est, sed quod multis: vt salui fiant*. Nam aliquid prauũ vel ore, vel facto patrare, ad conciliandum alterius beneuolẽtiam, damnabile est, ex eodem Apostolo! *An quæro hominibus placere? Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem.*

Quomodo. Prælatus fiat omnibus omnia. 1. Cor. cap. 10.

Epist. ad Gal. 1.

*Quarta instructio.* Debet quarto, Sanctitate vitę & erga Deum pietate prælucere. In hunc modum Regis sibi conciliauit amorẽ Tobias, de quo dicitur, *& quoniam memor fuit Domini in toto corde suo, dedit illi Deus gratiam in conspectu Salmanazar Regis: & dedit illi potestatem quocunque vellet ire, habens libertatem quæcumque facere voluisset.* Sic etiam Prælatus probus & pius suos sibi conciliabit. primò dabit enim illi Deus gratiam coram oculis suorum. Deinde sanctitas & bonitas vitæ satis eum reddent suis amabilem, quandoquidem bonitas rei prima est amoris causa, & pulchrum ac bonũ, teste sancto Areopagita Dionysio, omnibus est desiderabile, & amabile, ac diligibile. Hinc aptissimè Græci, quod nos pulcheum, ipsi καλὸν dicunt à verbo καλεῖν quod significat vocare & allicere, quia nimirũ quod bonũ & pulchrum est, facilè oẽs ad sui amorẽ vocat & allicit. Prælatus ergo qui suos vult ad sui amorẽ allicere,

Sanctitas vitæ in Prælato conciliat Subditorum animos. Ca 1. lib. Tob.

Li. de Diuin. Nomin. ca. 4. 1. par. Bonum ex se amabile.

debet vitæ sanctitati, ac morum probitati operam dare. *Popularis enim* (teste S. Ambrosio) *& grata omnibus est bonitas; nihilque quod tam facilè illabatur humanis sensibus. Ea si mansuetudine morum & facilitate animi, & moderatione præcepti, & affabilitate sermonis, verborumq; honore, patienti quoque sermonum vice modestiaque adiuuetur gratia, incredibile quantum procedit ad cumulum dilectionis.*

*Superbia in Prælato est odiosa.*

*Eccles. cap. 10.*

*Excessus correctionis gignit odium.*

*Serm. 23. in Cant.*

*Quinta Instructio.* Prælatus qui vult amari, sollicitè debet duo cauere. Imprimis superbiã; nihil enim ita hominem reddit odiosum quam superbia, ipso Sapiente teste, *Odibilis corã Deo est, & hominibus superbia.* Deinde excessum in correctione; videtur enim excessus ille opponi charitati, ac propterea potius odium quàm amorẽ vehere. Vt autem non excedant Prælati in correctione, Iuuerit fortè D. Bernard. de affectu in Imperãte necessario loquentẽ audire. *Discite* (inquit) *Subditorum matres vos esse debere non Dominos: studete magis amari, quam metui. Et si interdum seueritate opus est, paterna sit, non tyrannica. Matres fouendo, patres vos corripiendo exhibeatis. Mansuescite, ponite feritatem. Suspendite verbera, producite vbera; pectora lacte pinguescant, non typho turgeant. Quid iugum vestrum super eos aggrauatis, quorum potius onera portare debetis? Cur morsus à serpente paruulus, fugit cõscientiam Sacerdotis, ad quem eum magis oportuerat, tanquam ad sinum recurrere matris? Si spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis; considerans vnusquisque seipsum, ne & ipse tentetur.* Hęc D. Bernardus. Proderit fortassis ad non turbandam Subditi beneuolentiam, nunquam in correctione rigo-

*Ad Galat. c. 6.*

rem

rem Statutorum nostrorum excedere, nec iudiciali, aut accusatorio more, sed paterno procedere. Hoc videtur docuisse Gregor. Magnus his verbis. *Sic nos fidelibus subditis tenere disciplinā debemus, sicut boni patres carnalibus filijs; quos & pro culpis verberibus feriunt, & tamē ipsos, quos doloribus affligunt, habere hæredes quærunt.* Exemplo Prælatis potest esse magnus Hebræorum Dux Moyses, qui eodem magno Gregor. teste, *sic amauit eos quibus præfuit, vt pro eis nec sibi parceret: & tamen delinquentes sic persequutus est, quos amauit, vt eos etiam Domino parcente prosterneret. Vtrobique legatus fortis; vtrobique mediator admirabilis: causam populi apud Deum precibus, causam Dei apud populum gladiis egit. Intus amans Diuinæ iræ supplicando obstitit; foris sæuiens culpam feriendo consumpsit, &c.*

*In Regist. quodā loco lib. 9 C5. seu Epist. S de discreta Subditorū correctione habet multa valde notanda.*

*& ii. l. c. seu Epist 24. de Offic. Prælat. ergo Subditos.*

*Lib. 20. Moral c. 8. edit. nouæ*

*Exod. 32*

MANDATVM 99.

Semper cogitans Deo se pro vobis esse redditurum rationem.

*Calcar Prælatorum*

## SPECVLVM CX.

*In quo apparet Prælatorum onus & sarcina.*



P*Rima Instructio* De ratione reddenda à Prælatis coram eo, quem nihil latere potest, & qui iustitias iudicabit, diximus superius.

*Secunda instructio. Tantorum pondera* (inquit D. Gregor.) *vnusquisque sustinere compellitur, quantis in hoc mundo principatur.* Vnde onus Prælatorum in Religione, onus est onerum, & sarcina sarcinarum; quippe qui rationem ad nouissi

*Alicubi in Moral. Prælatura est sarcina sarcinarum.*

uiſſimum vſque quadrantem Deo redditur ſint ouium ſibi commiſſarum, diſciplinæ Regularis relaxatæ, voti deſpecti, Regulæ contemptæ, peccati omnis eorum incuria vel puſilla nimitate per ſubditos perpetrati, perfectionis neglectæ, correctionis omiſſæ, bonorum male diſpenſatorum. In quorum omnium incuria & omiſſione conſenſus eſt Doctorum eos peccare mortaliter, ſi negligentia notabilis exiſtat.

*Prelati tenentur etiam de leui culpa.*

*Verbo Prælatus q. 4. et §. 4*

*Lib. 3. Deciſ. aurear. ca. 5. nu. 33. & ſeq.*

*Ser. 23. in Cāt. item cit.*

*Ex Aeliano li. 8. de var. Hiſt cap. 15.*

*Stobæ. ſer. 19.*

*Monitio quotidiana ad Prelatos.*

*Tertia inſtructio.* Prælatus non ſolum *peccat mortaliter in omiſſione neceſſariorum ad ſuum officium, vt viſitationis correctionis, &c. nec ſolum tenetur de dolo & lata culpa ſed etiam leui, quo ad damnum rerum Eccleſiaſticarum & à fortiori quo ad damnum animarū.* Syluester ijs ipſis verbis. Iacobus de Graff.

*Quarta inſtructio.* Quia teſte D. Bernardo *pauci ſunt, qui vtiliter, pauciores qui & humiliter præſint,* conſultum Prælatis videretur Philippum Alexandri magni patrem imitari. Fertur enim cum in Chæronea Athenienſes viciſſet, vt elatum animum ſic compeſceret, & ne quid poſt hac per contumeliam & faſtum committeret, id inſtituiſſe, & certum hominem & aſſeclam habuiſſe, cuius hoc vnum & ſolum munus erat, vt ſingulis diebus in Aurora eum excitans ante lectum tertio inclamaret: *Imperator memento te mortalem eſſe;* vel (vt ait AElian.) *Philippe homo es.* Vtilis (inquam) huiuſmodi aſſecla multis noſtræ tempeſtatis Prælatis admodum eſſet, qui inclamaret, non ſemel ſingulis diebus, ſed ſingulis horis aliquoties: *Memento te mortalem eſſe, & poſt mortem te exactam & ſeueram adminiſtrationis rationem redditurum.* Adeo enim plerique paruam animarum

ſibi


sibi concreditarum curam gerant, & adeo sunt bonorum sibi, tanquam Oeconomis commissorum iniqui dispensatores, ac si nullus in cœlis existeret, qui animas pretio sanguinis sui emptas, & bona sibi, & pauperibus consecrata repetere possit, & in carcerem æternum, restitutionis ergò, conijcere. Versatus sum ego aliquando cum Prælatorum nostrorum aliquo, quem Frater Conuersus mane e lecto prosilientem sic quotidie salutabat. *Pater va tibi si praees, & non prodes.* Eidem vero, cum se lecto committeret sub noctem sic precabatur. *Pater monstruosa res est, status supremus, & gressus minimus; sedes suprema, & vita ima.*

D. Bernar. lib. 2. de Consider. ca. 7. & in Apolog.

## MANDATVM 100.

Vnde & vos magis obediendo non solum vestri, sed etiam ipsius misereminι, qui inter vos quanto in loco superiori, tanto in periculo maiori versatur.

Obligat sub mortali in grauibus necessitatibus, in communibus vero sub veniali.



INstructio vnica. Miseretur sibi Subditus obediendo, quando id peragit, ob cuius omissionem miseriam æternam subiret. Miseretur vero Prælati, quando ex consideratione rationis exactæ, quam redditurus est Prælatus de suorum peccatis, negligentijs, omissionibus, & periculorum, in quibus propter facilitatem excessus vel defectus in officio, versatur; dum pericula a suis remouere conatur, obedit illi libenter; & compatiendo, propter negotiorum molem, libenter sustinet illum, etiam si rudior sit, vel morosior, vel negligentior.

Quomodo Subditus misereatur sui & Prælati.

*In alto loco positis* (inquit Magnus Pontifex Gregor.) *sæpe dum exterius ab hominibus honos tribuitur, ad ima animus mergitur; quia curis discerpentibus grauatur.* Et alibi. *Subtilissima ars viuendi est, culmen tenere, & gloriã reprimere esse quidem in potentia, sed potentem se esse nescire.*

*Moral. quidam loco.*

## MANDATVM. 101.

*Votum est D. Augustini Legislatoris nostri, non præceptum.*

Donet Dominus vt obseruetis hæc omnia: tanquam spiritualis pulchritudinis amatores, & bono Christi odore de bona conuersatione fragrantes; non sicut serui sub lege, sed sicut liberi sub gratia constituti.

*Trangreßio Regulæ quando sit mortalis 2.2. Disp. 10. q. 4. punc. 4.*



*Rima instructio.* Trãsgredi Regulam mortale est, si sit de rebus ad salutẽ necessarijs, vel si fiat ex contẽptu, quod nolit quis subijci Regulæ. *Greg. de Valent.*

*Quomodo peccet qui non vult alias Regulas à votis.*

*Secunda instructio.* Peccat etiam mortaliter, qui nõ vult alias Regulas seruare præter vota, quia exponit se periculo eas contemnendi. *Greg de Valent. ibidem. p. 5.*

*Consuetudo transgrediendi Regulas quale peccatum.*

*Tertia instructio.* Consuetudo transgrediẽdi Regulas ex proposito etiã est peccatũ mortale. *Gregor. de Valent. ibidem. & Syluest.*

*Verbo Religio, 1. num. 11. & 12. Nota diligenter.*

*Quarta instructio.* Etsi in Regula nostra reperiantur nonnulla, quæ ex se non obligant neq; mortaliter, neque venialiter; quia potius consilia videntur, & monitiones, quam Mandata; ratione tamen cupiditatis, vel negligentię obligant ad veniale, sicut ratione contemptus ad

mortale,

mortale, iuxta doctrinam D. Tho. Caiet. ibidē. Greg. de Valet loco citato. 2.2.q.186 ar. 2. & 9.

*Quinta instructio*. Religiosus negligens omnimodā tendētiam ad perfectionē; sicut etiam si eam contemnit, mortaliter peccat. *Syluester Verbo Religio* 1. *D. Tho. Caiet. & Greg. de Valent. locis citatis. Azor*. Ratio autem est, quia Status Religiosus consistit in exercitio vel disciplina perfectionis, & tendentia ad eandem, vt communis est Doctorum sententia.

*Negligere tendentiam ad perfectionem quale peccatum.*

*Lib. 11. Instit. Moral. C. 42. q. 11.*

## MANDATVM 102.

Vt autem vos in hoc libello, tanquam in Speculo possitis inspicere, ne per obliuionem aliquid negligatis, semel in septimana vobis legatur. Et vbi vos inueneritis ea, quæ scripta sunt facientes; agite gratias Domino, bonorum omnium largitori. Vbi autem sibi quicumque vestrum videt aliquid deesse, doleat de præterito, caueat de futuro: orans, vt debitum dimittatur, & in tentationem non inducatur. Amen

*Obligatio constabit ex sequentibus Instructionibus.*



*Rima instructio*. Ignorare Regulam, vel ex ignorantia in eā peccare, est mortale, iuxta doctrinā Ariostis & aliorū Doctorū, quando ignorantia cadit super totā Regulā, non in actum particularē. Estque communis Doctorū consensus, ignorare ea quæ pertinent ad suum statum esse mortale, quia non potest quis se in statu suo gerere, vt decet, quando ignorat ea,

*Ignorare Regulam, quale peccatum.*

quę per

quæ pertinent ad suum statum. D.Tho. Syluest. Verbo ignorantia nu.8.

*Secunda instructio*. Mandatum legendi Regulam semel in septimana, obligat tantum sub veniali, etsi sine iusta causa omittatur lectio Regulæ; dummodo absit contemptus Regulę & Superioris Præceptum non accedat. Porro in Superiore esset mortale illam consuetudinem legendi Regulam intermittere, vel intermissam non restituere, quia is est custos legum obseruantiarum Ordinis sui.

*In 2.2.q.33. ar.3.Dec.3.*


*Bannes.*

***Hactenus Specula Optica in Regulam S.Patris nostri Augustini.***

## SPECVLVM CXI.

*In quo breuiter conspiciuntur ea, quæ Author in suarum Visitationum cursu notatu digna circa Institutionem Ordinis Præmonstratensis iudicauit.*

*Origo Ordinis Præmonstratensis.*



*Rima instructio*. Ordo Præmõstratensis originem sumpsit in Gallia à sanctissimo Patre NORBERTO in Laudunensi Diœcesi, anno ab Incarnatione Domini Millesimo Centesimo decimo quinto, temporibus Paschalis Summi Pontificis, & Henrici Iunioris Cæsaris Augusti, vt ex plurimis

Cœno

Cœnobiorum nostrorum monumentis, quæ perlustraui, est manifestum. NORBERTVS autem hic erat Lotharingus genere; imò verò & natione, vt ante 28. annos venerabilis memoriæ D. Ioannes de Pruetis quondam nostri Ordinis Generalis doctissimus, cum in Lotharingia Visitationum suarum cursum perageret, Illustrissimo ac inuictissimo Lotharingiæ Duci Carolo multis hinc inde prolatis antiquis nostri Ordinis monumentis patefecisse fertur. Nec possunt illorum Ordinis monumentorum, quæ passim reperiuntur eleuare authoritatem Germani, nisi Austrasiæ vel Lotharingiæ Dominium sese etiam per totum pene Belgium tempore Diui NORBERTI extendisse asserant; ac propterea factum, vt Diuus NORBERTVS, cum esset Belga, Lotharingus diceretur, prout vt in suo ad Fratrem Adamum nostri Ordinis Canonicum Commento asserit D. Præpositus Cellæ Omnium Sanctorum, vir non minus eloquens, quam doctus. Quod tamen mihi non placet, cum nusquam legatur Coloniensis appellatus Lotharingus. Huius Sancti viri vita, nobis, vtpote filijs, imitanda, habetur apud Surium. Est etiam in multis Ordinis nostri Cœnobijs vario ordine ac sermone descripta. Et quia descriptio, quæ reperitur ante ingressum Refectorij Steingadensis in Bauaria, est omnium succinctissima, eam chartis nostris inserendam duximus, vt vno pene oculorum rotatu possit pius Ordinis Canonicus in illa, veluti breui tabella Patris sui mores sibi imitandos proponere. Descriptio autem sic habet.

*Institut. eiusdem Ordinis.*

*S. Norbertus genere & natione Lotharing.*

*Vide Antiquit. Gallob. lib. 4. fol. 297. a & 298. b*

*Ioannes de Pruetis quondam Ordinis Præmonstratensis Generalis Præfectus.*

*Tom. 3. Vit. Sanctorũ, ad 6. diem Iul.*

*Breuis descriptio vitæ S. Norberti.*

Diuus

*it Quod expergefactus suis aperiens Fratribus, Regulam afferri iussit, iuxta quam in Christi Natalitio vitam formare incepit: cui singuli ex animo subscripsêre. Ne verò inter suos, vel alios aliqua de veste æmulatio superstitiove oriretur, vestem candidam, vitam immaculatam, & Angelicam significantem, elegit. Apocal. Ioan. 20 & Ezech 44 Hoc habitu se vnà cum Confratribus Anno 1120 ornauerat. Postea Fratribus, vt Diuini cultus iugis fieret celebratio, ex iussu Norberti longum post ieiunium pro reuelatione loci orantibus, Dominica Crux Solis coruscans radijs apparuit. Quæ postea ædificantibus illis rursum vbi nunc est Ecclesia miraculose visa est. Anno dehinc 1126 in Archiepiscopatum Parthenopolitanæ, alias Magdeburgensis Ecclesiæ electus est Spiræ quem omnis populus am babus porrectis manibus arreptum Regi Lothario, & Cardinali Romano præsentauerat. Atque tunc Regi illi approbatus, statim à Cardinale confirmatur. interim Spiritu sancto repletus Norbertus, officij sui haud immemor, crebras Spiræ de salutis cura habuit conciones. De Ecclesia quoque Parthenopolitana translatis Canonicis, Fratres eorum loco subordinauit. Tandem Episcopatu sapienter ac fideliter administrato grauissima præuentus ægritudine debitum Deo spiritum reddens, nec non astantibus benedictione data, beato fine in Domino obdormiuit, Anno Deiparæ Virginis 1134. Octauo Idus Iunij, anno 5. Innocentij. 2. Papæ, & 9. Lotharij Imperatoris. Interim hoc monumento clauditur, quandoque vocem Dei filij auditurus, & cum eis, qui bona egerũt in resurrectionem vitæ processurus.*

*Eligit habitum Candidum*

*Rapitur ad Archiepiscopatum.*

*Habuit crebras Conciones ad populum.*

*Moritur.*

Porro fertur nunc hoc sepulchrum esse multa lapidum congerie coopertũ ab hæreticis Magdeburgensibus, cũ depræhēdissent voluisse Ordinis nostri Proceres illud trasnferre. De hoc Norberto fundatore nostro hos versus in eodem Codice reperi.

*Fœlix NOBERTVS primus Pater Ordinis huius,*
*Gaudet quod meritis eius pater Hugo fauetis.*
*Fœlix nimirum qui mundi culmina spreuit,*
*Subiectisque sibi Christi pasemina seuit.*
*De quibus est ortus mirabilis vndique fructus,*
*Fructus, quo multos Claustralis Regula saluat.*
*Fructus qui cœli feliciter horrea stipat.*
*Spiritus insignis, Diuini muneris ignis*
*Hunc illustrauit doctrina clarificauit,*
*Cœlitus inflammans, magnis Doctoribus æquās.*
*Hic meritis clarus, gerit indelebile nomen,*
*Nam paupertatem veram constanter amauit.*
*Dæmonis incursus fidei virtute fugauit.*
*Hic vas æterni verbi pacisque minister,*
*Pacem firmauit, discordes concil auit.*
*Hic sublimatus prouectus Pontificatus,*
*Vir fuit insignis, crux prauis, forma benignis,*
*Et sydus clarum circa res Ecclesiarum.*
*Fœlix, qui gladios potuit securus adire,*
*Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa,*
*Nec dubitare mori Christi connexus amori.*
*Fœlix, cuius erunt Domino veniente manipli,*
*Quos bonus assumet Iudex ex Ordine nostro,*
*Hoc apud examen nos gratia protegat. Amen.*

*Ord. de S. Norberti, cur dicatur Præmonstratensis.*

*Secunda instructio.* Hic Ordo dicitur Præmonstratēsis, vel quia locus in quo fuit primũ Cœnobiũ, caput totius Ordinis ædificatũ, antea Pręmonstratũ vocabatur, vt refert Surius in

vita

vita S. Norberti his verbis. *victus tandem ipsius (videlicet Bartholomæi Episcopi Laudunensis) & multorum aliorum tam Religiosorum quam Nobilium precibus, elegit locum valde desertum, & solitarium, qui ab incolis antiquitus Præmonstratum vocabatur: in quo, si quando Deus daret ei colligere socios, se mansurum spopondit.* Vel quia locus ille fuit Diuinitus viro Dei Norberto Præmonstratus, vt innuit idem Author his verbis: *veruntamen ne pusillus grex desperaret, & vt amicorum suorum corda lætificaret, & æmulis derogandi occasionem substraheret, num qua tali in loco posset esse commoditas, ipse circuiens considerare cœpit, & alios considerare præcepit; addens vt ad Omnipotentem Deum assidua fieret, & intenta orationum supplicatio; vt is ostēderet locum, in quo Diuinus cultus omni tempore posset peragi. Cumque multi assiduis precibus Domino isthoc commendarent, obnixè beneplacitum voluntatis eius ieiunijs, & orationibus exquirentes, apparuit cuidam visio manifesta satis & euidens, locum, & quæ in loco, & de loco erant ventura, aperta significatione denuncians. Nam ibidem, vbi præsens sita est Ecclesia, Dominus noster Iesus Christus tanquā pendens in cruce visus est, super quem septem Solis radij mirabilis claritatis fulgebant, & à quatuor partibus multitudo magna peregrinorū cum peris & baculis properabat; ijque flexis genibus adorato suo Redemptore, & pedibus eius dato osculo, quasi per licentiam recedebant, reuersuri. Quod cū viro Dei reuelatū fuisset, gratias egit Deo, qui seruis suis se in veritate quærētibus &*

Cap. 17. Tom. 3. ad 6. diem. Iunij.

Cit. loco. Cap. 24.

Visio de Præmonstrato.

*iustitia obsequentibus, de prateritis dat fiduciam, & de futuris secreta reuelatione notitiam:* vel quia vir Dei Belluam immanem, & quæ se omnibus Regionis incolis formidandam præbebat, Thomæ Comiti de Coufy monstrarat propinquam, adeo vt ipse Comes diceret Gallico idiomate, *tu me l'as de prez monstré.*

*Tertia instructio.* Huius Ordinis Professores militant sub Regula Diui Augustini, cum triginta alijs Ordinibus, inter quos edocti fuere Diuinitus Præmonstratenses ad eam præ cæteris Regulis amplectendam. Testes sunt Canonici Cappenbergenses in appendice post vitam sancti NORBERTI à Surio apposita. *Audiuimus* (inquit) *eundem veritatis assertorem in communi Capitulo hac, qua sequuntur prosequentem: Scio vnum ex Professionis nostra Fratribus, cui de Regula nostra indaganti studiosius, non quidem suis meritis, sed Fratrum orationibus, Beatus visus est Augustinus qui & auream Regulam à latere dextro prolatam, illi porrexit; seque luculento sermone intimauit, dicens: Quem vides, Augustinus ego sum Hipponensis Episcopus. Ecce habes Regulam, quam ego conscripsi: sub qua si bene militauerint Confratres tui, filij mei, adstabunt securi, in extremi terrore iudicij. Et quidem ista humiliter tanquam de alio prosecutus est: nos tamen ipsum fuisse, cui hoc reuelatum est, indubitanter aduertimus.*

*Sub Regula D. August. militant triginta Ordines & amplius.*

*D. Augustinus apparet sancto Norberto.*

*Quarta Instructio.* Eiusdem Ordinis Professores nuncupantur Canonici Regulares, quia ipse sanctus vir, eiusdem Ordinis fundator, ac eius socij fuere ante conuersionem Canonici sæculares, cui titulo penitus renunciare etiam post conuersionem noluerunt, vt eleganter de-

*Cur Præmonstratenses vocentur & sint Canonici Regulares.*

scri-

ſcribit Surius in eius vita. *Cap. 22.*

*Quinta Instructio.* Hic Ordo fuit in primæuo sui flore, tantis priuilegijs ab Apoſtolica ſede dotatus, vt hodie in Cancellaria Romana vnus ex quatuor Ordinibus priuilegiatis appelletur, & intantum in ſui exordio creuit, vt mille & octingenta eius Cœnobia numerarentur. Hanc Ordinis ſui propagationem futuram viſione ſibi Diuinitus facta acceperat vir ſanctus, antequam Præmonſtratenſis Eccleſiæ fundamenta iaceret, vt in exhortatione ad Fratres facta videre eſt, quę refertur à Surio, his verbis. *Ibidem vbi præſens ſita eſt Eccleſia, Dominus Ieſus Chriſtus tanquam pendens in cruce viſus eſt, ſuper quem ſeptem ſolis radij mirabilis claritatis fulgebant, & à quatuor partibus multitudo magna peregrinorum cum peris & baculis properabat; ijque flexis genibus adorato ſuo Redemptore, & pedibus eius dato oſculo, quaſi per licentiam recedebant, reuerſuri. Quod cum viro Dei reuelatum fuiſſet, gratias egit Deo, qui ſeruis ſuis ſe in veritate quærētibus, & in fide & iuſtitia obſequētibus, de præteritis dat fiduciam, & de futuris ſecreta reuelatione notitiam. Et poſt hæc exhilarata facie, aſſumpta fiducia, Eia, inquit, Fratres, eia fratres dilectiſſimi: accingimini & eſtote viri fortes: vobis plurima bellorū genera præparantur, quæ ab hoſtibus tā viſibilibus quam inuiſibilibus futura ſunt. Sed noui tyrones, qui venerunt per viſionem, viſibiliter venturi ſunt, & accepto præcepto & obedientia ab eo, qui Patri fuit obediens, vobiſcū ſunt vſque ad conſummationem bellaturi. Verbum hoc verum fuit, quod ſubſequuta actio quotidie declarat in his, qui*

*Ordo Præmonſt. vnus eſt ex quatuor Ordinibus priuilegiatis.*

*Numerus Cœnobiorū eiuſdem Ordinis.*

*Ca. 24. vitæ ipſius.*

*relictis omnibus, vt peregrini veniunt, & professione facta, quasi osculo dato, ad obtinendas praelio rum acies, ad diuersas nationes recedunt.* Extitisse autem aliàs in nostro Ordine 1800. vel circiter numero Cœnobia ex multis antiquis Ordinis monumentis, quæ passim in cœnobijs, quæ me contigit pro ratione muneris mei visitare, didici; potissimum vero in Cœnobio Cellę superioris prope Herbipolim, & Slagæ in Austria. In quorum posteriori hæc in aula ipsius exarata visuntur.

*Ordo Præmonstratensis Fratrum sub Regula S. Patris Augustini militantium, prima sui fundatione institutus est à sancto Norberto Magdeburgensis Ecclesiæ Archiepiscopo, Anno Domini 1120 regnāte Paschali eius nominis secundo summo Pontifice. Dinumerata sunt vbique terrarum huius candidæ familiæ Cœnobia ante annum 1200. in vniuersum 1800. Canonicorum quidem 1300 Sanctimonialium vero 500. exceptis Prioratibus, & aliis domibus minoribus.* In priori vero hęc desumpta ex vetusto codice Steinueldensis Monasterij eiusdem Ordinis leguntur.

*ANNO Domini M. C. vigesimo. Sub Romano Pontifice Domino Papa Paschasio 4. Initium sumpsit Ordo Præmonstratensis in Laudunēsi Diœcesi, à Reuerendo Patre nostro NORBERTO Archiepiscopo Magdeburgensis Ecclesiæ. Qui à Deipara Virgine Maria edoctus, vt ipse Ordinem à supradicto Papa Apostolico peteret: & post hoc, locum, vbi caput, summum Monasterium, & mater Ecclesiarum Ordinis esset construēdum, sibi eadem virgo gloriosa præmonstrauit: vnde & ipse Ordo NORBERTINVS, & Præmonstraticus nuncupatus est. Et hæc est vera summa Claustrorum, siue Mo-*

*naste-*

nasteriorum ipsius Ordinis prælibati Præmonstratensis. Mille Abbatiæ. Trecenta Præpositurae. In Curia Romana, ipsius Ordinis Fratres, Canonici describuntur & appellantur: quia eorum Ordo, secundum Regulam B. Augustini est institutus. Item Cœnobia Canonissarum sororum, quæ vocantur Sanctimoniales, sunt quingenta. Insuper in Ordine præfato sunt sedecim Episcopatus: de his sunt septem Archiepiscopi, & nouem Diœcesani Episcopi. Vnde prouido consilio, ipsi Episcopi statuerunt, omnibus Promotoribus, & familiaribus prædicti Ordinis, quocumque modo, diuino zelo succensi, beneficiis suarum facultatum, sanis, vel infirmis, eleemosynarum suarum subuentionibus, consilio & auxilio siue quocumque modo, Ordinem eundem promouerint, vicem eisdem volentes rependere: omnibus verè pœnitentibus, contritis & Confessis, trecentas Carenas (est autem Carena pœnitentia à Sacerdote imposita: quod pœnitens, per annū, singulis septimanis debeat, ferijs 2. 4. & 6. ieiunare saltem in pane & aqua.) quingentos dies criminaliū, & quinque annos venialium, misericorditer in Domino relaxari. Itē Dominus Abbas Præmonstratensis, cum toto Capitulo Generali, & vniuersis Abbatibus ac Prælatis, per vniuersum Ordinem, plenam conferunt Fraternitatem. Et præscripti nostri Ordinis Promotores sunt participes omnium orationum, Vigiliarum ac Missarum, quæ quotidie fiunt in prædicto Ordine, in singulis Ecclesijs Cathedralibus & Conuentualibus.

In Ordine Præmonstr. fuerūt septē Archiep. & nouem Episcopatus.

Indulgentia benefactorib. Ordinis Præmonstratensis concessa.

Nam continuè, iugiter, & singulis diebus, in ordine nostro, quinque millia Missarū coplentur. In qualibet enim Ecclesia nostri Ordinis, tam Cathedrali, quam Conuentuali, tres Missæ quotidie cōplentur, pro omnibus Promotoribus & benefactoribus nostri Ordinis, pro viuis ac defunctis. Prima pro peccatis. Secunda de B. Virgine. Tertia pro defunctis & præcipuè apud nos, & in cœmiterijs nostris sepultis. Itē in maioribus Festiuitatibus, in quibus processiones fiūt, & cūctis Dominicis diebus, ob reuerentiā Domini nostri Iesu Christi, & gloriosæ Virginis Mariæ, necnō omniū Sanctorū, omnibus


Numerus Missarum, quæ celebrantur in Ordine posita.

*fidelibus processiones easdem deuotè sequentibus dantur trecenti dies criminalium, & tres anni venialium peccatorum.*

*Itèm in quacumque Festiuitate Prælatus Ordinis ipsius loci, publicam celebrauerit Missam, quingenti dies criminalium; & quinque anni venialium dantur, omnibus Missam deuotè audientibus. Et hæc Indulgentia præscripta, præfato Ordini Præmonstratensi, est à sancta Sede Apostolica liberè concessa, & Priuilegiis ac Bullis specialibus, quæ in ipsa Ecclesia Præmonstratensi habentur, plenariè confirmata. Et præscriptæ Indulgentiæ confirmatæ sunt, & approbatæ per speciales Bullas Romanorum Pontificum, videlicet, Honorij, Eugenij, Martini, Gregorij, Benedicti, Clementis, Bonifacij, atque Alexandri. Quorum quilibet speciali fauore Ordinis motus, præallegatas Indulgentias sigillatim confirmauit, septem annos adijciendo. Ac demum Dominus Ioannes Papa, huius nominis vicesimus primus, easdem Indulgentias vberius confirmauit, quinque annos superaddendo. Postremo vero Dominus Vrbanus Sextus sæpedictas Indulgentias perpetuò confirmauit, vnum subiungendo annum. Et præscriptæ Indulgentiæ, &c. extendunt se ad Ecclesias nostri Ordinis, etiam Parochiales, & Filiales, quibus Ordo præest, ita tamen quod prima tantum Dedicationis, vel Patroni, alicuius Ecclesiæ Parochialis seu Filialis pronunciari, vel impartiri possint.*

## SPECVLVM CXII. ET VLTIMVM.

*In quo apparet Index plurimorum Cœnobiorum nostri Ordinis; & in quo conspiciuntur ea, quæ Author notatu digna in illis Cœnobiis reperit.*




*Rima instructio.* In hoc Indice, Candide Lector, quingenta tantum vel circiter nostri Ordinis Cœnobia reperies; nõ quod plura nõ fuerint. Fuerunt enim alias circa annum 1200. circiter 1800. vt ex antiquis Ordinis nostri monumentis in superiori Speculo docuimus: sed quod lapsu temporum, occulto Dei iudicio, & peccatis nostris id exigentibus, perierint; vel solo æquata ab Ethnicis, vel hęreticorum rabie subuersa, vel in Præbendas sæculares, vnde plurima prodierant, conuersa, vel in alium Ordinem translata, vel in Seminaria mutata. Quod vero attinet ad illa quingenta, de quibus hic fit mentio, non ideo numerantur, quod omnia extent, sed quia pars eorum maxima extat, & quę non extant, recenti memoria periêre; vel certè nobiliora, inter ea quę perierunt, fuere.

*Quomodo plurima Cœnobia Ordinis Præmonstratensis perierint.*

*Secunda instructio.* Circaria in Ordine nostro, nihil aliud est, quã id quod cęteri Ordines Prouinciam vocant. Prouinciam autem Ordo noster vocat Circariã à circumeundo, quia Visitatores Prouincias suas quotãnis visitare debent. Vnde in Constitutionibus nostris Visitatores, annui Circatores vocãtur. Habetur enim Dist. 4 *Cap. De Annuis Circatoribus, id est, Visitatoribus.*

*Quid sit Circaria.*

# ADMONITIO AD LECTOREM CIRCA SEQVENtem Indicem.



CVM in Monasteriorum nostrorum Catalogum (Benigne Lector) multiplex mendum irrepsisse animaduerterem, iniuriâ seu oscitantiâ veterum, opinor, Amanuensium (nam longè ante inuentam Chalcographiam initus est iste domorum nostrarum numerus) & inprimis nomina Episcopatuum præsertim exterarum nationum, minus fideliter reddita, passim occurrerent; dedi operam vt collatis nominibus Diœceseon citatarum cum ijs partim, quorum Catalogum ex libro Cancellariæ Apostolicæ exceptum Doctissimus Iurisconsultus Petrus Rebuffus coniecit in medium libri, quem praxim Beneficiorum inscripsit: partim cum ijs, quæ Clarissimus Cosmographus Antonius Maginus in calce fere Capitum suæ Cosmographiæ percenset, nostrum hunc Catalogum integritati pene restitutum reciperes. Qua de re tam summatim in præsentia, quam sigillatim subinde admonendum te existimaui.

# INDEX COENOBIORVM ORDINIS PRAEMONSTRATENSIS PER CIRCARIAS & Diœceſes diuiſus.

## CIRCARIA FRANCIAE SIVE GALLIAE.

### *In Diœceſi Laudunenſi.*

PRAEMONSTRATVM mater omnium aliarum Eccleſiarum Ordinis Præmonſtratenſis, & pulcherrimum totius orbis Cœnobium. In eo requieſcunt oſſa plurima ex vndecim millium Virginum, & S. Gerconis ac ſociorum Reliquijs, quę ſancto Norberto reuelata fuêre, vt refert Surius in vita cit. ſancti Norberti.

*Primus & ſummus Ordinis Pater ac Præfectus.*
*Reliquiæ ſancti Gereonis & Vndecim millium Virginũ.*
*Cap. 21.*
*Tomo 3.*

*Sanctus Martinus in Lauduno ciuitate.* Filia Præmonſtrati, ſecundum Ordinis Cœnobiú, cuius Abbas dicitur ſecundus Ordinis Pater, & Viſitator ipſius Cœnobij Præmonſtratenſis, cũ Abbatibus Floreffienſi & Cuiſſiacenſi. In eo quieſcit brachium glorioſi Martyris Laurentij, conſtás ſuis omnib. partibus, videlicet carne, oſſe, quá ex colore vſtulatá facilè agnoueris.

*Secundus Pater Ordinis.*
*Brachium ſancti Martyris Laurentij.*

*Cuiſſiacum.* Filia Præmonſtrati, quartum Ordinis Monaſterium ratione dignitatis. Abbas enim eius loci, quartus Ordinis Pater nuncupatur.

*Quartus Ordinis Pater.*

*In Diœcesi Sueßionensi.*

*Brana.* Filia Præmonstrati. Cœnobium D. Euodio sacrum, & extructum atque fundatum à D. Agnete Comitissa Branensi, multis Principum sepulchris, & fenestris vitreis à quadam Angliæ Regina transmissis gloriosum; maxime vero obsacratissimam Hostiam Corporis Christi, qui anno 1133. in specie visibili, cruci affixus, ad confundendam perfidiam Iudæorum, qui aderant, & quorum conuersionem procurabat præfata Comitissa, & qui hoc viso miraculo in Iesum Christum credentes baptizati fuerunt, apparuit, tempore Henrici Archiepiscopi Rhemensis, Anselmi Episcopi Suessionensis, & Petri Abbtis Branensis, qui intererant; quæ quidem Hostia ibi summo cum cultu asseruatur, & à peregrinis singulis quibusque Ferijs quintis visitur.

*Apparitio Christi in Hostia cõsecrata.*

*Charthonorum.* Filia Belli loci. Cœnobium duabus leucis à Brana distans, in loco amœno, & sabuloso.

*Vallis Christiana.* Filia sancti Martini. Cœnobium, in quo honorantur ossa sancti Gisleni, duabus leucis à Valle secreta remotum, per quod transmeat fluuiolus fertilissimus.

*Vallis Serena.* Filia Præmõstrati. Cœnobium D. Virgini sacrum, cui nomen admodum conuenit propter vallis serenitatem; distat à Suessione tribus leucis.

*Vallis Secreta* Filia Præmonstrati. Cœnobiũ D. Virgini sacrum, fœliciter Reuerendissimi Generalis moderni speciali regimine à triginta annis vel circiter decoratum, & distans à Castro sancti Theodorici media leuca.

*Locus Restauratus.* Filia Cuissiaci. Cœnobiũ

restauratione dignum, non longè ab vrbe Crepiaco distans.

*In Diœcesi Meldensi.*

*Bonolium.* Filia Præmonstrati. Præpositura, quæ extat quidem, sed nullos habet incolas Religiosos. Eius enim redditus ad Præmonstratum, ex quo dependebat, tanquam membrum, deuoluti fuere.

*Camera Fontis.* Filia Vallis secretæ. Cœnobium inter Domnum Martinum in Goella, & ciuitatem Meldensem situm, in loco non parum amœno.

*In Parisiensi Diœcesi.*

*Sanctus Saluator.* Prioratus in Ciuitate Parisiensi, quem nobis à triginta aut circiter annis ademit eadem Ciuitas.

*Hermeria.* Filia Vallis secretæ. Cœnobium in planitie situm, & à Parisijs quatuor leucis remotum.

*In Diœcesi Senonensi.*

*Dei Locus.* Filia Vallis secretæ. Cœnobium in Ducatu Burgundiæ situm.

*Sanctus Paulus.* Filia Dei loci. Cœnobiũ propè mœnia Senonensis ciuitatis positũ.

*In Diœcesi Antisiodorensi.*

*Sanctus Marianus.* Filia Præmonstrati. Cœnobium ante aliquot annos extra, nũc intra mœnia Antisiodori. Celebrant officium Religiosi huius Cœnobij in parochia nostræ Dominæ exterioris, in qua est Campanile admodum insigne.

*In Diœcesi Trecensi.*

*Bellus locus* Filia Præmonſtrati. Cœnobium in Campania à duobus annis, vel circiter infulatum, ſumptibus cuiuſdam Abbatis ex conſiliario Pariſienſi.

*Baſſius Fons* Filia Belliloci. Cœnobium.

*Capella.* Filia Belliloci. Cœnobium.

*In Diœceſi Catalaunenſi.*

*Moncellum.* Filia Branæ. Cœnobium.

## CIRCARIA FLOREFFIÆ.

*In Diœceſi Namurcenſi.*

*Floreffia.* Filia Præmonſtrati. Tertium Ordinis Cœnobium ratione dignitatis, fundatum ab Illuſtri Comitiſſa Namurcenſi, nomine Ermenſendi. Abbas eius habetur in honore, tanquam tertius Ordinis Pater. In eo reperire eſt triginta vel circiter Canonicos Clauſtrales; quadraginta vero aut circiter Beneficiatos, quos pacifice fouet D. Henricus Erſelius Abbas modernus. In eodem, teſte Surio in vita ſancti Norberti, reliquit D. Norbertus pertrãſiens, partem Reliquiarum ſuarum. Viſuntur etiam in eo pulchra ædificia ad Patres Capituli Generalis excipiendos commodiſſima.

*Henricus Erſelius Abbas Floreffienſis. Cap. 21. vita ſitat.*

*In Diœceſi Leodienſi.*

*Mons Cornelij.* Filia Floreffiæ. Cœnobium eſt vno milliari vel circiter diſtans à Leodio. Illum montem nunc incolũt Carthuſiani. Canonici autem noſtri Ordinis

ſedem

sedem fixerunt Leodij, in quodam loco admodũ amœno prope Mosam, qui perpulchra Monasterij ædificia suauiter alluit adeo vt illud Monasterium Bellus reditus nuncupetur.

*Heylessim.* Filia Floreffiæ. Cœnobium in Brabantia, cuius Abbas modernus D Ioannes de Braze fuit à Reuerendissimo Generali, vice Abbatis Floreffiensis tunc ægrotantis, anno 1610. tanquam alter Visitationum in Belgio comes assumptus. *Ioannes de Braze Abbas Heylessimensis.*

*Lessis.* Filia Floreffiæ. Monasterium in suburbio Dinantij ad radices montis proximè impendentis, & ad litus Mosæ situm.

*In Diœcesi Cameracensi.*

*Bona Spes* Filia Præmonstrati. Cœnobium in Hannonia Virgini matri sacrum, iuxta vrbem Binchium situm, & multis naturę, ac gracilis aurę donis cumulatum. Primus huius Monasterij Abbas creatus fuit à Beato Hugone secundo Præmonstrati Abbate, qui vnà cum Præmonstratensi, Floresfiensi, Laudunensi, Antuerpiensi, & Viuariensi Abbatibus primum Capitulum Generale tenuit, vt fidem fecit Surius in vita S. Norberti. Et hinc origo Capitulorum Generalium, quæ vt sit manifestior, iuuabit Surium loquentē audire *Cap. 46. Origo Capitulorum Generalium.*

*B Hugo accepta à D. Norberto benedictione recessit, duobus adiunctis sibi socijs, de quibus præceperat vir Dei, vt alterum in Antuerpiensi Ecclesia Patrem alterum in Floresfiensi constitueret. Et sic factum est. Positus & consecratus est ille Pater in Præ-*

*in Præmonstratensi Ecclesia, & illi duo in duabus alijs supradictis. Sed & duo iam alij cõsecrati erãt in duabus alijs Ecclesiis, Laudunensi S. Martini & Viuariensi. Isti quinque, & sextus, quem ad locum qui dicitur Bona Spes, statim post introitum suum Abbas Præmonstratensis ablegârat, imminentem dissolutionem Ordinis in plerisq; locis videntes, & maiorem futuram metuentes ad diem statutum in loco determinato conuenerunt; & quicquid ad præsens in domibus suis superfluum videbatur esse, recidentes, deinceps ad exemplũ Cistertiensis Ordinis annuatim se reuersuros simul ad Ordinis sui sinistra corrigenda firmauerunt. Quod cum in locis alijs diuulgatũ fuisset si in primo anno sex, & in secundo nouem fuissent, in tertio duodecim, in quarto decem & octo fuêre: & ita deinceps multiplicati sunt vbique terrarum, sicut voces & actus eorum & opera vsque in præsentem diẽ testantur.*

*Sanctus Follanus*. Filia Præmonstrati, gerens ipsissima Præmonstratensis Ecclesiæ insignia, & situm prope vrbem Sognegiensem in loco mediocriter alto.

*In Diœcesi Laudunensi.*

*Clarus Fons*. Filia Præmonstrati. Cœnobium prope Capellam in Tierasca situm.

*Tenolium*. Filia S. Martini Laudunensis. Cœnobium S. Mariæ sacrum, non longe à Veruin in Tierasca situm in loco editiore, inter paludes tamen.

*Bucilium*. Filia Præmonstrati. Cœnobiũ præclaro Abbate Doctore, & verbi Diuini præcone licet cæco exornatum.

*In Diœcesi Rhemensi.*

*Caluus Mons*. Filia Præmonstrati. Cœnobium.

*Septem Fontes in Tierasca*, Filia Floreffiæ. Cœnobium.

*Mare*, alias *Vadum*. Filia Clari Fontis. Cœnobium propter aquam perfluentem sic vocatum, & prope quercum populosam situm.

*Vallis Dei*. Filia sancti Martini Laudunensis. Cœnobium ad ripam fluuij Salmonibus abundantis positum.

## CIRCARIA PONTIVI.

*In Diœcesi Ambianensi.*

*Siriacum in Pratis*. Filia Domni Martini. Cœnobium fluuij pertranseuntis commoditate, & pratorum, in quibus situm est, multitudine iucundum.

*Sanctus Iodocus in nemore. Alias Domnus Martinus* Filia Præmonstrati. Cœnobium multis Ordinis præeminentijs clarum.

*Sanctus Andreas*. Filia Domni Martini. Cœnobium prope Hedinum in Artesia pulchri admodum prospectus, & agriculturæ optimæ.

*Sanctus Petrus Selincurtis*. Filia Domini Martini. Cœnobium in Picardia, lachryma vna Redemptoris collecta à S. Maria Magdalena opulentum, quam huc & illuc in theca crystallina, ad motum thecæ vagantem, anno 1601 videre merui. *Lachryma Christi.*

*Sanctus Ioannes Ambianensis*. Filia Domni Martini. Cœnobium in Picardia olim insigne prope mœnia Ambianensia, nunc solo pene, tempore cladis Hispanicæ æquatum, est in ciuitate quomodocumque restitutum.

*Bessunum*. Filia sancti Ioannis Ambianensis. Cœnobium.

*In Diœcesi Bellouacensi.*

*Iodocus Coquotel Ordinis Vicarius.* S. *Iustus*. Filia Domni Martini. Cœnobium non longè à Bellouace distans, ex quo prodijt D. Iodocus Coquotel totius Ordinis ante triginta annos Vicarius.

*In Diœcesi Rhotomagensi.*

*Marchasium Radulphi*. Filia Domni Martini. Cœnobium à Ressonio itinere duarum horarum distans.

*Ressonium*. Filia S. Ioannis Ambianensis. Cœnobiũ in planitie nõ mediocri situm.

*In Diœcesi Carnotensi.*

*Reliquiæ S. Thomæ Cantuariensis.* *Alba Curia*. Filia Marchasij Radulphi. Cœnobium in Gallia, in quo etiam nunc visitur cubiculum sancti Thomæ Cantuariensis Martyris. Ibi enim aliquot annos exegit.

*Insignia Regni Galliæ Diuinitus data. Corpus sancti Bartholomæi Apostoli.* *Gaudij Vallis*. Filia Præmonstrati. Cœnobium, in quo insignia Regni Galliæ Diuinitus allata prope fontem quendã reperta fuere; & in quo sacrum sancti Bartholomæi Apostoli corpus cum magno honore conseruatur, & peregrinis ex omni Galliæ parte conuenientibus ostenditur.

*Grandis Campus* Filia Præmonstrati. Cœnobium, quod tumultu bellorum ante aliquot annos solo pene æquatum, D. Adrianus de Guechart Doctor Theologus, & eiusdem Monasterij Abbas paulatim restituit.

Adrianus de Guechart Doctor Theolog.

## CIRCARIA BRABANTIAE.

*In Diœcesi Antuerpiensi.*

*Sanctus Michael in ciuitate Antuerpiensi.* Filia Præmonstrati. Cœnobium percelebre ac viris doctis abundans. Olim fuit Parochia totius vrbis sancto Norberto collata, ob profligatam hæresis Tanchelinæ impietatem, vt narrat Surius in vita sancti Norberti.

*Hæresis Tanchelina profligata.*

*Ca. 34. To. 3.*

*In Diœcesi Sylueducensi.*

*Tungerleium.* Filia Ecclesiæ sancti Michaelis Antuerpiensis, vel, vt alij volunt, Præmonstrati. Cœnobium ædificiorum magnitudine & pulchritudine insigne, & adeo opulentum, vt eius redditus summã octoginta millium Florenorum excedere dicãtur: quorum partem Episcopo Syluéducensi Summus Pontifex à paucis annis assignauit.

*In Diœcesi Meclinensi.*

*Grimberch.* Filia Præmonstrati. Cœnobium loci amœnitate præclarũ, & Principibus Apostolorum Petro & Paulo sacrum.

*Parcum* Filia Ecclesiæ S. Martini Laudunensis, Cœnobium prope Louanium sitũ,

quod merito nostri Ordinis Louanium & literarum Præmonstratensis Ordinis emporium nuncupes. Vix enim inter illius Monasterij Religiosos (qui sunt in magno numero) alius mihi ibidem existenti occurrit, quàm sacrę Theologiæ Licentiatus vel Baccalaureus. Hinc est quod etiã ibidem videre est Religiosos Regularum, ac Statutorum suorum sedulos obseruatores.

*In Theologia Licentiati.*

*Honbeka*, vel Genberch. Filia Parcensis.

*Gethen*, alias Diligom. Cœnobium vna leuca à Bruxellis distans. Filia Præmonstrati.

*Vallis Liliorum*. Filia Præmonstrati. Præpositura Sororum extra vrbem Meclini-ensem; nunc tamen in vrbe Mecliniensi ob bellorum tumultus sedem Sorores illę fixerunt.

*In Diœcesi Gandauensi*

*Niniue*. Filia Parcensis. Monasterium in æstate ob riuulorum illud oppidulum alluentium multitudinem peramœnum. Fuit bellorum rabie disiectum, sed nunc suo pene nitori, industria ac frugalitate moderni Abbatis restitutum.

*In Diœcesi Leodicnensi.*

*Partenen* Filia Ecclesiæ Sancti Martini Laudunensis. Cœnobium.

*Auerbodium* Filia Ecclesiæ Sancti Michaelis Antuerpiensis. Cœnobium.

*Insula Ducis*, seu Ramsdocle. Filia Ecclesię S. Michaelis Antuerpiensis. Præpositura

tura Sororum.

*Guuens.* Filia Partenensis. Præpositura Sororum.

*Guenpech.* Filia Parcensis. Cœnobium.

*Kainsebech* Filia Auerbodiensis. Cœnobiū

*In Diœcesi Traiectensi.*

In hac Diœcesi hoc miraculum patrauit vir S. Norbertus, referente Surio, in Appendice Cappenbergensium de Patre Norberto his verbis. *In vita S. Seruatij legimus, quod defuncto eodem Præsule sanctissimo, sericū quoddam populo spectante, multumq; admirante, Angelicis allatum manibus, super illius venerabile corpus positum est. Quapropter idem sericum in Traiectensi Ecclesia summa honoratur reuerentia præcipuaq; conseruatur & obseruatur diligētia. Cùm ergo vir Dei Traiectum deuenisset, petijt hoc sibi sericum demonstrari. At illi cœperunt simul omnes excusare; præsertim cùm vel ipsum scriniū, in quo repositum erat, introspicere nullus auderet. Sed quid multa? Tandem viri Dei obtinuit petitio. Cumq; in eius præsentia sacrū aperuissent repositorium, subitò ecce sericū illud (mira dicturus sum) mirabili & diuino quodam impulsu subuectū euolauit, ipsamq; basilicam aliquanto spatio circumuolans, tandem se ad summa templi prope laquearia displicatum continuit, & illic quodā quasi remigio alarū librabatur annixum. Quo viso stupendo exclamantibus, alijs penitus sibi substrahendum cum luctu formidantibus, vir Dei rem tacitus considerans, Missarū adorsus est solennia. Quæ dū ageret, ecce sericum se recomplicans super expansa Sacer-*

Tom. 3.

Miraculum à S. Norberto patratum circa velum sancti Seruatij.

Res mira de panno serico.

*tis lentè se dimisit brachia. Quod ipse venerabiliter suscipiens, loco suo restituit. In hoc igitur facto & meriti gloriam in Præsule Seruatio, & fidem atque orationis virtutem in suo famulo Deum declarasse non dubito.*

*Vallis sanctæ Catharinæ.* Filia Præmonstrati. Cœnobium Sororum.

*Vallatriũ* siue Vallacrium. Filia Ecclesię S. Michaelis Antuerpiensis.

*Bernensis* Filia Insulæ B. Mariæ.

*Insula sanctæ Mariæ.* Filia sancti Martini.

*Henesperch*, aliâs Campus Regius. Filia insulæ B. Mariæ.

*Capellim*, siue Cappelkin. Monasterium. Filia Ecclesiæ S. Michaelis Antuerpiensis.

*Vveinperga.* Cœnobium florentissimum ac reformatissimum, *36*. Sanctimonialium, est sub Steinueldt.

*Reekem.* Filia Belli reditus, vel Præmonstrati. Præpositura Sororum, duabus leucis à Traiecto remotum & ad littus Mosæ situm. Eius administratio pertinet ad Abbatem Belli reditus

*Sanctus Gerlacus.* Filia Præmonstrati. Præpositura Sanctimonalium non longe distans à Reekem.

## CIRCARIA FLANDRIÆ.

*In Diœcesi Cameracensi.*

*Mons sancti Martini.* Filia sancti Martini Laudunensis. Cœnobium.

*In Diœ-*

*In Diœcesi Nouiomensi.*

*Veromandia.* Filia Montis sancti Martini. Cœnobium.

*In Diœcesi Atrebatensi.*

*Viconia.* Filia sancti Martini Laudunensis Cœnobium in Hannonia prope Valencenas, Beatæ Virgini sacrum, prædiues, aquarum varijs meatibus ac loci amœnitate pernosigne, habens porticus immensæ pene longitudinis, Refectorium admirabilis structuræ, & Bibliothecã artificij nulli sibi similis. In eo visuntur triginta nostri Ordinis canonici Claustrales.

*Bibliotheca admirabilis.*

*In Tornacensi Diœcesi.*

*Castellum Mauritaniæ.* Filia Viconiæ. Cœnobium Diuo Martino sacrum, Scalda & Scarpa fluuijs conuenientibus cinctum.

*In Diœcesi Gandauensi.*

*Trum Iltinonum.* Filia Ecclesiæ sancti Martini. Monasterium vno milliari vel circiter distans à Gandauo, & suis incolis tam ob ruinas bellorum rabie factas, quam hæreticorum incursiones destitutum. Nunc enim eiusdem Canonici illorum bellorum exitum Gandaui præstolantur.

*In Diœcesi Morinensi.*

*Furnẽ.* Filia Grimbergensis. Cœnobium D. Nicolao sacrum, ante aliquot annos extra, nunc vero, bellis cõpellẽtibus intra mœnia vrbis Furnensis. Ab hoc Cœnobio nõ lõge distat Monasterium quoddã Ordinis Cisterciẽsis vocatũ, *Dunẽse*, olim duabus

leucis ab Oceano remotum, nunc vero eiuſdem arenis coopertum. In quo fuere aliàs, vt eius regionis narrant incolæ, quadringenti Conuerſi, ſic opus manuum exercentes, vt nullum aliud prædicti incolæ emporium, quã Dunenſe, neceſſariorum ſibi comparandorum cauſa, frequentarent.

*In Diœceſi Bolonienſi,*

*Liskenum*. Filia Sancti Martini. Cœnobium duabus leucis à Caleto di..ns, ſanctæ Mariæ ſacrum.

*S. Auguſtinus Morinenſis*. Filia Furnenſis. Cœnobium nullis mœnibus cinctum, ſed à canibus cuſtoditum.

*S. Chderampz*. Filia Liskenenſis. Cœnobium Sororum.

## CIRCARIA LOTHARINGIAE.

*In Diœceſi Rhemenſi.*

*Bella Vallis*. Filia Præmonſtrati. Cœnobium in Argona, D. Mariæ ſacrum, & ab Epiſcopo quodam Virdunenſi conſtructum, ac inſigniter dotatum, multorumq; Lotharingiæ Monaſteriorum ſeminarium. In eo antiquitus erant ergaſtula, quibus improbi Religioſi huius Circariæ detinebantur.

*In Diœceſi Lingonenſi.*

*Septem Fontes*. Filia Bellæ Vallis. Cœnobium prope Montem clarum, quondam

diues ac pulchrum, ſed nunc bellorum vi pene diſiectum. Viſuntur tamen adhuc ædes Abbatiales inſignis ſtructuræ, & à moderno Abbate reſtauratur Templum, vel potius nouum ſummo ſtudio ac diligentiā extruitur.

*Sancta Maria in Berck.* Filia Bellæ Vallis.

*In Diœceſi Tullenſi.*

*Ianduria.* Filia Regiæ vallis. Cœnobium quadratorum lapidum ſtructura perpulchrum, non longè à Barro vrbe diſtans, & in hoc cæteris excellentius, quod vndique fluuiolo limpidiſſimo, murænis optimis abundante, cingatur Habet etiā capitulum totius Ordinis pulcherrimum Huius Cœnobij profeſſus erat Frater ac Dominus Martinus Burlerius. Reuerendiſſimi Domini Ioannis de Pruetis quondam Ordidinis noſtri Generalis Præfecti Vicarius Generalis, & Doctor Theologus.

*Martinus Burlerius Lotharingus, Vicarius Generalis. Capitulum pulcherrimū totius Ordinis.*

*Iouillaris.* Filia Regiæ vallis. Cœnobium omnium noſtri Ordinis, quæ vidi, ſaluberrimum, & aura ſuauiſſima præditum: vtpote quod ſit in ſummitate collis cuiuſdā, gratiſſimum & ampliſſimum proſpectum habentis, collocatum.

*Regia Vallis.* Filia Præmonſtrati. Cœnobium D. Virgini ſacrum, olim verè Regium, cuius primo Abbati nomine Huberto anno 1141. Henricus Tullenſis Epiſcopus altare loci Iouillaris conceſſit; vallem autem, in qua eſt Cœnobium Regiæ vallis

 dede-

zeium prope Nancæum; Palmare prope Metis: & Flinum iuxta Nomeniacum. In præfato Cœnobio nihil est quod ad ædificiorum structuram spectat insigne, præter Refectorium, quod est omnium totius Ordinis commodissimum, ne dicã pulcherrimum, si non extaret Viconiense. In eius autem Sacristia asseruatur caput S. Firmini Episcopi Ambianensis & Martyris, cuius causa frequens est ad hoc Cœnobium populi occursus.

*Caput sancti Firmini Episcopi Ambianensis & Martyris.*

*Cella Dominarum*, vulgò antiqua Abbatia. Filia sanctæ Mariæ in nemore, quondam Cœnobium Sanctimonialium, ab eodem Cœnobio S. Mariæ in regimine planè dependens, & D. Magdalenæ sacrum. Cuius Ecclesia, non ignobilis, adhuc extat in territorio præfatæ sanctæ Mariæ

*Regisualdis*, vulgò Rengisuallis. Filia Premonstrati. Cœnobium ædificiorum structura gloriosum; cui imminent ab Oriente montes, & à Meridie amplissima planities arridet. Distans à Tullo ciuitate itinere trium horarum, & à Cœnobio sanctæ Mariæ in nemore itinere quinque horarum. Constructum est anno circiter 1160 sub Alexandro tertio, & dotatum partim bonis à D. Havvida Comitissa de Aspero monte, & Petro Episcopo Tullensi cõcessis, partim bonis annuo censu à Capitulo cathedralis Ecclesię Tullensis, & Cœnobijs S. Mãsueti Tullensis, & S. Marię de Aspero

monte acceptis. In hoc Cœnobio quiescit gloriosum caput S. Matthæi Apostoli, insigni feretro coopertum, quod olim deprę cepto Episcopi Tullensis per vrbes & pagos venerationis ergò, circumferebatur, cum magno Cleri populiq; gaudio. Asseruantur etiã iunctura vnius digiti S. Nicolai, pars Cilicij S. Magdalenæ, & panni, quo Christus Dominus in præsepio inuolutus fuit, nec non Reliquiæ S. Christophori, ad quas venerandas frequens est populi vicinioris concursus.

*Caput sancti Matthæi Apostoli.*

*Reliquiæ sancti Christophori.*

*Mira vallis*. Filia Septem fontium. Cœnobium mirę humiditatis, ob aquas fõtanas & montanas perfluentes, opulentum tamen, & Principibus ipsis pergratum, & non longè à Nouo Castro distans.

*Bonum Fagetum*. Filia Flabonis montis. Cœnobium inter arbores fagos situm, Mirecuria oppido duobus circiter millibus passuum distans.

*Stiuagium*. Filia Flabonis montis. Cœnobium inter montes Vosagiæ super Mortã fluuium situm. Fuit olim Ordinis sancti Benedicti tempore nobilissimi viri Gaudeberti, qui abdicato Archiepiscopatu Senonensi primus fuit heremi de Vogaso habitator, & Senoniensis Monasterij Ordinis sancti Benedicti, quod construxit & dotauit, primus Abbas. Postea Monachis illis abiectis, Sanctimoniales eiusdem Ordinis eorum loco suffectæ, quæ etiam té-

poris

poris lapſu expulſæ, ſæculares Canonicos habuere ſucceſſores, qui tandem proprio nutu cum bona venia Mathildis Abbatiſſæ Andelacenſis monaſterij, cui Cœnobium Stiuagienſe ſubiectum eſt, in fauorem Canonicorum Ordinis Pręmonſtratenſis loco ceſſere. In hoc Monaſterio aſſeruatur ſacrum ſanctæ Richardis vxoris Caroli quondam Romanorum Imperatoris & eiuſdem Monaſterij fundatricis indusium: fuitque hoc Monaſterium eiuſdem precibus tantis priuilegijs, tam temporalibus, quam ſpiritualibus dotatum, vt vix in toto noſtro Ordine reperiri ſimile poſſit. Habet enim plurimos pagos vicinos iuriſdictioni ſuæ ſupremæ ſubditos, in quos non ſolum ius habet temporale, ſed etiam Epiſcopale: adeo vt per priuilegia Eugenij tertij anno 1147. & Petri Epiſcopi Tullenſis anno 1169. poſſit pleno iure Paſtores Eccleſiarum illorum pagorum inſtituere, qui ne quidem ſynodo Epiſcopali tenentur intereſſe; dummodo tam Epiſcopo quam Archidiacono quattuor ſolidos annuatim perſoluant, vt habent Bullæ Eugenij tertij & Petri Epiſcopi Tullenſis, quæ in præfato Stiuagienſi Monaſterio diligenter aſſeruantur. Porro hoc Monaſterium, quod in modum Caſtri admodū muniti mœnibus cinctum eſt, vocatur Stiuagium, à Stiua, aratri cauda; quia nimirum, vt deſcribit Author Nanceidos, cul

*Indusium S. Richardis Imperatricis.*

*Abbas Stiuagii Iurisdictionē habet Episcopalē in Sæculares Subditos*

tura, &

tura & aratro, atque rei rusticæ laboribus vitam sibi huiusce loci Patres locupletem reddunt. Templum ac multa huius loci ædificia fuere ab exercitu Principis Auriaci combusta, sed labore ac industria D. Antonij Doridaut Abbatis restituta nunc visuntur.

*Antonius Doridant Abbas.*

*Flabonis Mons*. Filia Bellæ Vallis. Cœnobium amplum & ædificiorum mole superbum, Comitatui Burgundiæ proximum; sic dictum, quod in eo flatus bonus, id est, grata aura vigeat.

*In Virdunensi Diœcesi.*

*Stagnum*. Filia Bellæ Vallis. Cœnobium Virgini Mariæ sacrum, ab eodem Episcopo, quo Bella Vallis constructum. Situm est prope Hatonum Castrum inter montes, ex quorum fontibus tria oriuntur stagna murænis accommodatissima.

*Sanctus Paulus Virdunensis* Filia Præmonstrati. Cœnobium sancto Saturnino Martyri Apostolorum discipulo, sacrum; ex Ordine sancti Benedicti in Ordinem Præmonstratensem opera Alberonis Episcopi Virdunensis, & sancti Norberti translatum, vt ex Authore historiæ Gallobelgicæ & Epistolis D. Bernardi, qui Monasterium illud suo Ordini ascribere eodem tempore cogitabat, manifestum est. Porro Monasterium est pingue admodum, & viris non mediocriter doctis solet exornari; cōstructumque est ab hinc quadraginta an-

nis

nis vel circiter in vrbe Virdunensi à Carolo Cardinali Lotharingiæ eiusdem Abbate, & Nicolao Psalmæo Episcopo Virdunensi, einsdemque Monasterij Religioso. Fuit tamen aliās multo maiori in honore, cum videlicet extra ciuitatis mœnia existeret, tum propter superbam ædificiorū, præcipue vero Templi, in quo tot erāt maiores fenestræ, quot dies in anno reperiebātur, structuram, tum propter immensum pene, in quem excreuerat, Religiosorum numerum, trecentorum videlicet, vt narrat Author citatus. In eo asseruantur corpora Sanctorum Pauli Virdunensis Episcopi, & Gregorij Episcopi Spoletani, qui craticulæ, quam ego Spoleti vidi, superpositus, ijsdem meruit, quibus beatus Laurentius, clarere miraculis. In hoc Cœnobio præsidet Frater ac Dominus Franciscus Sorcy Mecœnas meus, vir pruden tiæ singularis ac excellentis ingenij.

*Georgius Bigorgne, & Seruatius de Lairuelz Doctores Theologi.*

*Trecenti Religiosi.*

*Franciscus Sorcy sancti Pauli Vicarius Generalis.*

*Chrissem.* Filia Stagni. Sororum.

*Vallis.* Filia sancti Pauli. Cœnobium.

*In Diœcesi Metensi.*

*Sancta Crux.* Filia Bellæ Vallis. Cœnobium in suburbio Ciuitatis Metensis iuxta Mosellam situm, quod sui initio vocabatur, *Barn.* Postea vero occasione particulæ sanctæ Crucis ei à Iuuene quodam Flandro è Ierusale redeunte donatæ, temporibus Alexādri tertij Papæ, Friderici Romanorū Imperatoris, Ludouici Frācorū Regis, &

terea Vallis Saliuæ siue Salinæ nuncupatum. Hoc Cœnobium est in pingui territorio fundatum, anno 1180. à Comitibus Salmęis & Domina Maltilde de Hãbourg Comitissã. Habentur enim hæc in quodã Cœnobij diplomate. *Anno 1195. Domina Malthildis de Hambourg Comitissa Abbati & Fratribus Saliuæuallis ibidem Deo & B. Mariæ Virgini seruientibus in perpetuũ donauit pagum quendã, nomine Bourmont, cũ appendicijs.* In huius autem Bourmont Banno constructum fertur ipsum Cœnobium, cuius Ecclesiola prima adhuc extat, super quam est constructus Chorus, in quo nunc Diuinum Officium peragitur. In hoc loco asseruatur quædã zona byssina longitudinem vnius vlnę superans, coloris purpurei, quæ B. Virginis esse piè creditur. *Zona Beatæ Virginis.*

*Bellum Stagnum.* Filia Saliuæ-vallis, vel, vt alij volunt, sancti Pauli Virdunensis. Præpositura prope Metas, cuius adhuc aliqua restant ædificia ad Cœnobium Saliuæ-vallis, sicut & eius territorium pertinentia.

*In Diœcesi Catalaunensi.*

*VVaneium.* Filia sancti Pauli Virdunensis Præpositura Virginum. Cuius Templum adhuc extat, sed vno incola tantùm, videlicet, Præposito, sancti Pauli Virdunensis Canonico Regulari, decoratum.

## CIRCARIA BVRGVNDIÆ.

*In Diœcesi Bisuntinensi.*

*Corneolum*. Filia sancti Martini, vel, vt alij volunt, Ecclesiæ Vitis. Cœnobium in æstate amœnissimum ad ripam fluuioli fertilissimi, & ad rem domesticam curandam commodissimum, itinere vnius horę ab vrbe Grey situm.

*Bellus Campus*. Filia Corneoli. Cœnobi.

*Ecclesia de Vallibus*. Filia sancti Martini. Cœnobium.

*In Diœcesi Lausanensi.*

*Lacus*. Filia sancti Martini. Cœnobium.

*Fons Andreæ*. Filia Laci. Cœnobium.

*Humilis Mons*. Filia Laci. Cœnobium.

*Laus Dei*, aliâs *Godestar*. Filia Laci Cœno.

*In Diœcesi Basiliensi.*

*Bellalagia*. Filia Laci. Cœnobium insigne, & ad rem domesticam curandam aptissim.

## CIRCARIA ALVERNIÆ.

*In Diœcesi Aniciensi.*

*Doa*. Filia Præmonstrati. Cœnobium.

*In Diœcesi Claromontensi.*

*S. Gilbertus*. Filia Dei loci. Cœnobium.

*Sanctus Andreas*. Filia S. Gilberti. Cœnobium pręclarum in suburbio Claromōtis

*In Niuernensi Diœcesi.*

*Bella Vallis*. Filia S. Gilberti. Cœnobium

*In Diœcesi Andegauensi.*

*Prædium*. Filia Præmonstrati. Cœnob.

*In Diœcesi Pictauiensi.*

*Locus Dei in lardo*. Filia Præmonstrati. Cœnobium opulentissimum.

CIR-

## CIRCARIA NORMANIAE.

*In Diœcesi Abricensi.*

*Lucerna*. Filia Domni Martini. Cœnobium insigne.

*In Diœcesi Constantiensi.*

*Blancalanda*. Filia Domni Martini. Cœnobium insigne.

*In Diœcesi Baiocensi.*

*Ardena*. Filia Lucernæ. Cœnobiũ ab vrbe Cadomensi duabus leucis distans, in quo viget disciplina Monastica, ac communitas victus & vestitus.

*Bella Stella*. Filia Præmonstrati. Cœnobium, in quo aliâs vidi Priorem centum & quatuor annorum

*In Diœcesi Luxouiensi.* *Vel Lexouiensi.*

*Mons Auxilij*. Filia Lucernæ. Cœnobium.

*Mons Dei*. Filia Præmonstrati. Cœnob.

*In diœcesi Sagiensi.*

*Falesia*. Filia D. Martini. Cœnobium D. Ioanni sacrum propè mœnia Falesiana.

*Siliacum*. Filia Præmonstrati. Cœnobium.

*In Diœcesi Rhotomagensi.*

*Insula Dei*. Filia Siliaci. Cœnobium non ignobile.

*Bellesana*. Filia Insulæ Dei. Cœnobium.

*In Diœcesi Briocensi.* *Vel sancti Brioci*

*Bellus Portus*. Filia Lucenę. Cœnobium opulentissimum in Britannia inferiore prope insulã Brehac, & vrbem Pimpoul, habens ab vna parte pro muris mare Oceanum. Fuit olim Monasteriũ amplissimi

 ambi

ambitus ob montes, syluas, & stagna, quæ nunc sunt extra eius ambitum, quem tempore hyemis molestissimum esse expertus sum anno 1587. cum in illius Monasterij Visitatione Fratrem ac Dominum Franciscum Lœzeleul Vicarium Reuerendissimi D. Præmonstratensis, ac Doctorem Theologum comitarer.

*Franciscus Lœzoleul in Præmonstrato professus.*

*In Diœcesi Carnotensi.*

*Stella*. Filia Premonstrati. Cœnobium.

## CIRCARIA WASCONIÆ.

*In Diœcesi Auxitanensi.*

*Cambalonga*. Filia Casæ Dei. cœnobium insigne.

*In Conseranensi Diœcesi.*

*Casa Dei*. Filia Domni Martini, cœnob.

*In Diœcesi Aurensi.*

*Forte Aduensi.*

*Gratia Dei*. Filia casæ Dei. cœnobium.

*In Diœcesi Tholosana.*

*Capella*. Filia casæ Dei. cœnobium.

*In Diœcesi Narbonensi.*

*Fons Calidus*. Filia cambalongæ. cœnob.

*In Diœcesi Aquensi.*

*Villa Dei*. Filia casæ Dei. cœnobium.

*Arcosium. siue Arthosium*, Filia casæ Dei. cœnobium.

*In Baionensi Diœcesi.*

*Fontia*. Filia casę Dei. cœnobium

*Vrdays, siue Vrdatium*. Filia casæ Dei. Cœnobium

*Lidatium*. Filia casæ Dei. cœnobium.

*In*

*In Burdegalensi Diœcesi.*

*Plana Sylua.* Filia Præmonstrati. cœnob.

*In Hilerdensi Diœcesi.*

*Bellipodium.* Filia casæ Dei. cœnobium

*Ecclesia de Muro.* Filia Bellipodij. cœnob

*S. Pelagius.* Filia Retortæ. cœnobium

*S. Nicolaus.* Filia Bellipodij. cœnobium

*Est in Hispania.*

## CIRCARIA HISPANIAE.

### In hac Circaria Abbates sunt triennales.

*In Palentinensi Diœcesi.*

*Retorta.* Filia casæ Dei. cœnobium amplissimum.

*Sancta Crux de Moncon.* Filia Retortæ. cœnobium.

*Villa Maior.* Filia Vitis. cœnobium.

*In Diœcesi Burgensi.*

*Villa Mediana.* Filia sancti Christophori cœnobium.

*Aquilar. Sanctus Michael.* Filia Retortæ. cœnobium, olim Episcopatus, in nulla Prouincia existens, quia exemptus erat

*Episcopatus nostri Ordinis.*

*Sancta Crux de Rimoso.* Filia montis Pelagij. cœnobium.

*Sancta Maria de Villa aurea.* Filia Agratiensis. cœnobium.

*Sanctus Christophorus.* Filia Vitis. cœnobium.

*Buxetum.* Filia Aglariensis. cœnobium.

*Candida Gaza*. Filia Viridis Stagni. Cathedralis Ecclesia. In qua olim presidebat Abbas nostri Ordinis, qui etiã erat Episcopus, à suo Collegio Canonicorum Præmonstratensium, qui Cathedralem illam Ecclesiam occupabant, electus. *In Scotia* *Episcopatus.*

*Tongerlant*. Filia Cobdelan, siue Cocherfant. Cœnobium.

*Callat*. Filia Cãdidæ Gazæ. Cœnobium

*Sancti Andreæ*. Filia Alnevvich. Cœnobium.

*Neumburch siue Drieburge*. Filia Alnermick.

*In Diœcesi Driueldinensi.*

*Si in Anglia, forte Dulenẽsi apud Rebuff. vel Dunelucẽsi apud Anton. Magi. si in Scotia, forte Dumkeldensi.*

*Alnevvich*. Filia de Obethna. cœnob.

*Blandechlanda*. Filia Alnevvich. cœnobium.

*In Diœcesi Eboracensi.*

*Noua Scrinia*. Filia Cadidæ Gaza. Cœnobium.

*Chocherfant*. Filia Præmõstrati. cœnob.

*Englestona*. Filia sanctæ Agathæ. Cœnobium. *In Anglia.*

*Sancta Agatha*. Filia de Methei. Cœnobium.

*Couerhaim*. Filia de Diefort. Cœnob.

*VVelleberch*. Filia de Methei. Cœnobium.

*In Carleolensi Diœcesi.*

*Vallis Magdalenæ*. Filia de Cocherfant. Cœnobium.

*Gorze*. Filia Præmonstrati. Cœnobium.

# CIRCARIA MEDIA SIVE MERIDIANA.

*In Lincolinensi Diœcesi.*

Sine Lincol. niensi.

*Nebus.* Filia Lixckensis. cœnobium primum.

*VVellefort.* Filia de Nehus. cœnobium.

*Tupholim.* Filia de Nehus. cœnobium.

*Berlincus, alias Barlinques.* Filia croxtone cœnobium.

*Croxtona.* Filia de Nehus. cœnobium

*Neubo* Filia de Nehus. cœnobium.

*Lauendana, siue Lamendona.* Filia Wellefort. cœnobium.

*Iu Diœcesi Cicestrensi.*

*Beantes.* Filia Walleberg. cœnobium insigne.

*Partus,* aliâs *Dala* Filia de Nehus. cœnobium.

De *Auchel.* Filia Præmonstrati. cœnobium.

*In Diœcesi VVigorniensi.*

*Hales.* Filia Welbergensis. cœnobium

*Bellus locus,* aliâs *Beanchoff.* Filia Wellebergensis. cœnobium.

*In Diœcesi Menenensi.*

x Rebuffo eneuensi, ex nto. Magino.

*Thaleslen.* Filia de Hales, aliâs filia sancti Ioannis Ambianensis. cœnobium insigne.

*Werefort.* Filia Thalesleu. cœnobium.

CIR

## CIRCARIA ANGLIÆ AVSTRALIS.

*In Norvvicensi Diœcesi, vel Nordouicensi*

*Tierhaim.* Filia Welleberg Cœnobium.

*Lestona.* Filia de Wellebergk. Cœnobium.

*Langeleia* Filia de Alnevvick. Cœnobium

*Belingia.* Filia de Langeleia. Cœnobium.

*In Londiniensi Diœcesi.* — *Vel Landauensi*

*Meldona* Filia de Nehus Cœnobium.

*In Diœcesi Cantuariensi*

*Langedona.* Filia Lestonæ. Cœnobium.

*In Dondoniensi Diœcesi* — *Forte Landauensi.*

*Sancta Radegundis.* Filia Præmonstrati. Cœnobium

*In Diœcesi Cistrensi.* — *Forte Glocestrensi apud Anton. Cicestrensem enim iam esse gnouimus, nam Cistrensi non reperio.*

*Begeam, siue Beggueban.* Filia Præmonstrati. Cœnobium celeberrimum.

*Dietfort.* Filia Welleberg. Cœnobium

*In VVintoniensi Diœcesi*

*Thicbuelt.* Filia Welleberg. Cœnobium.

*In Diœcesi Exoniensi.*

*Thore.* Filia Welleberg. Cœnobium.

## CIRCARIA SCOTIAE.

*Fermia.* Cœnobium.

*Gratsex.* Cœnobium amplissimum.

*Galmennal.* cœnobium.

*Ibelma.* cœnobium.

*Strebna.* cœnobium.

*Sancta Maria.* Cœnobium insigne.
*Chelmemenach.* Cœnobium.
*Calis.* Cœnobium.
*Vverincia* cœnobium.
*Olebock.* cœnobium.

## CIRCARIA HYBERNIAE.

*In Diœcesi Tuenienſi.*

*Sancta Trinitas.* Filia Præmonſtrati. Cœnobium inſigne.

*In Courierrenſi Diœcesi.*

*Dinp Lacroiſſe.* Filia Dricbourc. Cœnobium Prouinciæ Almatanæ.

*Grafergos* Filia Driebourc. cœnobium.

*In Diœcesi Ellinenſi.*

*Sancta Trinitas de Loke.* Filia Præmonſtrati. cœnobium in Prouincia Tuenienſi.

*Balinenual.* Filia Tuenienſis. cœnobium Prouinciæ Almatinæ.

*In Diœcesi Enactumenſi.*

*Keluemenac.* Filia Tuenienſis. Cœnobium Prouinciæ Tuenienſis.

*In Inſula Cathai apud Reb. Nō reperio niſi Careolenſi in Anglia, apud Anto. Magin. forte legend. Conuarenſi, & in Anglia eſt, apud Reb. Fortè Leglinēſi apud Rebuff. vel Elſinenſi, quod eſt Inſula Cathai apud Rebuff. An forte Guachdunenſi, in Inſula Cathai apud Rebuff.*

## CIRCARIA FRISIÆ.

*In Diœcesi Traiectenſi.*

*Ortus Beatæ Mariæ.* Filia Steinueldenſis. Cœnobium.

*Vallis ſanctæ Mariæ.* Filia Ortus. Cœnobium.

*Dockinga.* Filia Præmonſtrati. Cœnob.

*Sinus ſanctæ Mariæ.* Filia Præmonſtrati. Cœnobium.

*Sanctus*

*Sanctus Bonifacius.* Filia Steinueldensis. Cœnobium.

*Vinea Domini.* Filia vallis sactæ Mariæ. Cœnobium.

*Mons Olíueti.* Filia Dockin. Cœnobium

*In Diœcesi Osnaburgensi vel Osemburgensi.*

*Sancta Maria, in Balua Insula.* Filia Præmõstrati. Cœnobium.

*In Diœcesi Monastiensi.*

*Floridus Mons.* Filia Præmonstrati. Cœnobium.

*Insula sanctæ Mariæ.* Filia Præmonstrati. Cœnobium

*Serna.* Filia Præmonstrati. Cœnobium

*Floridus Ortus.* Filia Præmonstrati. Cœnobium

*Clareholtz.* Filia Præmonstrati. Cœnobium.

*Ioannes Euangelista.* Cœnobium Filiale Præmonstrati.

*Gratia sanctæ Mariæ.* Filia Horti sanctæ Mariæ. Cœnobium.

*Sacta Maria in Astrolo.* Filia Horti sanctæ Mariæ. Cœnobium.

*Porta sancta in Spalmare.* Filia Dockin. Cœnobium.

*Sepulchrum S. Mariæ.* Filia Horti sanctæ Mariæ. Cœnobium.

*Mons Olíueti.* Filia Dockin. Cœnobium.

*Campus S. Mariæ.* Filia Dockin. Cœnobium.

*Videtur irrepsisse mendum hoc loco, Monastiensi pro Monasteriensi, de cuius Diœcesis tamen alijs Monasterijs dicetur adhuc deinceps.*

*Sanctus Nicolaus in Bertha.* Filia Dockin Cœnobium.

*Sanctus Iacobus in Longone.* Filia Mernæ. Cœnobium.

*In Diœcesi Bremensi.*

*Vera Charitas.* Filia Dockin. Cœnobium.
*Mons S. Mariæ in Appelsa.* Cœnobium.

## CIRCARIA WESTPHALIAE.

*In Diœcesi Monasteriensi.*

*Comes Godefridus fit Ordinis Præmonstratensis Canonicus. Cap. 30. Tom. 3.*

*Cappenberg.* Filia Præmonstrati. Cœnobium insigne, fundatum à Godefrido Comite Westphaliæ, qui se suisque, cum Fratre suo, Deo cõsecratis, ac Dei famulo Norberto traditis, vt narrat Surius in vita sancti Norberti, trium Monasteriorum fundator in Ordinis ipsius initio extitit, videlicet Cappenbergensis, quod erat ipsius Comitis Castrum, siue arx munitissima, Varlacensis & Slossatensis siue Elephstadẽsis seu potius Ilbenstadensis, vt legisse me memini in Annalibis Ilbenstadensibus, cum Visitationis ergò in Germania agerem anno 1601. In hoc Cappenbergensi Cœnobio quædam fragmenta vitæ D. Norberti reperiuntur, ex quibus se appendicem quandam Surius desumsisse fatetur.

*Varlacensis.* Filia Præmonstrati. Cœnobium.

*Clarus ortus,* seu *Besalan.* Alij *Wesalem.* Filia Cappenbergensis. Cœnobium.

*In Diœcesi Osnemborgensi.*

*Cithen* Filia Claroholten, Præpoſitura Virginum.

*In Diœceſ. Colonienſi.*

*Lithopedium*. vulgo Steinfeldt. Filia Prę̨monſtrati. Cœnobium florentiſſimum de cuius Præpoſito pulchra habet Cæſarius. *Multorum Monaſteriorum mater. Lib. 4. C. 611*

*Sylua Sancta Mariæ.* Filia Steinfeldenſis. Cœnobium.

*Knechtſtedenſis.* Filia Præmonſtrati. Cœnobium.

*Sckeidenſis.* Filia Cappenbergenſis. Cœnobium.

*Arnſperch*. Filia Inſulæ B. Mariæ, vel Cappenbergenſis Cœnobium.

*Hamburna.* Filia Sckeidenſis, modo eſt ſub Steinfeldia. Cœnobium.

*Niterea, Prioratus*. Filia Steinfeldenſis.

*Aſſotum*. Filia Steinfeldenſis Præpoſitura Sororum.

*Angelica porta.* Filia Steinfeldiæ. Præpoſitura Sororum.

*Werenſe.* Filia Steinfeldt. Præpoſitura Sororum.

*Fuſſenich*. Filia Steinfeldt. Præpoſitura Virginum.

*Dunvvaldt*. Filia Steinfeldt. Præpoſitura Virginum.

*De piſcina, iuxta Coloniam*. Filia Knechtſtedenſis. Cœnobium.

*De Capella iuxta Lippiam*. Filia Præmonſtrati Cœnobium.

*Vlaſcm*

*Vlasom.* Filia Knechtstedensis. Præpositura Virginum.

*Beata Catharina in Cremonia* Filia Knechtstedensis. Præpositura Virginum.

*Rupecke.* Filia Præmonstrati. Præpositura Virginum.

*Vslinckusen.* Filia Scheidensis. Præpositura solemnis Virginum.

*Mare.* Filia Steinfeldensis. Præpositura Virginum.

*Heinesberg.* Filia Præmonstrati. Cœnobium.

*Ribeisten.* Filia Steinfeldt. Cœnobium.

*Ianckeide* Filia Knechtstedensis. Cœnobium..

*Begdeburg.* Filia Præmonstrati. Cœnobium.

*VVmangiensis.* Filia Floreffiæ. Cœnob.

*VVssenich.* Filia Osnebergensis Cœnob.

*In Diœcesi Treuirensi.*

*Arnstein* Filia Præmonstrati Cœnobium

*Rommersdorff.* Filia Steinfeldensis, vel Floreffiensis. Cœnobium.

*Seyna.* Filia Steinfeldensis. Cœnobium

S. *Nicolaus.* Filia Steinfeld. Cœnobium

*Vlfebec.* Filia Rummersdorff. cœnob.

*Beselic.* Filia Arnstein. Cœnobium.

*Ardembourg.* Filia Rommersdorff. Cœnobium.

*Sancta Vallis.* Filia Cappenbergensis Cœnob. quod quidã dicunt esse Diœcesis Verdensis.

CIRCA-

## CIRCARIA WADEGOTIAE.

*In Lotharingia.*

### *In Diœcesi Treuirensi.*

*Wadegotia.* Filia Præmonstrati. Monasterium habens tres Præposituras temporales, vnde colligit prouentus amplissimos.

### *In Diœcesi Wormatiensi.*

*Lutra.* Filia Premonstrati. Cœnobium.

*Embebach.* Filia Præmonstrati. Præpositura Sororum.

*Vallis sancta Maria.* Filia Monasteriensis. Cœnobium.

### *In Diœcesi Moguntinensi.*

*Monasterium* olim Cœnobium.

*Domus Rubra* Etiam fuit cœnobium.

*Ilbenstadt.* Filia Præmonstrati. Sed ei prouidet Cella Superior, prope Herbipolim. Præpositura insignis sita in Vethrauia, à Francofurto itinere quinque horarum distans, fundata Anno Domini 1119. per Comitem Godefridum, qui & fundauit Cappenbergense, & Vallerense, & Othonem Fratrem eius, qui primus Præpositus extitit.

*Ilbenstadt, inferius.* Filia superioris Ilbenstadt Præpositura Virginum distans iactu lapidis à Superiore, in valle sita, ac propterea inferior vocata,

Conradts

## CIRCARIA YVELDENSIS.

*In Diœceſi Herbipolenſi.*

*Cella Superior*, vulgo Obern Zell, olim Herren. Zell. Filia Præmonſtrati. Cœnobium diues & inſigne prope Herbipolim ad Mœnum anno 1128. ſitum, vt patet ex Annalibus Frācōicis, quæ ſic habent *Venit Norbertus ſāctus vocatus, Vvirceburgū, Anno 1128.*

ibi-

*Ibidemque die Resurrectionis Christi Missam celebrauit Cùm vero de ipsius sanctitate & miraculis quæ ederet, magna esset vbique gentium sui nominis celebritas & prædicatio excitata, adducta est ad ipsum quædam mulier cœca, cui sufflanti ob oculos visus restitutus est. Huius miraculi admiratio cōmouit aliquot ciues opulentos Vvirceburgi, vt multa bona mobilia magnamq; vim auri & argenti & clenodiorum in ipsum dono conferrent. Cuius liberalitatis bene collocādæ causa curauit vt Monasterium Herren Zell, (nunc Obern. Zell. dictū) ad Mœnum extrueretur; habitatum autē illud primū est à tribus fratribus, ciuibus Vvirceburgensibus, Iohanne, Henrico, & Leipoldo. Hi cum nouo Ordini initiati essent, omnia bona sua, magni valoris in dictū Monasterium intulerunt, eiq; dedicauerunt, è quibus natu maior Frater Ioannes in Abbatem lectus est.* Hactenus Annales. Priuilegiatum autem & cōfirmatum est hoc Cœnobium, teste Bruschio, qui ex Annalibus Monasterij desumpsit, à Pontifice Maximo Innocentio secundo, & Episcopo Herbipolēsi Embricone. Gubernatores huius loci, primum Pręposíti appellabātur, qui postea Abbates facti sunt, quorum primus fuit ille supradictus Ioannes patria Herbipolensis, ab ipso S. Norberto fundatore constitutus, qui annis quinque præfuit. Alij putant duos tantum fuisse fratres germanos, huic nimirum Disticho innitentes, quod tumulo superadditum legitur.

*S. Norbertus aperit oculos cæcorum.*

*Nostra tibi liga placeant pia Virgo Maria.*

*Est fundata domus à Fratribus ista duobus.*
Certe lapidis huius fragmenta magis hoc confirmãt, in quibus duo visuntur incisi, Sacerdos & Laicus. In eodem enim tumulo hi duo Ioannes & Henricus consepulti leguntur.

*Inferior Cella.* Filia Superioris. Præpositura Sororum.

*Vescera.* Filia Prçmonstrati. Cœnobium.

*Cella Dominarum.* Olim Monasterium Virginum.

*Vulgo Fravv eeth.*

*Scheffterssheym.* Olim Sororum, modo hæreditas Comitum ab Holoch. Drosstadt. antiquitus Cœnobium.

*Gerlachsheym.* Filia Cellę superioris, Præpositura Virginum.

*Tattelhausen* Filia Cellæ Superioris, modo Ordinis Carthusiensis.

*Hausen.* Cœnobium circa fluuium, die Sal, Sala.

*Vulgo Konigs Hoffen.*

*Suze.* Filia Præmonstrati. Cœnobium.

*Regis Briedigne.* Filia Præmonstrati. Cœn.

*Honse.* Filia Præmonstrati. Cœnobium.

*Epeimbec.* Filia Præmonstrati. Cœnob.

*Guermorrede.* Filia Præmonstr. Cœnobi.

## CIRCARIA SVEVIAE.

### *In Diœcesi Argentinensi.*

*In Ditione Argentinensi.*

*Domus Argentina.* Filia Cellæ omnium Sanctorum. Prioratus Conuentualis in suburbio Argentinensi olim existens, nũc

vero Hæreticorum vi ſubuerſus.

*Hagenavvia.* Filia Wadegotiæ. Præpoſitura, ab Hæreticis ſolo æquata.

*Commentar.* Filia Hagenavviæ. Prioratus Conuentualis.

*Cella omnium Sanctorum.* Filia Præmonſtrati. Præpoſitura in Hercinia ſiue nigra ſylua, quæ ſe in latitudinem nouem dierum extendit, exiſtens. Locus eſt horroris & vaſtæ ſolitudinis, & in valle adeo compreſſa, vt vix Religioſis ſit tutum ibidem habitare. Imò verò ipſi habitaculum illud deſererent, & ad vrbem Oberkirch proficiſcerentur, in qua & prope quam habitacula habent commodiſſima, niſi iuramento ibidem habitandi, quod ſolent in Profeſſione præſtare ex antiqua Maiorum conſtitutione & conſuetudine, conſtringerentur. In hac Prępoſitura eſt dormitorium admodum venuſtum in modum crucis Lotharingicæ fabricatum. Et in eius templo fertur eſſe corpus ita tumulatum, vt quieſcat ſuper latus. Huius tumulationis indicium eſt tumba, quã ego conſpexi verſam in latus, quæ aliâs à Religioſis, more cæterarum conſtituta, mortem omnibus conſciuit. Ab hac Præpoſitura vſq; ad *Marchtkall*, iter eſt duorũ dierũ. *In Sueuia.*

*In Diœceſi Conſtantienſi.*

*Marchtallum.* Filia Rothenſis. Cœnobium prçclarum tam ratione ædificiorum & Danubij alluentis mœnia, quã reddituum, *In Sueuia.*

qui ad summam duodecim millium duca torum vel circiter ascendunt, in vrbe eiusdem nominis situm. Cuius vrbis dominium est penes præfectum Monasterij, qui ab anno 546. Abbas vocari cœpit, cum antea Præpositus tātummodo diceretur. Fuerunt enim eius loci ab Ordinis incunabulis vsq; ad annnum memoratum triginta Præpositi. Fundatum fuit ab Hugone Comite à Tubinga, & eius vxore Elisabetha à Bregentz, anno Christi 1171. ab hoc Cœnobio vsque ad Sorecthanum est iter quinque horarum.

In Sueuia. *Sorecthum*. Germanicè Schussenridt Filia Augiæ. Cœnobium à Biberach vrbe distans vna leuca. Eunti ad illud ex Marchtallensi occurrit lacus longitudinis vnius horæ, appellatus Federsee, prope vrbem Bouchaue: & capitulum ingredienti hæc verba obijciuntur *Anno Domini 1188 sub sanctissimo Patre Clemente huius nominis tertio Romano Pontifice, ac Inuictissimo Imperatore Friderico Barbarossa in Dei omnipotentis, &* D. *Virginis Mariæ ac sancti Magni confessoris honorē Beringerus & Conradus Barones de Schussenridt Equites aurati Religione moti arcē suā verterunt in Monasterium atque Præposituram erexerunt: quorum prior Monachus etiam Conuersus (vt vocāt) eiusdē Cœnobij su factus est. Verum anno Domini 1441 in Concilio Basiliensi, Præpositura in Abbatiā cōuersa est*. Fuerunt autem numero quindecim Præpositi, quorum primus vocabatur Fridericus: & nouē Abbates, quorum primus

Conra

Conradus, qui præfuit annis 34. dicebatur Nobile est Cœnobium ob pagos subditos, in quos tãtum habet imperium, vt quottã Imperatoriam Cœnobio impositã per eos solui curet. Circa illud sunt nouẽ stagna. In quorum vno repertus fuit piscis viginti duorum pedũ, vulgo appellatus Wellimen. Ab hoc Cœnobio vsq; ad Augiam minorem est iter quinque horarum.

*In Suevia.*

*Augia Minor.* Filia Rotæ. Cœnobium fundatum à Comitibus ab Habsburg & Pisenburg prope vrbem Rauensburg, in pratis amœnissimis situm, cuius per aream fluuiolus labitur nomine Weissenavv, vel ocior sagitta, super quem octo molendina in eodem Cœnobio constructa visuntur. Hoc Cœnobium, ædificiorum numero ac pulchritudine vrbem repræsentãs, tres habuit fundatores, Comites videlicet ab Habsburg, & Pisenburg, & Rudolphum Imperatorem, qui extremã manum cum vxore sua Anna addidit. Hinc est quod Cœnobium ipsum sit Imperio incorporatum, & Cæsar habeatur eius protector. In eius Claustro cernuntur depictę imagines perpulchræ, & in capitulo super ostium sacelli D. Mariæ hæc leguntur *Cernis en Lector nostri Cœnobij Venerabiliũ Patrũ prædecessorũ ac præfatorũ iam in pace quiescentium seriẽ nomina & tempora singulari, cura studio, ac labore Venerabilis in Christo Patris Iacobi Murers iam præsidẽtis anno verbi incarnati 1526. suæ vero Prælatu*

*ra 4. exquisita & in luce producta.* A latere autem horum verborum numerantur octo huius loci Præpositi, quorum primus fuit anno 1145 nomine Hermannus; & viginti nouem Abbates, quorum primus nomine Henricus extitit anno *1254.* Ex quibus colligimus hoc Cœnobium fuisse tātùm olim Præpositurae Titulo decoratum. Ab hoc Cœnobio, vsque ad Rothense iter est vnius diei.

*Rotha.* Filia Præmonstrati. Cœnobium in quo sunt ædificia insigniter ordinata, fluuiolus tāquam torrens, murenis affluens, stabula aulis similia, Infirmitorium instar palatij, Sacristia insigniter fabricata & exornata, riuuli Cœnobium circundantes fertilissimi. Patrona huius Cœnobij est sācta Veruca Thebæa, oriunda ex minori Ægypto & stirpe Regia exornata quā egressam AEgyptum cum Thebæa legione, & paratā cum cæteris martyrium pro Christi nomine subire, Deus ob maiorem sui gloriam reseruauit Heluetiæ. In qua cuidā Presbytero viro probo seruiens, capita & pedes leprosorum quotidie abluens, & eleemosynas quamplurimas, ex heri sui bonis, quæ tamen nullo modo minuebantur, largiens, incurrit inuidiam famuli Presbyteri præfati, qui modis omnibus curauit, vt eam hero suo odiosam tanquā furem, & domini sui bona omnia pauperibus distribuentem redderet. Vnde fa-

*Miraculū sancta Verucæ.*

ctum est, vt Presbyter conspiciens eam extra ædes suas vrnam portare, rogarit cum stomacho, quid in vrna haberet. Illa autem respondente vrnam nihil aliud quam aquã continere, vinum quod inibi erat, in aquam Diuinitus est conuersum. Hinc furere cœpit famulus, & noua suæ nequitiæ artificia parare. Surripit igitur annulum sui heri, & postquam eum in profluentem proiecit; Hero persuadere nititur annulum fuisse à famula Veruca surreptum Sed Deus, qui non solet relinquere virgã peccatorum super fortem iustorum, technas famuli aperuit. Sequenti enim die accepit piscator piscem, in cuius ore patulo annulus est repertus. Qua occasione hoc Cœnobium pro insignijs piscem cum annulo gerit Fuit autem fundatũ anno 1126. ope Comitum Wildeberg & Fraideberg, alias Aspermont, & matris eorumdem Heminæ, & filiorum Cunonis, & Remigeni. Ab hoc Cœnobio vsque ad Roggeburgense, est iter vnius fere diei. *Psalm. 124.*

*Ruthinum.* Filia Augiæ. Præpositura, quam puto amplius non extare, quia, me Circariam illam cum Reuerendissimo Generali peragrante, non est reperta. *In Suenia.*

*Madelbergh.* Filia Rockenburg. Cœnobium quod nobis minime occurrit.

*Porta Cœli.* Filia Præmonstrati. Prioratus nouus.

*In Diœcesi Augustensi, seu Augustana.*

*Rockenburg*. Filia Vrsberg. Olim fuit Prępositura, sic vocata, quod eorum lingua Rocken, significet siliginem, eò quod in agris proximis nō nascatur, nisi siligo. Nūc autem Cœnobium super montem quidem positum est, aquis tamen, etiā fontanis abūndat, quæ ex loco infimo per canales plūbeos, ministerio & artificio cuiusdā molendini, euehuntur vsq; ad hypocaustum superius. Fundatum fuit anno 1130. à Comitibus Suldrensibus, & Demuta Comitissa. Cuius filius Sifridus casu interijt in piscina proxima Cœnobio. Olim Cœnobium vocabatur Biberech, ab animali, quod Galli *Bieuure*, dicunt, & quod in Monasterij insignijs collocatur. Ab hoc Cœnobio vsque ad Vrspergense est iter vnius diei.

*In Sueuia.*

*Vrsberg*. Filia Præmonstrati. Olim Prępositura, nunc Cœnobium situm ad latus exigui montis in pratis amplissimis, cui præfuerunt 40. Præpositi & 14. Abbates, & cui nunc præest D. Ioannes Hansenthaller, qui non solum eius temporales ac spirituales ruinas indies restaurat, sed supradicta Sueuiæ Monasteria, quorum est Visitator, nitori Religionis Monasticæ, proprietatem abigens, tribus ab hinc annis restituit.

*In Sueuia.*

*Ioannes Hansenthaller Reformator Monasteriorum Sueuiæ.*

*In Diœcesi Curiensi.*

*S. Lucius*. Filia Rockenburg. Cœnobium quod nobis, Cœnobia illius Regionis

visitan

visitantibus, non occurrit.

*Churvvaldia*. Filia Rockenburg Cœnobium, quod etiam nobis non occurrit.

## CIRCARIA BAVARIÆ.

### *In Diœcesi Augustensi*

*Steingadium*. Filia Rothæ. Cœnobium distans ab Vrsberg itinere fere trium dierum; ab Augusta verò fere duorum dierum, ab Alpibus duarum horarum, inter montes in ampla planitie situm. In hoc Cœnobio omnia pene ædificia sunt fornicata. Templum pulcherrimum, Sacristia opulenta, quippe quæ permultas Imagines argenteas deauratas, pręcipuè verò B. Virginis, & duodecim Apostolorum magnitudinis duorum pedum custodiat. De eius institutione hæc habet Wiguleius in sua Metropoli Saltzburgensi. *Vuelpho Dux Spoleti, Lucatiorum & Ambronū Tetrarcha seu Comes, frater Henrici Bauariæ & Saxoniæ Ducis Monasterium Steingaden Ordinis Præmonstratensis iuxta Lycum pro Præmonstratēsibus Monachis construxit anno Domini 1147. vbi ipsius, nec non filij sui Vuelphonis, qui ante patrem anno 1169. obijt, Mausolæa ostenduntur Ipse pater post magnā prodigalitatem, cùm liberis careret, conuersus ad se, in summa pietate vitā finiuit anno Domini 1191.* Aduocatia huius Monasterij ad Duces Bauariæ peruenit post Concilium Constantiense. In eodem Cœnobio anno 1601. ex antiquis eius monumētis, quæ sequuntur descripsi. *Steingadium vel simauis Monasteriū* *In Bauaria.*

*Steingadense, vulgo Steingaden; nomen loci à materia sumptum, quod compositum est à lapidibus & ædificio, vt prima dictionis vox repræsentat. Stain enim lapidem, & Gaden partem ædificij, id est, habitationem siue Cellam denotant Germanicè. Qui Ein gemach, quod veteribus gaden erat, vbi postea pars pro toto vsurpata, scilicet ædificio, & propter hanc causam Steingaden vocatur. Quod primum eo in loco & quasi solitudine ædificium de lapidibus, & saxis structum fuit, & à Colonis atque Vicinis circum habitantibus, ita inde vocatum, vt si quis diceret Steingaden, hoc est, Das erste stenen Gemach, Gebevv; antiquitus, Gaden an dem ort. Locus autem, vt cernere est, cisalpinus hie disseit den alpen ober dem gebierg, non procul à Lyco flumine rapacissimo situs, duobus vero milliaribus ab Abusiaco, noto Romanæ antiquitatis adhuc vestigio; quod olim Faucense, nunc voce parum mutata Fussense nuncupatur, vt & intra Sueuiæ Alpium fauces latet Staingaden. Istud Monasterium anno salutiferi partus millesimo centesimo quadragesimo septimo, a valde Illustri potentissimoque Principe ac Domino Guelphone sexto, alias Catulo, cognomine largo & liberali, primum ex semine Troianorum & Gallici sanguinis atque Regij, deinde Sueuiæ Regulorum prole nato, Haimerici Parentis Nigri filio Heree, super modum acri, multa domi forisque prælia gerente, viro admodum strenuo militeque cordato, atque forti fundatum & amplissimè dotatum est, certisque Priuilegiorum diplomatibus, authoritate Imperiali confirmatum.*

In

*In Diœcesi Frisingensi.*

*Ita etiam legit Antonius Maginus vel Fisingensi, aut Frisnenensi apud Rabuff.*

*Scheffilarn.* Filia Vrspergensis. Cœnobium ædificiorum numero exiguũ, sed venustum, quod Serenissimus Bauariæ dux frequẽter solet inuisere, deuotionis ac auræ suauioris ergò. Montes ab vna parte cũ syluis imminent, ex quibus descẽdunt fõtanæ aquæ magna vi quæ per canales superiora etiam cubicula Cœnobij irrigant. Ex altera parte florent prata amplissima, in quorum medio labitur torrens Monachiũ versus, nomine Isara, & in inferiore Bauaria delabitur in Danubium. Nulli Abbates hoc Cœnobium rexerunt præter modernum, qui anno 1599. impetrauit Ferrariæ pedum & infulã. Superioribus enim temporibus gubernatum fuit à Præpositis, qui fuerunt numero quadraginta. Inter quos Conradus de Sachsenhausen anno 1320. electus, optimè se gessit, pleraque restaurauit, ac multa prædia Cœnobio coniunxit. De Institutiõe huius Cœnobij scribit Auentinus hoc modo. *Thessalonis Ducis ope & fauore Vlricus Sacerdos Equestris Ordinis decem millia passuum supra Monachium in Pipino pago, in ripa Isaræ D. Dionysio construxit ædẽ, tradiditque Monachis D. Benedicti à Scapha; nunc mutatum cognomen, mutatis quoque cæremonijs, habent. Nam candidati sunt & D. Norberti my-*

*In Bauaria.*

*Lib. 3. Annal.*

*stæ,*

*stæ, Præmonstratenses se nominant.* Alibi in monumentis illius Monasterij habetur ita: *Tēporibus Taßilonis Ducis Bauariæ, VValthericus Decanus in Teyningē, vir nobilis primus fūdator Claustri Scheftlan de propria hæreditate, & vocabatur tum Letenpach, & fuerunt ibi Canonici Regulares, postea Benedictini, qui fuerunt expulsi per Arnoldum impiū ducem Bauariæ & Vngaros, Anno 1140. Otto magnus, Frisingensis Episcopus, erexit & renouauit Claustrum prædictū, & posuit ibi Canonicos Regulares, de Ordine Præmonstratensi in perpetuum duraturos.* Ab hoc Cœnobio vsque ad nouam Cellam est iter vnius diei.

*In Bauaria.*

*Noua cella*, Germanicè Neustifft Filia Vrspergensis. Præpositura prope ciuitatem Frisingensem in pratis in ipsa Isaræ & Mosæ confluentia sita, DD. Petro & Paulo sacra, habens pro insignijs duas claues sese amplexantes. Huius Cœnobij Institutionem sic describit Auent. *Henricus Dux Bauariæ & Austriæ Otto frater eius Episcopus Frisingensis ac Chronographus in Superiori Bauaria de integro ædificant extra mœnia Frisingens. in ipsa Isaræ & Mosa confluentia, Monasterium pro Præmonstratis dictum Neustifft. in honorem sanctorum Petri & Pauli Apostolorum, Anno 1141.* Habuerunt hi duo Fundatores Fratrem Conradum Archiepiscopum Saltsburgēsem, huius Fundationis cooperatorem. Requiescunt in huius Cœnobij Templo sanctus Martinus Scotus Episcopus, & sāctus Teclanus Diaconus ipsius, peregri-

*Li. 3. Annal. iam citat.*

*Corpora sanctorum Martini Scoti, & Teclani Diaconi.*

nato

natores Religionis ergò, qui Frisingæ mortui, huius loci terræ mandati sunt.

*In Diœcesi Pataviensi.*

*Osterbouia.* Filia Vrsperg. Cœnobium super collem exiguum prope vrbẽ Osterhouen situm. In eo gratissima est aura, & prospectus pulcherrimus. Fundatio eius sic describitur in aula Cœnobij. *Vtilo Rex Boiorum Fundator Monasterij sanctæ Margaretæ Virginis & Martyris in Osterhouẽ, Anno Domini, 735. Fratres Ordinis D. Benedicti instituens. Hic autem Vtilo fuit filius Hũgoberti, qui defuncto patre ex aula Galliæ rediens filiã Caroli Martelli clã raptam secum in Boiariam transtulit & Regales nuptias cum ea Rebiũburgi celebrauit.* In eadem aula paulo inferius hæc habentur. *Hæc prima Fundatio cum suis ædificijs salua consistit vsque ad tempora Ludouici Imperatoris Iunioris annis cẽtum & septuaginta. Cuius temporibus ferocissimi Hunij totam Boiariam deuastantes etiam hoc Monasterium cum suis ædibus Palatinis Regulorum Boiariæ destruunt & comburunt, Anno Domini 909.* In altera aulæ parte hæc descripta inueniuntur. *Henricus quartus Dux Boiorũ dictus Hetbzel natione Mosellanus Lotharingiæ superioris Dux hoc Monasterium olim ab Hunijs excisum refecit, Fratres Ordinis D. Augustini instituens, Anno Domini 1000.* Huius autem Fundatoris occasione existimo tres Aleriones, quæ etiã nunc visuntur super portã Cœnobij insculptos fuisse. In eadem parte aulæ paulo inferius hæc leguntur. *Hæc secũda institutio permãsit in* 11. *Bauaria.*

*Monaste-*

*Monasterio vsque ad tempora sancti Ottonis Episcopi Bambergensis. Hic consilio D. Norberti Magdeburgensis Archiepiscopi, Præmonstratensi Ordini, qui per præfatum D. Norbertum initium habuerat, deuotè induxit, Anno Domini 1138.* Quo tempore iunctum fuit etiã illi pro more Ordinis præfati Xenodochium, vt patet ex Metropoli Saltzburgensi, in qua hæc leguntur. *Comites ab Hals aduocati huius Monasterij, multa bona tradiderunt huic Monasterio. Fuit etiã ibi aliàs Xenodochium, quod Comes Albertus ab Hals annona & alijs multũ iuuit.* Eodem etiam tempore Præpositi regebant Cœnobium, & durarunt numero 19. quorum primus fuit Euchuninus, vsq; ad annum 1288. quo anno Vdalricus in Abbatem consecratus est, quem secuti sunt 26. Abbates. Anno verò 1460. electus est in Abbatem D. Ioannes Velter, qui à summo Pontifice Infulam impetrauit. Et meritò, cùm huius Cœnobij Præfectus omnes Bauariæ Prælatos procedat. Concessit enim illi Otto Palatinus Rheni, Dux Bauariæ hæc honorum priuilegia, vt habet Metropolis citata, nempe vt in præsentia Principis primum locum habeat inter alios Prælatos, Sacra faciat, in mensa Principis à latere eius sedeat, vtensilia Capellæ conseruet, eleemosynas distribuat, &c. iuxta Diploma anni 1231. Ab hoc Cœnobio vsque ad Slagen, vel, vt alij volunt, Plagen, iter est duorum dierum.

*Hic Abbas omnes Bauariæ Abbates præcedit.*

*Slaga.* Bohemicè siue Austriacè Schlegel, quod vulgo malleum, vel vallem & montem promiscuè, vel extremā partem Cerui signat. Filia Osterhouiensis. Præpositura in Austria sita, gerens infulā. Quod non semel miratus sum, cùm Abbates plurimi reperiantur, qui hoc priuilegio non gaudeant. Eius fundatio habetur in aula Præpositurae sic descripta. *Fundationem Plagensis Cœnobij sic se initio habuisse monumenta litterarum testantur, vt sequitur. Kalchocus miles de Valckenstein ministerialis Patauiensis Fundator, & benefactor primus omnium, postea cum exiguam Capellam in honorem Deiparæ Virginis fundasset, contulit eam assignatis prius quibusdam decimis possidendam pleno iure Fratribus Grisei coloris ex Langhaim, fuitq; principio illi Ecclesiolæ Præfectus Chundericus Abbas cum tribus Fratribus, Anno 1299. qui præfuit annis 7. cum dimidio Litteris proditum est tantam in exordio huius domus fuisse pauperiem, quod cum Fundator griseis illis ex Langhaim, euocatis Fratribus hunc locum assignasset: ij intolerabili cum victus, tum amictus inopia laborantes coacti fuerint denuò clàm & nocturno silentio, assumtis secum libris, & calicibus vbi hic annos septem cum dimidio exegissent, ad suum pristinum, vnde venerant locum repedare, quin etiā tantopere illos oppressos litteræ Abbatis ex Langhaim cōmemorant, vt Abbas vnus & vnus Monachus, (sic enim litteræ habent) partim frigore partim fame perierint. Porro Kalchocus Fratrū griseorū fuga perterritus*

In Austria.

*sine*

*fine mora tertio quoque & scripto & nuntio obnix rogando reuocare nititur, promittens sanctè, si i. donata antea minus pro victu sufficerent atque v. stitu, se maiora pluraque largiturũ ex animo. Abbas cum Fratribus matura super his deliberatione prahabita, cum sponsionibus atque promissis Kalchoci omnino non acquiescerent, eidem denuo & locum & immunitates concessas publico scripto spontè & liberè recõmendant. Kalchocus id agrius ferens, quid in hac re factitandum esset, haret dubius Tandem interueniente voluntate & cõsensu Volcheri Patauiensis Episcopi, mox alio in loco Cœnobium exile Ecclesiola priori relicta constituit, propriumque vna cum nonnullis prouentibus resignatum etiam aduocatiæ Iure Abbati in Milevv. Præmõstratensis Ordinis dicauit, Anno salutis 1218 septimo idus Iulij, qui locum humillimè acceptans eidem Priorem suum Ortholdum nomine præfecit. Ortholdus ex Priore Cœnobij in Milevv. factus Præpositus & confirmatus ab Ordine vir omni virtutum ac doctrina genere ornatissimus, Cœnobio Slagensi insigni cum laudis honore primus omnium præfuit Hic impetrat ab Honorio Summo Pontifice & Rutgero Patauiensi Episcopo confirmationẽ super locum hunc olim Schlagam dictum. Cum hoc Præposito fuere Successores viginti sine Infula, Andreas vero primus Infulatus fuit, Anno 1449.*
Ab hac Præpositura vsque ad Cœnobium montis Sion Pragæ iter est quatuor dierum.

*Sanctus Saluator.* Filia Osterhouen. Cœnobium in Austria sex horis ab Osterhouen distans, & positum inter montes & siluas in valle infœcunda. Per cuius me

dium

dium riuulus labitur. De huius autem Cœnobij fundatione sic scribit Wiguleius in sua Metropoli. *Monasterium Ordinis Præmonstratensis, Bernhardus & Fridericus Berengarij, vulgariter die Peringer dicti, Monasteriū hoc sancti Saluatoris condunt, D. Norberti sacris initiant, Monachos ex Osterhouia accersunt. Bernhardus de Prampach Episcopus Patauiensis fit autor & dedicat. Porro Fratres Osterhouienses huic Cœnobio renunciarunt per transactionē cum confirmatione prædicti Bernhardi Episcopi Patauiensis anno 1299 Vnde factum est vt succederent populares seu sæculares presbyteri, & Conuersi ex nobilitate, nullius alterius Ordinis aut professionis. Tandem receperunt iterum Ordinem Præmonstratensem, & rursus se Monasterio Osterhouen subiecerūt, cui & vniti, aut, vt vocant, incorporati sunt anno 1309. iuxta diploma quod extat in Osterhouen.*

*In Diœcesi Ratisbonensi*

*In Bauaria.*

*Vindberga*. Filia Præmonstrati. Cœnobium insigne in alto admodum monte, D Sabino Martyri & Serenæ sacrum, distans ab Osterhouen itinere vnius diei. De cuius fundatione Wiguleus in sua Metropoli sic scribit: *Monasterium Ordinis Præmonstratensis vltra Danubium Bohemiā versus Fundatū est hoc Monasterium per potentissimos Comites de Pogen Ita enim habent annales Ioannis Auent fol. 622. Albertus Comes a Pogen filius Hartnici & Litogardæ, id est Luickardæ vxor Hedvvigliberi, Albertus Berchtoldus, Hartvvicus, arcem Vvindberg Monachis D. Norberti Archiepiscopi Magdeburgensis tradunt. Fuit autem hic Comes Albertus primus huius nominis, quem dicit idem*

*Auent. obijsse anno 1147 Ita quoque habet* sepultura eius 5. Idus Ianuarij

*Hainricus, Otto, & Hainricus Duces inferioris Bauariæ propter maxima damna in præteritis illorũ Ducum bellis illata & perpessa, dant huic Monasterio immunitatem Teloneorũ salis per Oenum vehendi anno 1527.*

*Albertus tertius Comes à Pogen, post deuictã ciuitatẽ Spoletanã in Tuscia inde ad hoc Monasteriũ transtulit corpora sancti Sabini Episcopi & sanctæ Serenæ viduæ martyrum &c.*

De Fundatoribus huius Monasterij ibi ad parietem templi sequentes scripti sunt Rythmi.

*Continet authores huius Fabricæ potiores*
*Ista sepultura, quos præsens atque futura*
*Posteritas sanè non cessat, vesperè, manè,*
*Hic commendare Christo precibusq́ iuuare.*
*Sed libet ipsorum distinguere nomina quorum*
*Extitit Albertus primus: de quo duo nati,*
*Hartvvic, Berchtoldus sunt hac tũba tumulati.*
*Solo Berchtoldo puer Albrecht nascitur, à quo*
*Processerunt Leopold, Berchtoldus & Albrecht.*
*Sic genus æquiuocos vult partim esse beatos.*
*Corpora dictorum latitant hic more priorum.*
*Te quoque mente pia dotarunt virgo Maria,*
*Templi structurâ: des gaudia non ruitura*
*Ipsis in cælis, vbi regnat quisque fidelis.*
*Dilige progeniem Comitis quicunq́ legens es*

In Refectorio æstiuo hęc habentur in magnę tabulæ parte *Illustriß. D. D. Albertus Comes à Pogen vna cũ coniuge sua charißima Hedin-*

*vvigæ*

*vviga de generosa familia Zilbi oriunda, hoc inclytum Monasterium Vvindbergense ad sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, virginisq; Dei genitricis Mariæ laudem & gloriam fundauit, annuisq; censibus locupletauit anno 1125. eidemq; Monasterio Ecclesias Parochiales in inferiori Viecbtaib & Schittenhouen cũ suo iure debito & perpetuo in terra Bohemorum sitas D. Albertus quartus huius familiæ vltimus propter illatũ damnũ tradidit & incorporauit anno 1233 5 Calend. Aprilis. Obijt verò supradictus fundator D Albertus huius nominis primus post Saluatoris nostri Incarnationẽ Anno 1147. idib. Ianuarij* In eadem tabella habetur numerus Præpositorum & Abbatũ. Dûo numerãtur Præpositi, Roudbertus popularis Sacerdos Ordine hoc indutus, & Eberhardus, qui vix anno præsedit, ob morum intemperiem depositus. Abbates vero sine infula viginti tres, primus Gebhardus, qui fœliciter rexit annis 50. Infulati vero 12. quorum primus fuit Nicolaus Ioannet qui 30. annis rexit: 13. est præsens Abbas Andreas Vogelius, qui zelo Dei ac Religionis Monasticæ incensus, Monasterium suum, suopte conatu, ad Norbertinam viuendi methodum reuocauit. In Sacristia huius cœnobij plurimæ reliquiæ in vasis argenteis, magnitudinis vnius vlnæ, reperiuntur.

*Andreas Vogelius Abbas Reformator sui Monasterij*

*Meysenthall.* Filia Windberg. Præpositura Sororum.

*In Diœcesi Saltzburgensi.*

*Griuentall*, alias *Griphen*. Filia Vescerae. Praepositura multorum reddituum in ditione Episcopi Bambergensis.

*In Diœcesi Brixiniensi.*

*Vel Brisonensi apud Rebuff.*

*Wiltina*. Filia Rothae. Cœnobium, quod nobis visitantibus non occurrit.

## CIRCARIA BOHEMIAE.

*In diœcesi Pragensi.*

*Mons Syon. Vulgo Strahouu.* Filia Steinfeldensis. Cœnobium in Praga super montem dictum Strahouu è regione Palatij Imperialis situm, quod bis combustum fuit, & magnifice restaurauit modernus Abbas, qui templum anno 1601. cum ibi febri pessima laborarem, à fundamentis cũ magno Catholicorum applausu sumptuose erigebat. Hoc Cœnobium adeo celebre est, vt ex eo, industria D. Ioannis Lohelij Abbatis moderni, reformatio Monasteriorum nostri Ordinis totius Bohemiae emanarit. Olim etiam tanto in honore fuit, vt ex eo Pontifices Olomucienses centum & quinque annorum spatio assumpti fuerint, prout refert Dubrauius Olomuciensis Antistes in sua Chronica, allatis eorum decem, qui illo tempore assumpti fuerunt, nominibus. Quo tempore, & quomodo fundatum sit hoc Monasterium B. Mariae Virginis Montis Syon, vulgo Strahouu dictum, Hagetius Wen-

*Ioannes Lohelius Reformator Monasteriorum Bohemiae. Episcopi Olomucienses assumebantur olim ex Monasterio Montis Sion.*

ceslaus

ceslaus in suis Chronicis docet his verbis. *Eodem anno videlicet 1143. postquam Wladislaus perpendisset, qualiter per potentiam* Diuinam *Regno priuatus, ac rursum ei per eandem* Dei *potentiam restitutus esset, cepit consilium cum Henrico Olomuciensi Antistite germano suo, qua via pro tanto in se collato* Dei *beneficio gratus esse posset. Cui Germanus, cum non longe a ponte Pragensi cō stitissent, sic respondit. Cum elapsis temporibus deuotionis gratia Ierosolymis fuissem, consideraui quis, & qualis situs & constitutio eius esset ciuitatis: Et crede mihi, nullam vnquam vidi ciuitatem, quæ similior esset Ierosolimæ; quam sit hæc vrbs Pragensis. Nam montana hæc quæ vides, similitudinem illorum referunt montium de quibus Regius canit psaltes: Montes in circuitu eius. &* Dominus *in circuitu populi sui. Vidi insuper Ierosolymis Monasterium celeberrimum situm in Monte Syon, ad Solis occasum, prospiciens deorsum super ciuitatem, quemadmodum Strahovvia super hanc prospicit Pragam, in quo Fratres sunt griseum gestantes habitum, seruiuntque Omnipotenti* Deo *cum magna deuotione. His dictis noluit* Wladislaus *diutius fratrem loquentem tolerare sed talia mox subiunxit. Quemadmodum fuit* Deus *incircuitu Ierusalem, ita quoque velit esse in circuitu huius meæ Pragæ. Moxque die tertia præcipit fundamēta iacere Monasterij Strahovviensis, quod postea Montem Syon nuncupauit. Cumque nonnihil muri in altum surrexissent totam ædificij curam Heinrico germano suo demandauit; qui primo Cellas de ligno fabricans, elapsis paucis diebus accepta licen-*

*Psalm. 124.*

*Praga similis Hierosolymis*

*tia à fratre profectus est in Germaniam ad quodda Ordinis Præmonstratensis Cœnobium Steinfeldt dictũ, ex quo permissu Abbatis illius loci octo Fratres secum ad Montẽ Syon duxit, qui illic cum summa alacritate & pietate Deo seruierũt. Ex his Gezo quidã vir prouectæ ætatis in Abbatẽ electus est. Hic primus fuit Abbas Strahovviensis, aliâs Montis Syon.* Hæc Hagetius Wenzeslaus.

In Bohemia. *Doxan.* Filia Montis Syon. Præpositura insignis, de qua præfatus Author sic habet. *Sequenti vero anno Gertrudis Wladislai coniunx imitata pietatem mariti sui, extruxit Monasterium Doxanense, in quo Virgines Deo sacratas Ordinis Præmonstratensis collocauit: veniensque persæpe illuc vnà cum ijs Deo deuote seruiuit.* Hæc idem Hagetius. Dictum vero Monasterium Strahovviense ita in breui incrementum in Religione sumpsit, quod (teste Dubrauio) Seminarium Episcoporum Olomuciensium fuerit. Nam annis centum quinque Episcopi inde ad Cathedram Episcopatus Olomuciensis eligebantur.

In Bohemia. *Gottessavv* Filia Teplæ. Præpositura Virginum distans itinere duorum dierum à Praga, in loco pulcherrimi prospectus, & auræ saluberrimæ, sita inter pagos 40 aut circiter, in quos summum habet ius, sicut & in duas vrbes sibi subditas. Fundator eius extitit Illustrissimus Princeps

S. Hroznata. Hroznata frater Przemisli, qui & Ottagarus cognominatus fuit, Regis Bohemiæ

D

De fundatione Gotteſſavv, & præſagio hæc habent Annales Teplenſes. *Eodem tempore Regis Ottagari frater Hroznata Clauſtrum Chotieſſevvez in honore ſancti VVeceslai Ducis & Martyris Patroni Bohemiæ fundauit, & donauit abunde, rebusque vtenſilibus adornauit, & Conuentum Dominarum ſub eadem Regula Domino famulantium inſtituit in eodem, in quo etiam Domina VVeyzlaua ſoror ſua germana viro ſuo Cracouienſis vrbis Præfecto ſublato de medio ſub obſeruãtia caſtimoniæ viduitatis in ſancta conuerſationis ſtudio perſeuerans, in competẽti ſibi habitu, quẽ viduæ huiuſmodi conſueuerunt deferre, in cõgregatione Sororum Aduocatæ gerens ſeu Patronæ officium annis pluribus ſuperuixit; & ad extremũ in pace Chriſti quieuit, cuius corpus ibidem in medio Monaſterio eſt honorifice tumulatum* Ab hoc Cœnobio vſque ad Teplenſe eſt iter quattuor horarum.

*Tepla* Filia Montis Syon. Cœnobium in altiſſima Bohemiæ parte collocatum, & fundatum à Beato Hroznata Ottagari Regis Bohemiæ fratre, qui accepta voti Ieroſolymitani commutatione in erectionem Monaſterij Ordinis Præmonſtratenſis ab Innocentio Papa, ſuum patrimonium & poſſeſſiones in erigendo hoc Monaſterio & Chotieſſouien. expendit. In quorũ ædificatióe ipſe primus ſportas aliquot, tã terra, quã lapidibus plenas portauit: ipſeque primus arrepto ligone pro-

fundius terram effodit, vt referunt Annales Teplenses in eius vita, quam Martyrio finiuit. de quo etiam multa tam post habitum ab ipso summo Pontifice Innocentio susceptum, quàm post Martyrium perpessum in ijsdem Annalibus admiranda recensentur. Porrò hoc Cœnobium vt à magno fundatore erectum fuit, sic magnis fuit dotatum redditibus. Ab eo enim 27. pagi dependent, & aliquot oppida, in quæ summum habet ius. In quorum vno, itinere sex horarum à cœnobio distante, sunt duæ fodinæ, vna argenti; altera lapidum pretiosorum, quas perlustraui, & de quibus aliquid in Lotharingiam liberalitate Abbatis moderni reportaui.

*Fodinæ Argenti & lapillorũ pretiosorum.*

*Siloe*. Filia Montis Sion, nunc cum matre coniuncta.

*Lutamuszel*. Filia Siloe. cœnobium.

*Milenz*. Filia Siloe. Cœnobium.

*Lunavvilz*. Filia S. Sororum.

*Kimins*. Filia Siloe. cœnobium.

## CIRCARIA POLONIAE.

*In Diœcesi VVratislauiensi.*

*Apud Rebuff. ſt Vratislaui ſis, ſed Vratislauiense apud Anton. Maginum. Ioannes Quesvvitius Statuta Ordinis*

*Sanctus Vincentius*. Filia Steinfeldensis. cœnobium insigne in Wratislauia sub regimine D. Ioannis Quesvvitij Cæsareæ Maiestatis Consiliarij, qui anno 1588. antiqua Ordinis nostri Statuta nouis typis, ijsque melioribus excudi curauit; quorum exemplar vnum mihi D. Lohelius Montis

Syon

Syon dignissimus Abbas dono dedit, cum essem Pragæ.

*Viconia*, aliàs *Victonia*. Filia Bressensis. cœnobium. *melioribus Opis cõmisit.*

*Presica* Filia Mons Syon. Cœnobium.

*Domus Dei*. Filia Præmonstrati. Commendata Abbati Bressensi.

*Svvirincia*. Filia sancti Vincentij. Cœnobium.

*Schasia*. Filia Svvirinciæ. Cœnobium.

*In Diœcesi Cracouiensi*

*Svernense*. cœnobium. Filia Bressensis.

*Brezenense*. cœnobium. Filia Montis Syon.

*Crzanovvich*. Filia sancti Vincentij. cœnobium.

*Buxenense*. cœnobium, Filia Viconiæ.

*In Diœcesi Gnesnensi.*

*Vilhouiense*. cœnobium. Filia Bressensis *Rebuff. legit Guerzensi.*

## CIRCARIA MORAVIAE.

*In Diœcesi Olmuciensi. Ad quam olim non assumebantur alij quam Canonici Regulares Montis Syon.* *Alias Olumucensi.*

*Lucca*. Filia Montis Syon. Cœnobium famosissimum, & ædificiorum structura nimis superbum. D. Wenceslao sacrum. In eo typis mandatum fuit anno 1597. iussu D. Sebastiani Bailen Abbatis, Breuiarium nostri Ordinis in folio, pulcherrimis characteribus distinctum, & maximè cõmodum ad Officium Diurnum & no- *Sebastianus Bailen Breuiariũ nostrum in folio excudi curauit.*

prout clarius patebit ex sequentibus.

*In Diœcesi VVaradinensi.*

*S. Stephanus.* Filia Præmonstrati quondã, nunc vero Zabardivvicensis. cœnobium primum totius Hungariæ

*Aiscka siue Ockba.* quondam Filia S. Stephani, nunc vero de Luchonis.

*Ruckenis.* quondã Filia de Raab Graab, nunc vero Montis Syon.

*S Paulus* Filia quondam S. Stephani, nunc vero Lucensis.

*Abraham* quondam Filia S. Pauli, nunc vero Lucensis.

*Odon.* quondam Filia S. Stephani, nunc vero Lucensis.

*In Diœcesi Strigoniensi.*

*Bin siue Bien.* quondam Filia S. Stephani, nunc vero Montis Syon.

*Saac* quondam Filia de Kuckenis, nunc vero Montis Syon.

*Moick* quondã Filia S. Stephani, nunc vero de Luchonis.

*Bozock.* quondam Filia de Grapha, nunc vero Gradicensis.

*Tural, siue Turna.* quondam Filia Præmonstrati nunc autem Gradicensis.

*Graba.* quondam Filia de Turna, nunc Gradicensis.

*Theurs, siue Thury.* quondã Filia Præmonstrati, nunc vero Zabardivvicensis.

*Insula leporum* quondam Filia S. Stephani, nunc vero Zabardivvicensis.

Chuta

*Chute, siue Thut* quondã Filia de Thours, nunc verò Zabardivvicensis.

*Saga*. Filia de Steinbach. Cœnobium.

*Steinbach*. Filia sancti Stephani Cœnob.

*Scheidu*. Filia Goteshay. Cœnobium.

*In Diœcesi Toriensi.*

*Rebuff legit Lauriensi.*

*Schirna*. Filia Goteshay. Cœnobium.

*Rockeniti*. Filia Brabazensis. Cœnobium

*Foerla*. Filia Telezensis. Cœnobium.

*Horpaz*. Filia Schirnæ. Cœnobium.

*In Diœcesi Vespremensi.*

*Secundum Rebuff. Vesprimiensi. Secundum Maginum Vesprinensi.*

*Choppefeu*. Filia de Thours. Cœnobium insigne.

*Ratoldt* Filia quondam Tassomicensis, nunc vero de Luchonis.

*Roick*. quondam Filia de Chirna, nunc vero Gradiensis.

*In Quinque Ecclesiensi Diœcesi.*

*Insula Lazari*. Filia de Thours. Cœnob.

*Sanctus Augustinus*. Filia Insulæ Lazari. Cœnobium.

*In Diœcesi VVaciensi.*

*Sancta Crux*. Filia de Thours. Cœnobiũ.

*Graba*. Filia de Thours. Cœnobium.

*Pontus Ioannis*. Filia Iaissouiensis. Cœnobium.

*Albei*. Filia S. Stephani Cœnobium.

*Dornavv*. Filia Sanctę Crucis. Cœnobiũ.

*S. Michael*. Filia S. Crucis. Cœnobium.

*Hattvvan*. Filia Ponti Ioannis. Cœnob.

*Cuckins*. Filia S. Stephani. Cœnobium.

*In Diœcesi Agriensi.*

*Iazzavr.* Filia S. Stephani. Cœnobium.
*Ocra.* Filia S. Stephani Cœnobium.
*Drozzo.* Præpositura Sororum.
*Cudan.* Cœnobium.
*Slangenmund.* Cœnobium.
*Selez.* Cœnobium.
*Zoppizza.* Filia sancti Pauli. Cœnobium Sororum.

In *Diœcesi Colocensi.*

*Geidel.* Filia Ocræ. Cœnobium.
*Zemlin.* Cœnobium.
*Maegedlin.* Cœnobium.

In *Diœcesi Sagrabiensi, vel Zagabiensi.*

*Ivvancia.* Cœnobium Sororum, Monasticę disciplinæ reformatissimum.

## CIRCARIA SAXONIÆ.

*In Diœcesi Magdeburgensi. In qua septem annis præsedit* D. NORBERTVS. *Archiepiscopatus.*

*Sancta Maria.* Monasterium celeberrimum Eius Religiosi fuere longo tempore rebelles Ecclesię Præmonstratensi, vt habetur in vetusto Codice Regisvallis Monasterij. Fuit etiam in hoc Cœnobio sepultus sanctus Norbertus, vt patet ex superioribus.

*De Abbio.* Filia de Tumetorp. Cœnobium
*Gratia Dei* Cœnobium.

*Brandenburg, Cathedralis Ecclesia.* In quo olim pręsidebat Abbas nostri Ordinis, qui etiam erat Episcopus, à suo collegio ca- *Episcopatus.*

nonico

nonicorum Præmonstratensium, qui Cathedralem illam Ecclesiam occupabant. electus.

*Episcopatus. Hauelbergẽsis*

*Hauelberch. Cathedralis Ecclesia.* In qua olim pręsidebat Abbas nostri Ordinis, qui etiā erat Episcopus,à suo collegio canonicorum Præmonstratensium,qui cathedralem illā Ecclesiam occupabāt,electus.

*Episcopatus. Ratzẽburgens.*

*Ratzenburg, Cathedralis Ecclesia.* In qua olim præsidebat Abbas nostri Ordinis, qui etiā erat Episcopus,à collegio Canonicorum Præmonstratensium, qui Cathedralem illam Ecclesiam occupabant,electus.

*Stadum* Cœnobium.

*Leizik.* Cœnobium.

*Iericho* olim Monasterium.

*Rotta* Cœnobium.

*Brode.* Cœnobium.

*Cholobecha* Filia Præmonstrati. cœnob

*Hilburgrod.* Cœnobium

*Chodelmburg* Cœnobium.

*In Misnensi Diœcesi.*

*Mildephort.* antiquitus Cœnobium.

*Polide.* Cœnobium.

*In Diœcesi Cheminensi.*

*Anton. Magi. legit Chminensi*

*Gramezzo,* Cœnobium.

*Rilzmadum. Cathedralis Ecclesia.* In qua olim præsidebat Abbas nostri Ordinis, qui etiam erat Episcopus,à suo collegio canonicorum Præmonstratensium,qui cathedram illam Ecclesiam occupabant, electus.

*Lucich Cathedralis Ecclesia.* In qua olim Prę sidebat Abbas nostri Ordinis, qui etiã erat Episcopus, à suo Collegio Canonicorum Præmonstratensium, qui Cathedralem illam Ecclesiam occupabant, electus. *Episcopatus*

*Linoma. Cathedralis Ecclesia.* In qua olim præsidebat Abbas nostri Ordinis, qui etiã erat Episcopus, à suo Collegio Canonicorum Præmonstratensium, qui Cathedralem illã Ecclesiã occupabant, electus. *Episcopatus.*

*Imbria. Cathedralis Ecclesia.* In qua olim pręsidebat Abbas nostri Ordinis, qui etiã erat Episcopus, à suo collegio canonicorum Præmonstratensium, qui cathedralem illam Ecclesiam occupabant, electus. *Episcopatus.*

*Aldeberch Cathedralis Ecclesia.* In qua olim præsidebat Abbas nostri Ordinis, qui etiã erat Episcopus, à suo collegio canonicorum Præmonstratensium, qui cathedralem illam Ecclesiam occupabant, electus *Episcopatus.*

## CIRCARIA DACIÆ.

*In Diœcesi Londensi.*

*Tumetorp.* Filia Præmonstrati. Cœnobium insigne.

*Evid.* Cœnobium.

*Bargilauium.* Cœnobium

*VVe.* alio nomine *Saltus sanctæ Mariæ.* Cœnobium.

*Sancta Trinitas* Filia Præmonstrati. *Cathedralis Ecclesia.* In qua olim præsidebat Abb. *Episcop.*

nostri

nostri Ordinis, qui etiam erat Episcopus, à suo Collegio Canonicorum Præmonstratensium, qui cathedralem illam Ecclesiam occupabant, electus.

## CIRCARIA SLAVONIÆ.

*In Caminensi Diœcesi.*

*Anton. Magin. Episcopat. recẽsens Slauoniæ seu Illyrici, huius non meminit. Tacet & Rebuff. Caminensis autẽ Episcopo. est in Pomeran. quæ Regio est Poloniæ apud eundẽ Maginũ & Ortelium.*

*Castrumspei.* Filia Horti sanctæ Mariæ. Cœnobium.

*Draxmari.* Filia Præmonstrati. Cœnob.

*Isagrabia. Cathedralis Ecclesia.* In qua olim præsidebet Abbas nostri Ordinis, qui etiam erat Episcopus. à suo collegio Canonicorum Premonstratensium, qui Cathedralem illam Ecclesiam occupabant, electus.

*Episcopatus.*

*Padegla* Filia Præmõstrati. Cœnobium.

*Husnam.* Cœnobium.

*Belboch.* Cœnobium.

*Pedoch.* Cœnobium.

*Gottesuan.* Cœnobium.

*Huius nomen alibi nõ reperio.*

## CIRCARIA LIVONIAE.

Hæc Circaria etsi vno tantum Cœnobio prædita sit, tamen quia illud est Archiepiscopatus, meretur nomen Circariç.

*Regia in Livonia. Ecclesia Metropolitana* Nã conuentus eligit Archiepiscopum ex suo Collegio Cathedrali, & in collegio est Præpositus, qui sub Episcopo habet curã & regimen canonicorum. Tenetur autem

ille Præ-

positus de septennio in septennium conuenire in Capitulo Generali. Nec est ista Ecclesia alicuius alterius Circariæ, quia à cæteris Cœnobijs longè distat, sed per se efficit Circariã. Quandoquidem eiusdem Archiepiscopus decem habet Suffraganeos, velut decem Abbates Ecclesiæ suæ Rigensi subiectos.

## CIRCARIA NOMARGIAE.

*In Adonensi Diœcesi.*

*Tusberga.* Alias *Oltzbin.* Filia Præmonstrati. Cœnobium.

*Busch* Cœnobium.

*Sigeberch.* Cœnobium.

*VVerethe* Cœnobium.

*Merna* Cœnobium.

*Iburch.* Cœnobium.

*In Diœcesi Beatinæ.*

*S. Quiricus.* Filia Præmonstrati Cœnob.

*Non reperio. Hic etiã mundũ irrepsit. An forte legendũ Sodrensi, an Olensi, apud Rebuff.*

## CIRCARIA GRAECIAE.

*In Diœcesi Patracensi.*

*Colabrica.* Filia Præmonstrati; vel, vt alij volunt, Bellæ-Vallis Cœnobium.

*Episcopia.* Cœnobium situm in Cypria, Filia Præmonstrati.

## CIRCARIA IEROSOLYMITAN.

*In Diœcesi Ierosolymitana.*

*S. Samuel de Acon.* Filia sanctæ Marię in nemore.

## CIRCARIA ROMANA SIV
### TVSCIAE ET CALABRIAE.

*In vrbe Roma.*

*Sanctus Alexius.* Filia Præmonſtrati. C
nobium contiguum Eccleſiæ ſanctæ Sal
næi: monte Auentino, nunc à Hieron
mitanis detentum. Sub maiori Altari
quieſcunt corpora ſanctorum Bonifa
& Hermetis Martyrum, & à dextera Al
ris videre merui anno Iubilæi 600. gr
dus, ſub quibus ſanctus Alexius in dom
paterna ignotus & tanquam ſeruus pe
ſuam peregrinationem agebat pœniten
tiam. In Naui eiuſdem Eccleſiæ cernitu
adhuc ſepulchrum cuiuſdam Abbat
Præmonſtratenſis, qui ob lites à conue
ſis Ordinis noſtri qui Cappas albas & ba
bam abraſam, prout Choro addicti, geſt
re volebant, motas Romam profectus, ib
dem poſt deuictos Conuerſos diem extr
mum clauſit.

*In Parmenſi Diœceſi.*

*Parlitt.* Filia Præmonſtrati. Perinſig
& magni nominis Cœnobium.

*In Diœceſi Reatinenſi.*

*S. Kiricus de Valle.* Filia Præmonſtra
Cœnobium.

*In Diœceſi Tauectenſi, ſiue Tamenſi.*

*Sanctus Samuel de Varulo.* Filia Præmo
ſtrati. Cœnobium.

*In Diœceſi Brunduſinenſi*

*Sanc*

*Sancta Maria de paruo ponte*. Filia Sancti Samuelis. Cœnobium.

*In Diœcesi Polycastrensi.*

*Sanctus Petrus de Camerota*. Filia Sancti Samuelis. Cœnobium.

*In Tranensi Diœcesi.*

*De Barolo*. Filia Præmonstrati. cœnobium.

*Tudernum*. Filia sanctę Matię in nemore tempore Simonis socij S. Norberti

*Barulum*. Filia eiusdem. Cœnobium.

*S. Petrus*. Filia S. Marię in nemore Cœnobium.

*In Diœcesi Vrbenecana.*

*Sanctus Seuerus*. Filia Pręmonstrati. Cœnobium.

FINIS.

fundius terram effodit, vt referunt Annales Teplenses in eius vita, quam Martyrio finiuit. de quo etiam multa tam post habitum ab ipso summo Pontifice Innocentio susceptum, quàm post Martyrium perpessum in ijsdem Annalibus admiranda recensentur. Porrò hoc Cœnobium vt à magno fundatore erectum fuit, sic magnis fuit dotatum redditibus. Ab eo enim 27. pagi dependent, & aliquot oppida, in quæ summum habet ius. In quorum vno, itinere sex horarum à cœnobio distante, sunt duæ fodinæ, vna argenti, altera lapidum pretiosorum, quas perlustraui, & de quibus aliquid in Lotharingiam liberalitate Abbatis moderni reportaui.

*Fodinæ Argenti & lapillorũ pretiosorum.*

*Siloe*. Filia Montis Sion, nunc cum matre coniuncta.

*Lutamuszel*. Filia Siloe. cœnobium.

*Milenz*. Filia Siloe. Cœnobium.

*Lunavvilz*. Filia S. Sororum.

*Kimins*. Filia Siloe. cœnobium.

## CIRCARIA POLONIAE.

### *In Diœcesi VVratislauiensi.*

*Apud Rebuff. est Vvitislauiẽsis, sed Vvratislauiense apud Anton. Maginum.*

*Ioannes Quesvvitius Statuta Ordinis*

*Sanctus Vincentius*. Filia Steinfeldensis. cœnobium insigne in Wratislauia sub regimine D. Ioannis Quesvvitij Cæsareæ Maiestatis Consiliarij, qui anno 1588. antiqua Ordinis nostri Statuta nouis typis, ijsque melioribus excudi curauit, quorum exemplar vnum mihi D. Lohelius Montis

Syon

Syon dignissimus Abbas dono dedit, cum essem Pragæ.

*Viconia*, aliàs *Victonia*. Filia Breffensis. cœnobium. *melioribus typis cōmisit.*

*Presca*. Filia Mons Syon. Cœnobium.

*Domus Dei*. Filia Præmonstrati. Commendata Abbati Breffensi.

*Svvirincia*. Filia sancti Vincentij. Cœnobium.

*Schasia*. Filia Svvirinciæ. Cœnobium.

*In Diœcesi Cracouiensi*

*Svernense*. cœnobium. Filia Breffensis.

*Brezenense*. cœnobium. Filia Montis Syon.

*Crzanovvich*. Filia sancti Vincentij. cœnobium.

*Buxenense*. cœnobium, Filia Viconiæ.

*In Diœcesi Gnesnensi.*

*Vilhouiense*. cœnobium. Filia Breffensis *Rebuff. legit Guerzensi.*

## CIRCARIA MORAVIAE.

*In Diœcesi Olmucíensi. Ad quam olim non assumebantur alij quam Canonici Regulares Montis Syon.* *Alias Olumucensi.*

*Lucca*. Filia Montis Syon. Cœnobium famosissimum, & ædificiorum structura nimis superbum. D. Wenceslao sacrum. In eo typis mandatum fuit anno 1597. iussu D. Sebastiani Bailen Abbatis, Breuiarium nostri Ordinis in folio, pulcherrimis characteribus distinctum, & maximè cōmodum ad Officium Diurnum & no- *Sebastianus Bailen Breuiariū nostrum in folio excudi curauit.*

prout clarius patebit ex sequentibus.

*In Diœcesi VVaradinensi.*

*S. Stephanus*. Filia Præmonstrati quondã, nunc vero Zabardivvicensis. cœnobium primum totius Hungariæ

*Aiscka siue Ockba.* quondam Filia S. Stephani, nunc vero de Luchonis.

*Ruckenis*. quondã Filia de Raab Graab, nunc vero Montis Syon.

*S Paulus* Filia quondam S. Stephani, nunc vero Lucensis.

*Abraham* quondam Filia S. Pauli, nunc vero Lucensis.

*Odon*. quondam Filia S. Stephani, nunc vero Lucensis.

*In Diœcesi Strigoniensi.*

*Bin siue Bien*. quondam Filia S. Stephani, nunc vero Montis Syon.

*Saac* quondam Filia de Kuckenis, nunc vero Montis Syon.

*Moick* quondã Filia S. Stephani, nunc vero de Luchonis.

*Bozock*. quondam Filia de Grapha, nunc vero Gradicensis.

*Tural, siue Turna.* quondam Filia Præmonstrati nunc autem Gradicensis.

*Graba*. quondam Filia de Turna, nunc Gradicensis.

*Theurs, siue Thury*. quondã Filia Præmonstrati, nunc vero Zabardivvicensis.

*Insula leporum* quondam Filia S. Stephani, nunc vero Zabardivvicensis.

*Chute, siue Thut* quondã Filia de Thours, nunc verò Zabardivvicensis.

*Saga.* Filia de Steinbach. Cœnobium.

*Steinbach.* Filia sancti Stephani Cœnob

*Scheidu.* Filia Goteshay. Cœnobium.

*In Diœcesi Ioriensi.*

*Rebuff legit Lauriensi.*

*Schirna.* Filia Goteshay. Cœnobium.

*Rockeniti.* Filia Brabazensis. Cœnobium

*Foerla.* Filia Telezensis. Cœnobium.

*Horpaz.* Filia Schirnæ. Cœnobium.

*In Diœcesi Vespremensi.*

*Secundum Rebuff. Vesprimiensi. Secundum Maginum Vesprimiensi.*

*Choppefeu.* Filia de Thours. Cœnobium insigne.

*Ratoldt* Filia quondam Tassomicensis, nunc vero de Luchónis.

*Roick.* quondam Filia de Chirna, nunc vero Gradiensis.

*In Quinque Ecclesiensi Diœcesi.*

*Insula Lazari.* Filia de Thours. Cœnob.

*Sanctus Augustinus.* Filia Insulæ Lazari. Cœnobium.

*In Diœcesi VVaciensi.*

*Sancta Crux.* Filia de Thours. Cœnobiũ.

*Graba.* Filia de Thours. Cœnobium.

*Pontus Ioannis.* Filia Iaissouiensis. Cœnobium.

*Albei.* Filia S. Stephani Cœnobium.

*Dornavv* Filia Sanctę Crucis. Cœnobiũ.

*S. Michael.* Filia S. Crucis. Cœnobium.

*Hettvvan.* Filia Ponti Ioannis. Cœnob.

*Cuckins.* Filia S. Stephani. Cœnobium.

*In Diœcesi Agriensi.*

*Iazzavr*. Filia S. Stephani. Cœnobium.
*Ocra*. Filia S. Stephani Cœnobium.
*Drozzo*. Præpositura Sororum.
*Cudan*. Cœnobium.
*Slangenmund*. Cœnobium.
*Selez*. Cœnobium.
*Zoppizza*. Filia sancti Pauli. Cœnobium Sororum.

*In Diœcesi Colocensi.*

*Geidel*. Filia Ocræ. Cœnobium.
*Zemlin*. Cœnobium.
*Maegedlin*. Cœnobium.

*In Diœcesi Sagrabiensi, vel Zagabiensi.*

*Ivvantia*. Cœnobium Sororum, Monasticę disciplinæ reformatissimum.

## CIRCARIA SAXONIÆ.

*In Diœcesi Magdeburgensi. In qua septem annis præsedit* D. NORBERTVS. *Archiepiscopatus.*

*Sancta Maria*. Monasterium celeberrimum Eius Religiosi fuere longo tempore rebelles Ecclesię Præmonstratensi, vt habetur in vetusto Codice Regisvallis Monasterij. Fuit etiam in hoc Cœnobio sepultus sanctus Norbertus, vt patet ex superioribus.

*De Abbio*. Filia de Tumetorp. Cœnobium
*Gratia Dei* Cœnobium.

*Brandenburg, Cathedralis Ecclesia*. In quo olim pręsidebat Abbas nostri Ordinis, qui etiam erat Episcopus, à suo collegio ca- *Episcopatus.*

nonico

nonicorum Præmonſtratenſium, qui Cathedralem illam Eccleſiam occupabant electus.

*Episcopatus. Hauelbergēsis*

*Hauelberch. Cathedralis Eccleſia.* In qua olim pręſidebat Abbas noſtri Ordinis, qui etiā erat Epiſcopus, à ſuo collegio canonicorum Præmonſtratenſium, qui cathedralem illā Eccleſiam occupabāt, electus

*Episcopatus. Ratzeburgens*

*Ratzenburg, Cathedralis Eccleſia.* In qua olim præſidebat Abbas noſtri Ordinis, qui etiā erat Epiſcopus, à collegio Canonicorum Præmonſtratenſium, qui Cathedralem illam Eccleſiam occupabant, electus.

*Stadum* Cœnobium.

*Leizik.* Cœnobium.

*Iericho* olim Monaſterium.

*Rotta* Cœnobium.

*Brode.* Cœnobium.

*Cholobecha* Filia Præmonſtrati. cœnob

*Hilburgrod* Cœnobium

*Chodelmburg* Cœnobium.

*In Miſnensi Diœceſi.*

*Mildephort.* antiquitus Cœnobium.

*Polide.* Cœnobium.

*In Diœceſi Cheminenſi.*

*Anton. Magi. legit Chimensi*

*Gramezze*, Cœnobium.

*Rilzmadum. Cathedralis Eccleſia.* In qua olim præſidebat Abbas noſtri Ordinis, qui etiam erat Epiſcopus, à ſuo collegio canonicorum Præmonſtratenſium, qui cathedram illam Eccleſiam occupabant, electus.

Lubick

*Lucich Cathedralis Ecclesia.* In qua olim Prę sidebat Abbas nostri Ordinis, qui etiā erat Episcopus, à suo Collegio Canonicorum Præmonstratensium, qui Cathedralem illam Ecclesiam occupabant, electus. *Episcopatus*

*Linoma Cathedralis Ecclesia.* In qua olim præsidebat Abbas nostri Ordinis, qui etiā erat Episcopus, à suo Collegio Canonicorum Præmonstratensium, qui Cathedralem illā Ecclesiā occupabant, electus. *Episcopatus.*

*Imbria. Cathedralis Ecclesia.* In qua olim pręsidebat Abbas nostri Ordinis, qui etiā erat Episcopus, à suo collegio canonicorum Præmonstratensium, qui cathedralem illam Ecclesiam occupabant, electus. *Episcopatus.*

*Aldeberch Cathedralis Ecclesia.* In qua olim præsidebat Abbas nostri Ordinis, qui etiā erat Episcopus, à suo collegio canonicorum Præmonstratensium, qui cathedralem illam Ecclesiam occupabant, electus *Episcopatus.*

## CIRCARIA DACIÆ.

*In Diœcesi Londensi.*

*Tumetorp.* Filia Præmonstrati. Cœnobium insigne.

*Evvid.* Cœnobium.

*Bargilauium.* Cœnobium

*VVe.* alio nomine *Saltus sanctæ Mariæ.* Cœnobium.

*Sancta Trinitas* Filia Præmonstrati. *Cathedralis Ecclesia.* In qua olim præsidebat Abb. *Episcop.*

nostri

nostri Ordinis, qui etiam erat Episcopus, à suo Collegio Canonicorum Præmonstratensium, qui cathedralem illam Ecclesiam occupabant, electus.

## CIRCARIA SLAVONIÆ.

*Anton. Magin. Episcopat. recẽsens Slauoniæ seu Illyrici, huius non meminit. Tacet & Rebuff. Caminensis autẽ Episcopa. est in Pomeran. quæ Regio est Poloniæ apud eundẽ Magnũ & Ortelium. Episcopatus. Huius nomen alibi nõ reperio.*

*In Caminensi Diœcesi.*

*Castrum spei.* Filia Horti sanctæ Mariæ. Cœnobium.

*Draxmari.* Filia Præmonstrati. Cœnob.

*Isagrabia. Cathedralis Ecclesia.* In qua olim præsidebet Abbas nostri Ordinis, qui etiam erat Episcopus, à suo collegio Canonicorum Premonstratensium, qui Cathedralem illam Ecclesiam occupabant, electus.

*Padegla* Filia Præmõstrati. Cœnobium.

*Husnam.* Cœnobium.

*Belboch.* Cœnobium.

*Pedoch.* Cœnobium.

*Gottesuan.* Cœnobium.

## CIRCARIA LIVONIAE.

Hæc Circaria etsi vno tantum Cœnobio prædita sit, tamen quia illud est Archiepiscopatus, meretur nomen Circariæ.

*Regia in Livonia. Ecclesia Metropolitana* Nã conuentus eligit Archiepiscopum ex suo Collegio Cathedrali, & in collegio est Præpositus, qui sub Episcopo habet curã & regimen Canonicorum. Tenetur autem

ille Præ-

positus de septennio in septennium conuenire in Capitulo Generali. Nec est ista Ecclesia alicuius alterius Circariæ, quia à cæteris Cœnobijs longè distat, sed per se efficit Circariã. Quandoquidem eiusdem Archiepiscopus decem habet Suffraganeos, velut decem Abbates Ecclesiæ suæ Rigensi subiectos.

## CIRCARIA NOMARGIAE.

*In Adonensi Diœcesi.*

*Tusberga.* Alias *Oltzbin.* Filia Præmonstrati. Cœnobium.

*Busçha* Cœnobium.

*Sigeberch.* Cœnobium.

*VVerethe* Cœnobium.

*Merna* Cœnobium.

*Iburch.* Cœnobium.

*In Diœcesi Beatina.*

*S. Quiricus.* Filia Præmoostrati Cœnob.

*Non reperio. Hic etiã mundũ irrepsit. An forte legendũ Sodrensi, an Olensi, apud Rebuff.*

## CIRCARIA GRAECIAE.

*In Diœcesi Patracensi.*

*Colabrica.* Filia Præmonstrati; vel, vt alij volunt, Bellæ-Vallis Cœnobium.

*Episcopia.* Cœnobium situm in Cypria. Filia Præmonstrati.

## CIRCARIA IEROSOLYMITAN.

*In Diœcesi Ierosolymitana.*

*S. Samuel de Acon.* Filia sanctæ Marię in nemore.

*Sancta Maria de paruo ponte*. Filia Sancti Samuelis. Cœnobium.

*In Diœcesi Polycastrensi.*

*Sanctus Petrus de Camerota*. Filia Sancti Samuelis. Cœnobium.

*In Tranensi Diœcesi.*

*De Barolo*. Filia Præmonstrati cœnobium.

*Tudernum*. Filia sanctę Matię in nemore tempore Simonis socij S. Norberti

*Barulum*. Filia eiusdem. Cœnobium.

*S. Petrus*. Filia S. Marię in nemore Cœnobium.

*In Diœcesi Vrbenecana.*

*Sanctus Seuerus*. Filia Pręmonstrati. Cœnobium.

FINIS.

# INDEX RERVM NOTATV DIGNIORVM IN HOC OPERE.

## *Abbas*



in prou

*Abſolutio.*

Atten-

Quam

Ibid

Gene-

Non

tion

APPRO

# APPROBATIO
## ET MANDATVM REVEREN- dissimi Generalis.

*Franciscus à Longo Prato Præmonstrati & Vallis Secretæ humilis Abbas, eiusdemque Ordinis Caput ac Reformator Generalis. Omnibus sui Ordinis Professoribus.*

LIbrum hunc non solum vidimus, & approbauimus, sed etiam ad maiorem Dei gloriam, Ordinis nostri ornamentum, & animarum tutelæ nostræ commissarum salutem, a R. Confratre & Vicario nostro Generali conscribi curauimus. Quare vnusquisque vestrum, tanquam salutis suæ cupidus, & Mandatorum nostrorum filius, eum sibi comparet, diligenter reuoluat, & vocem eius, quemadmodum nostram, audiat. Datum in Monasterio nostro Præmonstratensi, Anno millesimo sexcentesimo septimo, die vero prima mensis Ianuarij.

*Franciscus à Longo Prato Abbas Præmonstratensis, eiusdemque Ordinis Generalis.*


IHS